LECTIONES GRAMMATICALES.

PROSTAT PARISIIS

APUD MAISONNEUVE ET SOCIOS, BIBLIOPOLAS,

VIA VULGO DICTA QUAI VOLTAIRE, 15,

ET

APUD P. LETHIELLEUX, BIBLIOPOLAM,

VIIS VULGO DICTIS CASSETTE, 23, ET MÉZIÈRES, 11.

LECTIONES

GRAMMATICALES

PRO MISSIONARIIS QUI ADDISCERE VOLUNT

LINGUAM AMARICAM

SEU VULGAREM *ABYSSINIÆ*,

NEC NON ET LINGUAM OROMONICAM

SEU POPULORUM *GALLA* NUNCUPATORUM,

AUCTORE

RR. DD. G. MASSAJA

ORDINIS MINORUM CAPPUCCINORUM,

EPISCOPO CASSIENSI ET VICARIO APOSTOLICO AD POPULOS GALLA.

PARISIIS

EXCUSUM IN TYPOGRAPHEO IMPERIALI.

M DCCC LXVII.

ILLUSTRISSIMO

DOMINO ANTONIO D'ABBADIE,

ORDINIS S. GREGORII MAGNI EQUITI,

INSTITUTI GALLICI PLURIUMQUE ACADEMIARUM SOCIO.

ILLUSTRISSIME DOMINE,

Ex quo, Romam accitus anno salutis nostræ 1846 a sa. me. Gregorio Papa XVI, audivi quæ de te illic dicebantur, tuas legi epistolas ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide tunc temporis scriptas[1] cognovique conversationem tuam, non tantum bonam atque christianam, sed fere apostolicam apud gentes oromones[2], fateor cor meum magno in te affectu

[1] Anno 1844, illustrissimus eques d'Abbadie, dum *Quarata* moraretur, scripsit litteras, quibus, post altæ Æthiopiæ descriptionem, Sacram Congregationem de Propaganda Fide de propensione diversorum populorum oromonum ad Evangelium recipiendum certiorem faciebat. Sacra Congregatio, his auditis, efformationem novæ missionis inter hos populos decrevit, ad quam ego missus fui anno 1846.

[2] Populi de quibus hic quæstio est ab extraneis *Galla* dicuntur, sed eorum nomen proprium, quia inter eos magis commune, est *Oromo,* quod ego latine scribens, modo latino illud declinare bonum putavi, dicendo *Oromo* in singu-

captum fuisse. Quando vero a prælaudata S. Congregatione in primum ad Oromones Vicarium Apostolicum electus, post quinque annos in peregrinationibus ac difficultatibus omnis generis superandis consumptos, meum Vicariatum mense novembri, an. 1852, attingere potui, tunc auribus percepi quam aliter apud illas gentes conversatus sis ac alii viatores, qui hisce temporibus regiones Oromonibus propinquas peragrarunt vel peragrant[1]. Optime enim comperi, te non solum perfectum christianæ vitæ exemplar præbuisse, verum etiam sacerdotalem quodammodo morem gessisse, ita ut homines a te baptizatos ibi invenerim. Quapropter meus in te affectus in admirationis ac reverentiæ sensum conversus est; et exinde non corde duntaxat te veneratus sum, sed etiam ore

lari et *Oromones* in plurali. Loco ejus poteram sine errore vocare populos illos *Elmorma*, quia sic revera appellari solent etiam illic, minus tamen populariter, et quidem solum quum agitur de re historica, et maxime ab oratoribus, eodem fere modo quo Romani dici possunt filii Romuli. Nam *elmorma* est vox composita ex his duabus *elma* et *Orma*; *elma* vero significat *filium*, et *Orma* est nomen Patris populi illius. Sed cum sermo est de persona in particulari nunquam dicitur : *HINNI ELMORMADA* (*ipse elmorma est*); bene vero dicitur : *HINNI OROMODA* (*ipse oromo est*).

[1] Proh dolor! viatores nostri quam plurimi, qui illas et alias regiones longinquas perlustrant, de quodam atheismo saltem externo gloriantes ac nullum externum religionis ac pietatis signum præbentes, populorum barbarorum cultum omnem et religiosas observantias parvi pendunt et despiciunt, quod maximum gentibus iis scandalum semper est. Populi enim omnes, quantumvis barbari et errantes, valde theocratici sunt, religionique, licet superstitiosæ, strenue adhærent, ac hominem atheismum præ se ferentem veluti monstrum merito habent et exhorrescunt. Ni fallor, hæc est potior ratio propter quam extremis hisce nostris temporibus, tum in Oriente apud mahumedanos, tum in Abyssinia apud christianos hæreticos, tum alibi apud paganos, præstigium nationale nostrum cecidit, ad alias nationes magis quam nos theocraticas transiturum.

prædicavi veluti primum illarum gentium apostolum, patremque missionis humilitati meæ commissæ : ita ut ex tunc temporis semper occasionem optaverim et quæsierim hunc magnum admirationis, reverentiæ necnon insuper grati animi mei sensum publice testandi.

Ast quum illic degerem, fere desperabam fore ut ad has nostræ Europæ regiones aliquando possem remeare, ut quod cordi inerat opere complerem, seu ut apostolica tua gesta meis in Christo fratribus enarrarem atque laudarem. Favit tamen mihi misericors Dominus; etenim post multas captivitates et exsilia me de inimicorum undique insidiantium manibus eripuit. Quo factum est ut in Europam reverti, atque, Roma orbis christiani capite et Italia mea revisis, in hanc christianissimam Galliam advenire potuerim tandemque tempus mihi quod proposueram complendi adfuerit.

Cogitanti autem mihi de modo propositum perficiendi nullus opportunior visus est quam opusculum hoc meum grammaticale circa illarum gentium linguas tibi offerre ac dicare; eo maxime quod præter laudata tua merita, alius nemo forsan possit in hac Europa nostra esse idoneus hujus meæ lucubrationis judex, nisi tu, Vir venerande ac carissime, qui illas gentes vidisti penitusque perspexisti, earum linguas didicisti, atque illinc discedens easdem gentes, ita dicam, tecum portasti in corde tuo, aut tu ipse cum illis quodammodo vivere pergis in hac inclyta patria tua. Quod equidem ostendunt volumina tua de illis gentibus clarissima, novumque rei-

publicæ nostræ christianæ ac litterariæ lumen affundentia; quæ ego hic inveniens, valde gavisus sum, eaque summopere probavi ac laudavi[1]. Verum hoc ipsum magis magisque ostendunt sollicitudo tua constans ac liberalitas inexhausta erga populos illos missionemque meam, quæ te indesinenter de illis cogitare, de illis scribere et pro illis laborare veluti cogunt.

De una tantum re doleo, scilicet opusculum hoc illa perspicuitate ac perfectione carere, qua possit meritis tuis respondere. Verum quisnam melius, quam tu, novit quot et quanta impedimenta illud confecturus nactus sim? Tu nosti a me exhaustas vicissitudines, id est, exsilia atque captivitates, quibus elucubrationes omniaque scripta mea (sudati labores quindecim et amplius annorum) deperdita fuere[2]. Nosti ex regionibus illis nihil mecum me asportasse nisi mentem infirmam in corpore infirmo, ac proinde præsens opus a tenui memoriæ meæ promptuario exerere debuisse; et quidem non vacuis temporibus, sed missionis meæ negotiis me undique urgentibus, et paucis in momentis subsecivis, quæ solo hujus anni decursu supererant.

[1] Illustrissimus eques Antonius d'Abbadie, majorem partem altæ Æthiopiæ peragravit. Testes illius præsentiæ in Abyssinia, Ennerea, Kafa et aliis regionibus ipsemet vidi. Præter volumina permulta et chartæ geographicæ de illis regionibus præ omnibus aliis exactæ quæ Parisiis jam publicavit, infinitas fere materias possidet, quas, Deo volente, publici juris faciet.

[2] Cœpi colligere adnotationes anno 1847, super littorales partes Africæ orientalis et Arabiæ. Deinde, annis 1851 et 1852, peragrans Nubiam, Sudan, Sennaar et regiones Nili cærulei plures adnotationes collegeram, quas omnes in Kafa, una cum cæteris omnibus notis spectantibus ad regiones oromones et sidamas, tempore exsilii mei anno anno 1861, simul perditæ evaserunt.

Quod feci unica intentione ductus missionarios confratres meos juvandi ad regiones illas mecum pergere cupientes, qui de tali opere me enixe deprecati sunt. Quamobrem ausim sperare, a te me benigne judicandum, et hoc, quod in se imperfectum est, habita animi mei ratione, veluti perfectum a te esse accipiendum. Dignare ergo, Vir inclyte, gratum habere hoc tenue magni affectus et obsequii tributum, non mei solummodo, sed et pusilli mei gregis, videlicet tum clericorum tum fidelium, illic noviter factorum, qui tibi tanquam primo patri novam in Christo vitam debent ac referunt[1]. Equidem nomen tuum huic opusculo additum ipsum commendabit, erit mihi honori tibique laudis monumento.

Deus autem, qui per humile ministerium meum voluit partim hucusque impleri tua sancta vota, vere apostolico pectore digna, absque dubio cœptum perficiet in illorum salutem inque utilitatem et gloriam hujus patriæ tuæ necnon imperialis Gubernii, de quibus es et amplius eris bene meritus. Orationes vero illorum neophytorum, prius corona tua, postea mea, copiosam illam cœlestem benedictionem super te descendere facient, quam ego humillime super te, super domum tuam

[1] Clarissimus viator noster cognitus est apud Oromones sub nomine Abba Dia (*Pater* vel *herus Diæ*), in duo nomine ipsius diviso. Ad quod intelligendum observandum est quod populi illi appellant personam honoratam quamcumque ex nomine filii aut filiæ, si habeat, vel, si non habeat, ex nomine equi ejus. Pariter sæpe appellare illam solent nomine Patris ejus etiam mortui, dicendo : *Elma Petros* (*filius Petri*), uti mos erat apud Hebræos. Ideo appellando viatorem nostrum *Abba Dia,* supponebant Oromones eum habere filium vel equum *Dia* appellatum.

et super omnes concives tuos ex toto corde imploro atque impertior.

Datum Parisiis die 24 maii, anniversaria consecrationis meæ episcopalis, anni 1866.

† Fr. Gulielmus MASSAJA,

a Piova, Capuccinus, Episcopus Cassiensis

et Vic. Apostol. apud Gallas et Sidamas.

PROŒMIUM.

Vix reversus eram in Europam post decem et octo peregrinationis annos apud abyssinos, oromones et sidamas populos, ut Romæ ac Parisiis negotia quædam missionem meam attingentia pertractarem, quum complures amici et confratres mei religiosi, illi præsertim qui a Deo vocati et apostolico zelo accensi ad illas regiones evangelizandas anhelant, rem admodum difficilem, ne dicam impossibilem, enixe poposcerunt, ut nempe regulas grammaticales conscriberem de lingua amarica necnon et de oromonica, quarum cognitio ipsis pernecessaria est.

Etenim quum elucubrationes et adnotationes quamplurimæ a me fere in formam grammaticalem horis subsecivis apud illas gentes jam congestæ perierint multis in exsiliis et captivitatibus, quæ illic subivi[1], de nova elucubratione hic memo-

[1] Primum exsilium meum sancitum fuit a Principe Ubè in octobri 1847, quum essem Gualà in provincia Agame apud Patres Missionis. Anno 1849, in fine junii captus fui a Nagad Ras (quod sonat *minister commercii*), de consilio episcopi schismatici Salama, et nonnisi solvendo 600 libellas potui de manibus illius exire in nomine Domini. Eodem anno pergens ad regnum Çewa (ab auctoribus europæis *Choa* vocatum) cum P. Joanne Stella, e præfata Congregatione Missionum, fuimus ambo capti in finibus regni præfati a *Beru Lubo*, principe Warrokalli, qui nos custodivit per decem dies et postea liberos dimisit. In mense maii 1852, transeundo per provincias occidentales Abyssiniæ, quum essem Dunkur sub specie mercatoris et venderem in mercatu merces meas, fui cognitus ut

riter facienda agebatur. Præterea me vehementer urgebant aliarum materiarum præparatio directius ad ministerium sacrum attinentium magisque necessariarum, necnon et aliorum negotiorum congeries, quum per breve tempus in Europa manere mihi daretur. Quomodo igitur tempus grammaticæ scribendæ invenirem?

Verumtamen quum, alia scribendo et agendo, nunquam destiterim rescribere, licet inordinate, antiquas observationes et adnotationes grammaticales quoties menti recurrebant, factum est ut eas omnes paulatim reproductas invenerim. Illas proinde redigere ac ordinare, quo melius potuerim, bonum mihi visum est, ut amicorum atque confratrum meorum votis satisfacerem. At temporis angustia pressus librisque aptis et aliis auxiliis destitutus, non certe pro doctis linguarum orientalium amatoribus scribere præsumo, sed tantum pro missionariis confratribus meis, qui illas regiones adituri, prædictas duas linguas, amaricam videlicet et oromonicam addiscere coguntur.

christianus ab Arabis, qui turmatim irruerunt super me volentes me occidere, e quorum manibus fui per miraculum liberatus a duobus militibus principis Kasa (*nunc imperator Theodorus*), qui casu illuc occurrerant; coactus fui postea retrocedere. Eodem anno in mense sequenti fui captus iterum a Nagad Ras supradicto in *Amba Maryam*, et post dies octo captivitatis evasi de manibus ejus solvendo 200 libellas. Die 25 Augusti 1861, fui captus cum omnibus meis in Kafa, ubi, me expulso et meis captivis retentis, manuscripta mea omnia in manibus gubernii relicta fuerunt. Die 30 Novembris ejusdem anni in Ennerea, accusatus a mahumedanis de magia contra regem, fui ipso facto captus et sine processu coactus exsulare, ubi tota domus mea spoliata fuit, ac proinde residua pauca manuscripta mea pariter amissa. Die 2 Junii, in Gogiam, a clerico quodam apostata accusatus apud principem de conjuratione politica contra eum, fui captus, detentus per 15 dies et postea justificatus quidem, sed coactus retrocedere ad Gudrù. Tandem die 27 Junii 1863, secundo ad hanc nostram Europam remeaturus, quum orientales Abyssiniæ fines attigissem, captus fui a militibus Theodori II, exspoliatus ductusque ad præfatum imperatorem, qui post mensem liberum me dimisit.

Ut autem illarum studium facilius evadat, de illorum populorum origine, ac dein de affinitate quam horum linguæ habent sive inter se sive cum linguis semiticis orientalibus, aliquid hic adnotare juvabit.

Ex hoc enim fiet ut missionarii et viatores qui semiticas linguas penitus hauserunt, aut saltem delibarunt, celerius in studio amaricæ et oromonicæ linguæ proficiant, ut experientia me docuit [1].

Inprimis ergo observandum est, post diluvium, in gentium dispersione, Africam fere totam inhabitatam fuisse a filiis Cham per viam Ægypti [2]. Sed quum Noe maledictio, prout nos do-

[1] Quum essem Romæ 1846, quodam die interrogavi Em. Card. Mezzofanti polyglottam celeberrimum, qualiter et quo medio sibi tot linguas comparare potuisset, et ipse hoc monitum mihi dedit: «Linguas per analysim generationum, et generationes per analysim linguarum apprehendes.» Hujus sententiæ profunditatem postea experientia me docuit. Etenim paucissima elementa linguæ hebraicæ, a juventute mea apprehensa, valde mihi utilia fuere in Oriente ad linguam arabicam intelligendam. Utriusque vero linguæ elementa, licet imperfectissime adepta, postea valde me adjuvarunt ad linguam amaricam addiscendam, et hæc ad linguam oromonicam, quamvis materialiter omnino diversa. Postea, illis omnibus adjutus in Kafa anno 1860, potui illius regionis lingua aliqua scribere, et catechismum traducere; quia typus generationum et idea grammaticalis linguarum semper parallela sunt, quidquid sit de colore, de moribus hominum, necnon de vocibus materialibus humanarum linguarum.

[2] Has regiones fuisse primitus a filiis Cham occupatas omnino certum est et traditione locali aliquo modo comprobatum. Incipiendo enim a confinibus septentrionalibus Abyssiniæ, prosequendo confines occidentales ejusdem et populorum oromonum usque ad confines meridionales populorum sidamarum, nunquam invenitur pax inter populos semiticos et chamiticos, sed bellum interminabile. Æthiopes semitici considerant populos nigros chamiticos tanquam propria mancipia naturalia. E contra populi nigri chamitici vocant habitatores altæ Æthiopiæ semiticos alienigenas et usurpatores; ego ipse utrorumque traditiones et sensum nationalem perspexi. Deinde nomen *Habbes*, idest Abyssinia, juxta interpretationem fere omnium, *confusionem* significat, porro hanc interpretationem apud nigros confirmatam inveni per nomen MAKADA, quo alta Æthiopia ab eis appellatur, quodque *mixtionem* significat in lingua oromonica.

cent divinæ Scripturæ et experientia, illos debiliores effecerit, contra eosdem prævalentes filii Sem et Japhet tractu temporis irruerunt, atque littora Chamiticorum africana occuparunt, his ad interiores plagas depulsis[1].

Hinc evenit, ut altæ regiones[2], orientales Africæ plagas versus sitæ, quas olim Cham posteri occuparunt, nunc vero Abyssini, Oromones, Sidamæ[3], aliique populi incolunt, in decursu temporis successivas emigrationes filiorum Sem necnon aliquas Japheticæ stirpis fractiones ex Ægypto, Syria, Arabia[4] aliisque regionibus susceperint, maxime quum Persæ, Græci, vel etiam Romani, prope universo orbi dominarentur.

[1] Ex hoc explicatur quomodo typus populorum fere omnium, incolentium plures partes littorales Africæ, valde differat a typo vere nigro chamitico, qui a pluribus nubianus nuncupatur atque invenitur in fere tota Africa centrali et occidentali.

[2] Hæ regiones, cæteris Africæ tractibus ditiores ac salubriores, apud veteres sub nomine Æthiopiæ veniebant. Æthiopia insuper comprehendebat Nubiam, et fere regiones omnes totius Africæ orientalis a Nilo sive cæruleo, sive albo irrigatas.

Temperatura illarum regionum varia est. In domibus missionis nostræ nunquam vidi thermometrum reaumurianum infra 18 et supra 23 gradus caloris. Pluvia regularis est, imo periodica, et consequenter vegetatio admirabilis. Agricultura paulo minus quam apud nos floret, ac terra est fertilissima et magno pretio emitur. Proprietarius etiam titulo proprietatis percipit a colono fructuum medietatem. Hæc sufficiant ad regionis divitias probandas.

[3] *Sidama* dicuntur populi regnorum Kafa, Kullo, Gobo, Wallamo et aliquorum aliorum. Nomen Sidama est nomen certo sensu odiosum, quo appellantur a finitimis, quia veluti captivum sonat. Linguæ et stirpes præcipuæ istorum populorum duæ sunt. Prima *Kafaco* dicta, totum regnum Kafa, et regiones meridiem versus usque *Mocà* sitas, inde ad occidentem inclinando regnum *Affillo* possidet. Secunda vero, *Warata* dicta, a septentrione regni Kafa incipiendo, orientem ejus circuit per regna supra recensita, usque versus meridiem.

[4] Emigratio arabica ad Abyssiniam valde cognita est, imo etiam nunc continua conspicitur, quum Arabes omni tempore habuerint monopolium commercii illius regionis. Circa emigrationes syriacas, anno 1864, ego peregrinans ad loca sancta, prope civitatem Bethlehem, in loco ubi fodiebatur terra pro domo construenda, vidi fragmenta antiqua utensilium domesticorum perfecte similium

Primitivi illi Chamitici Africæ domini ab emigrantibus ad meridiem et occidentem secedere coacti fuerunt.

Consequenter quum massa popularis illarum altæ Æthiopiæ regionum ad stirpem semiticam pertinere censenda sit, earum etiam linguæ ad semiticas linguas, et probabiliter ad hebraïcam referendæ sunt[1], saltem quoad ideam eas informantem ac præcipuas grammaticales leges[2]. Habent enim præcipuos omnium linguarum semiticarum characteres, uti sunt quædam verborum formæ, nominum et ipsorum verborum affixa et suffixa, genus femininum in aliquibus verborum personis, et alia hujusmodi non pauca, quæ in lectione ultima

illis quæ nunc apud Oromones in usu sunt. Præsertim vidi molam domesticam partim usu consumptam, perfecte ejusdem formæ ac illæ quibus Abyssini, Oromones et Sidamæ utuntur.

Nunc etiam diversi populi littoris orientalis Africæ, præsertim prope mare arabicum, diversum typum diversosque mores et habitudines præ se ferunt, uti omnes viatores facile videre poterunt. Alius enim est typus *Somaulus*, alius *Dankalius*, alius *Taltallus* et alius *Saho*. Isti omnes sunt populi pastores fere errantes, ab Abyssinis, Oromonibus, Sidamis et aliis altæ Æthiopiæ tribubus omnino diversi, ac propterea diversam originem habuisse dicendi sunt. Typus *Somaulus* arabicus videtur, persicus *Dankalius*. Inter *Taltallos* se esse romanos dicentes inveni. *Sahos* aliquid byzantinum præ se ferre mihi videntur. Idem dicendum de aliquibus aliis populis et tribubus habitantibus littorales illas plagas magis aquilonares versus Nubiam et Ægyptum.

[1] Hic quæstionem instituere nolo de lingua matre et primitiva filiorum Sem inter multas linguas orientales quæ semiticæ dicuntur. Ego ad hebraicam propendo, quia unitas typi et lineamentorum illarum linguarum magis in hebraica invenire videtur, quam in cæteris.

[2] Licet inveniatur aliqua etiam identitas radicalium in multis vocibus diversarum linguarum semiticarum dictarum, magis tamen identitas originis earum ex idea grammaticali, si semper eadem sit, probatur. Etenim processus grammaticalis cujuscumque linguæ magis primitivus est, et magis ad originem se tenet quam processus materiarum et modificatio earum; nam analyticus viator facile inveniet voces insitas de una lingua in aliam, etiam valde disparatam, quin transformationem aliquam processus grammaticalis inveniat, Ratio est quia iste sentimentalis est et essentialis, quem minima transmigratio successiva nequit transferre, dum ille accidentalis et magis mobilis est, ut per se patet.

hujus opusculi notabo. Inde tamen non fit ut excludi debeant quædam anomaliæ et proprietates quæ aliquam Chamiticarum et Japheticarum linguarum apparentiam exhibent, et quas ex fusione accidentali et secundariis emigrationibus derivasse conjici potest.

Quum autem opusculum hoc eo solummodo tendat, ut aliquas leges seu regulas tradat linguas amaricam et oromonicam discere cupientibus, non vero ut de linguis semiticis generatim disserat, hæc pro nunc transeunter adnotasse sufficiat ad excitandam lectoris attentionem circa aliquas observationes, quas in lectionum istarum decursu inveniet [1].

Quidquid igitur definitive dici possit in hac quæstione de linguis chaldaica, arabica, æthiopica sacra et similibus, quarum ego penitiorem cognitionem minime habeo; quidquid insuper dici possit de multis linguis regionum altæ Æthiopiæ, id est de linguis Waratarum [2], Gingironum [3],

[1] Ad varias, quæ hic a me enunciatæ sunt cum aliqua limitatione, assertiones probandas, non defuissent mihi testimonia et documenta collecta, quæ, si non suffecissent ad persuadendum, certo satis fuissent ad excitandum studiosos ad quæstiones a me incœptas prosequendas. Nunc iis destitutus, eos de hoc monitos volo pro simplici intelligentia eorum quæ in decursu opusculi invenientur.

[2] *Waratæ* sunt populi qui Sidamæ dicuntur ab extraneis, de quibus jam supra loquuti sumus. Stirps Warata, et idem dicendum est de lingua matre ipsius, subdividitur iterum in plures alias, quas hic referre nunc mihi difficile est. Sufficiat notare quod in Kafa vidi mancipia ex Kullo, Wallamo, Gimira et aliis regionibus, quorum linguam nostri Kafini non intelligebant; inde necessarius erat novus interpres pro quolibet novo mancipio a regionibus septentrionalibus et orientalibus supradictis venienti.

[3] *Gingiro* est regnum nunc valde parvum ad orientem Gemma Qaqa et Ennerea, ad aquilonemque Kambuat, Kullo et Kafa. Hic populus inter omnes alios altæ Æthiopiæ est adhuc barbarus; nunquam enim habet pacem cum vicinis, et solus Deo sacrificium humanum offert, in sola tamen circumstantia qua rex ipsius tronum init. Plura dicuntur de antiquitate hujus populi, quæ ævum mythologicum redolent. Mihi certum videtur hunc populum esse fractionem primitivorum dominorum altæ Æthiopiæ post stirpem chamiticam, quæ in illis mon-

Agaworum [1], Tigræorum [2], Taltallorum [3], Somaulorum [4], Sahorum [5], Bedowinorum [6] et aliorum multorum [7], qui illic inveniuntur, et de quibus fere omnibus plurimas a me collectas observationes comparativas amisi; quidquid, inquam, de præfatis dici possit, si doctus lector attendat quæ in sequentibus lectionibus de solis linguis amarica et oromonica dicturus sum, meum de una utriusque origine judicium haud leviter reprobabit; utriusque enim ei apparebit sympathia et

tibus altioribus se conservavit. Traditiones religiosæ et consuetudines hujus populi conveniunt cum stirpe pagana regni Kafa.

[1] Duplex est populus *Agaw* dictus, unus ad meridiem laci Tsana et ad occidentem Gogiam, alter ad orientem Abyssiniæ centralis seu Begmeder, et ad meridiem Tigræi; amborum lingua substantialiter eadem est.

[2] *Tigræi* Abyssiniam septentrionalem incolunt. Eorum regio æthiopici imperii sedes antiquitus fuit; sed jam a pluribus sæculis stirps amarica ei dominatur.

[3] *Taltalli* sunt tribus fere errantes ad orientem Tigræi. Olim stipendiarii erant imperii æthiopici, nunc vero, jugo fere omnino excusso, libertate fruuntur ac littori maris Rubri dominantur. Eorum lingua plures radicales oromonicas habet. Taltalli possident fodinas salis, quod ad universam altam Æthiopiam deportatur.

[4] *Somaulus* est populus valde numerosus, occupans omnia littora maris oceani a Babelmandeb usque ad æquatorem. Licet Somauli parum a littore oceani dominium suum protendant, attamen commercii monopolium ita exercent ut nemini dent per suam regionem transitum ad Africam interiorem. Mahumedani orthodoxi sunt. Eorum lingua aliquam cum oromonica affinitatem habet.

[5] *Saho* sunt etiam tribus veluti dominantes littora maris rubri ad aquilonem Taltallorum prope insulam Musaw'a dictam. Hi antiquitus tributarii Abyssiniæ erant, nunc cœperunt solvere tributum Turcis. Eorum lingua affinis est linguæ tigraicæ, necnon et sacræ Abyssinorum.

[6] *Bedowini* dicuntur omnes populi errantes, qui inveniuntur in omnibus desertis, tam in Africa versus Nubiam quam in Asia prope Arabiam, Syriam et Ægyptum. Lingua Bedowinorum Africæ orientalis fere una est cum sacra abyssina. Etymologia nominis Bedowini a BADO (*desertum*) derivari videtur, quæ radix arabico-æthiopica est.

[7] Adsunt quam plurimi alii populi errantes et dominantes littoralibus plagis Africæ orientalis, uti *Dankali* prope fretum Babelmandeb, *Ad'al,* magis in interiori ad occidentem eorum, et alii ad austrum regni Kafa versus oceanum indicum, de quorum lingua nihil adeptus sum præter aliquas voces.

grammaticalis identitas, licet materialis terminorum apparatus longe differat. Judicium autem certius pronunciare poterit qui linguarum orientalium semiticarum peritior has comparare voluerit cum duabus prædictis, cum linguis nostris et cum linguis populorum Nigrorum, de quibus per incomparabilem solertiam illustrium viatorum et catholicorum missionariorum sufficientia elementa ad nos pervenerunt [1].

Porro inter linguas amaricam et oromonicam, quæ sunt harum lectionum subjectum, tantam inveni affinitatem grammaticalem, ut fere semper una dissertatione utriusque difficultates expedire potuerim. Imo fere semper illarum leges iisdem exemplis in iisdem tabulis a latere pro comparatione collocatis exponere potuissem, si locus pro duplici columna suffecisset. Quid plura? ipsæmet anomaliæ et irregularitates utriusque linguæ pari gressu procedere in hisce lectionibus videbuntur.

Attamen quæ in hoc opusculo observaturus sum sive circa populorum dictorum stirpem dominantem [2] sive circa originem illarum linguarum, non uti sententiam decretoriam dabo;

[1] Anno 1851, apud missionarios catholicos moratus *Kartum*, quæ nova capitalis est provinciarum ægyptiacarum *Sudan* et *Sennaar*, inveni apud Patres societatis dictionarium linguarum *Dinka* et *Bary*, quod certe in Europam pervenisse haud dubito; ego hoc fere totum transcripseram, sed sortem manuscriptorum meorum subiit. Eodem anno secutus Nilum cæruleum usque ad *Fazoglo* et *Gasan* plures alias notas acquisieram, quæ pariter amissæ sunt. Hic insuper observandum est, in omnibus locis ab Ægypto subactis prope Nilum fere ubique stirpem et linguam arabicam insitas esse. Quolibet tempore, etiam antiquissimo, illæ regiones semper receperunt emigrationes ex Ægypto, occasione evolutionum politicarum ejusdem, quæ typum et linguas illorum populorum ceperunt; fragmenta quæ inveniuntur in monumentis et ruinis apparent etiam in linguis.

[2] Dico *stirpem dominantem*, quia difficile est invenire aliquam stirpem puram in illis regionibus et in omnibus locis ubi servitus existit. Quantitas enim mancipiorum continuo ex Nigritia vicina adductorum, quorum pars notabilis apud Oromones et Abyssinos remanent, ibique, uxore ducta, filios procreant et

nec oppugnare intendo aliorum scriptorum opiniones, quos omnes magni facio. Hæc enim mihi sola mens est, ut scilicet per has observationes lectores aliquo modo persuadeam de populorum illorum cognatione cum fratribus nostris primogenitis [1], sicque in ipsos majorem sympathiam et affectum excitem, et ut per comparationem mutuam illarum linguarum facilior et profundior acquiratur earumdem cognitio.

Nunc autem ut quid de hujus grammaticalis opusculi ordine dicam, illud in novem lectiones dividere mihi arridet. In prima lectione de alphabeto amarico, necnon et de oromonico dicam. In secunda lectione, methodo grammatices peritorum postposita, statim de verbo disseram, tum quia longior et complicatior est materia, tum quia hac ratione magis servio commodo illorum qui hasce linguas addiscendi necessitate premuntur ut sunt missionarii nostri; nam, verborum natura et dispositione cognita, statim poterit missionarius cum indigenis aliquo modo colloqui, et eis prodesse [2] : tum etiam quia in verbis præcipue elucet intima harum linguarum cognatio.

tractu temporis naturales indigenæ fiunt, procul dubio stirpem illam notabiliter vitiare debet. Hoc pariter accidit in Arabia et in omnibus regionibus mahumedanis. Pars ista tamen paulatim introducta in omnes regiones altæ Æthiopiæ, typum quidem in aliquo vitiare potest, non vero linguam, quia pauci extranei non sufficiunt ad crisim in lingua producendam, eo maxime, quod infimæ conditionis sint consequenterque amici imitationis.

[1] Primogenitura est quid sacrum et characteristicum semiticæ stirpis. Uti primogenita accepit a Deo oraculum sacerdotale usque ad Christum, qui ex ea ortus est. Stirps semitica primogenitum semper venerata est, et etiam nunc veneratur ubique in locis ubi traditionaliter vivit. Apud Oromones invenitur primogenitura in sensu biblico et patriarchali præ omnibus aliis locis a me cognitis.

[2] Experientia comperi ad linguas addiscendas maximo auxilio esse confabulationem cum indigenis statim ac aliqua elementa linguæ apprehensa sunt. Ratio est quia sic linguæ organum paulatim pronunciationi indigenæ assuescit, antequam impropriam litterarum pronunciationem contrahat, quæ postea difficile exuitur, sive etiam quia confabulatio valde juvat memoriam ad voces cujuscumque generis retinendas, præcipue ad nomina addiscenda. Ut autem missionarius possit

Propter eamdem rationem in tertia lectione de pronomine acturus sum; quia in præfatis linguis admodum essentiale est et fere indivisibile a verbo, cujus conjugationi sæpissime insitum est; sicuti pariter a nomine distare non debet, cujus etiam crebro affixum est. Etenim nucleus linguarum istarum, imo semiticarum omnium, in pronomine est, quod cum fere omnibus cæteris partibus colligatur [1]. In quarta lectione igitur necessario de nomine sive substantivo sive adjectivo, de declinatione ejus, de constructione et de articulo agendum erit, utpote materiæ valde affines. In quinta de adverbio sermo erit. In sexta, de præpositione. In septima, de conjunctione. In octava, de interjectione. In nona tandem de quotidianis et popularibus salutationibus.

Equidem, si ageretur de opere grammatico componendo pro adolescentibus linguas nostrates discere volentibus, majori brevitati consulendum foret et a philologicis dissertationibus abstinendum, ne diffusio confusionem in mentibus tenellis pareret illasque frustra fatigaret. Quæ brevitas eo magis rationabiliter esset curanda, quod linguæ nostræ leges grammaticæ jam habent universaliter cognitas ac probatas. Sed longe aliter res se habet si agatur de amarica et de oromonica lingua [2]. Quum harum leges nondum sint per adæquatam ac

statim confabulari, cognitio verborum præ cæteris juvat; in his linguis enim unico verbo, quibusdam affixis instructo, sæpe perficitur propositio.

[1] Si forte aliquis in posterum studio diligentiori harum linguarum se dicare voluerit, ausim rogare eum ut materiam hanc de pronomine serio consideret, præsertim linguæ amaricæ. Nisus quindecim et amplius annorum mihi satis non fuerunt ad omnia explicanda; inter amissas adnotationes enim aliquæ adhuc aderant mihi obscuræ materiæ, quas hic ne quidem retuli. Labor assiduus in hac materia valde utilis foret intelligentiæ linguarum orientalium, et præsertim codicum sacrorum.

[2] In lingua amarica nullam grammaticam hucusque publicatam cognosco. Bene vero viri complures præclarissimi scripserunt de lingua æthiopica sacra, *Ghez* dicta. Inter istos illustrissimus eques Antonius d'Abbadie, nemini secundus

probatam grammaticam stabilitæ, puto eas præcedentibus vel concomitantibus rationibus esse fulciendas, ut earum veritas et justitia legentibus pateat[1]. Ex quo sequitur etiam illud commodum, ut nempe eædem leges, quum de viris maturis et linguarum studio assuetis hic agatur, explicatæ et probatæ intelligibiliores evadant et memoriæ facilius mandentur.

Si forte lex aliqua a me posita veluti certa vel probabilis alicui improbabilis aut falsa videatur, suamque sententiam non levibus conjecturis sed validioribus argumentis comprobaverit, tantum abest ut doleam, ut cum cordato quolibet sim ei maxime gratulaturus, quia exinde perfectior illarum linguarum grammatica sperari possit[2]. Gloria mea hæc erit, quod opusculo isto licet imperfecto aliis valentioribus ad melius faciendum occasio et stimulus fuerim.

Benignus autem lector operis imperfectioni facile indulge-

numerandus est, qui thesaurum litteraturæ æthiopicæ haustum voluit, ut patriam suam proprio ære ditaret. Circa linguam oromonicam vero aliqui quædam elementa grammaticalia tradere conati sunt, eorumque nisus valde laudandi. Sed quia regiones illas non visitarunt, vel quia aliquas tantum fractiones illarum regionum remotiores transeundo viderunt, elucubrationes eorum, factæ per analysim vocum ab aliquibus passim acceptarum, adeo obscuræ et a vero alienæ evaserunt, ut mihi et meis nihil absolute profuerint ad illam linguam addiscendam.

[1] Hoc eo rationabilius mihi visum est, quod leges grammaticales istarum linguarum sæpissime a nostris toto cœlo distant, et nisi philologica ratione fulcirentur gratis assertæ viderentur.

[2] Ne proverbialis jactantia videatur hæc mea, præter ea quæ in adnotatione præcedenti jam dixi de lacunis, quæ circa pronomina ego ipse confessus sum existere, confiteor plures alias materias a me exhaustas non fuisse earumque difficultates non satis solutas, præsertim illas quæ de formis verborum mutua, prospera et adversa linguæ amaricæ, necnon de formis emphatica et semicausativa linguæ oromonicæ, sicuti etiam alias, quæ remanserunt satis obscuræ, quia destitutus notis non solum, sed peregrinus hic factus sum a locis et a linguis ipsis pro consultatione. Procul dubio igitur sagax ingenium majori tempore et commoditate donatum non solum ea omnia perficiet, sed alia insuper inveniet, quæ mihi adhuc ignota fuere.

bit, si sequentium meminerit : 1° me hæc scripsisse non ad nomen et famam occupandum, sed solummodo ad missionarios commilitones meos futuros juvandum, nihil aliud desiderans nisi Dei misericordiam ac requiem in illo æternam; 2° elucubrationes alias, quas hac de re, ut jam adverti, diligentius curaveram, omnes mihi periisse in captivitatibus meis, ac proinde opusculum hoc e tenui memoriæ meæ promptuario prodire debuisse in angustia temporum et negotiorum, ita ut ne extremam quidem manum illi admovere potuerim[1]. Enimvero quisnam in missionario, qui inter barbaros senuit, numeros omnes et apices magistri grammatici exegerit?

Jam satis dixi hoc quod ad me attinet. Quoad lectorem vero, si forte linguas de quibus ago penitus addiscere noluerit, sed tantum pro opportunitate vel laudabili curiositate delibare, tunc philologicis dissertationibus prætermissis, ad exempla statim transeat, et ad illas in obscuritatibus duntaxat recurrat. Exempla enim planior ac jucundior sunt via ad disciplinam quamlibet comparandam. Quapropter exempla in hoc opere multiplicavi ad utilitatem tum missionariorum, ut citius queant cum indigenis fabulari, tum alumnorum indigenarum, qui eodem, aliis deficientibus grammaticis, vice versa utantur ad linguam latinam perdiscendam.

Unum nunc superest, ut scilicet rationem reddam cur latine opusculum scripserim. Rationes ergo hæ sunt : 1° quia illud scripsi directe pro dictis missionariis et alumnis ecclesiasticis, quibus cognitio et usus hujus linguæ necessaria sunt;

[1] Elucubrando opusculum theologicum pro instructione catechistarum oromonum scripseram aliquas adnotationes. Eo quod deinde fuerim coactus exspectare examen dicti opusculi, in mense junii 1863, cœpi colligere illas adnotationes cum intentione tradendi solum conjugationem aliquorum verborum, necnon nominum declinationem. Retardante typographo pro efformatione novarum litterarum linguæ oromonicæ potui cætera omnia addere dum opus impressionis perficiebatur in currenti anno 1866.

2° quia lingua Latii illud reddit intelligibile et legibile in universa Europa et quantum patet Ecclesia catholica; 3° quia ego sacerdos et episcopus (licet tanta dignitate indignum me habeam) lingua hac ecclesiastica uti convenientius putavi. Pro quarta ratione (audeo dolorem meum manifestare) hanc addam, quod nempe video Europam nostram, quæ olim hujus linguæ vinculo et fidei unitate colligabatur eratque populus unius cordis et labii ac propterea Turcis aliisque infidelibus formidandus, nunc linguis et animis tam divisam atque discerptam, ut quot sunt in illa regiones et regna tot sint populi sibi invicem infensi non minus quam Turcæ cæterique catholici nominis hostes[1]. Quod quidem quantum illam infirmam reddat et illis ipsis contemptibilem faciat nemo non videt. Faciat Deus ut fides antiqua et animorum concordia in hac Europa reviviscat ad ejusdem prosperitatem et gloriam et regni Christi propagationem ac triumphum!

[1] Præter recensitas hic rationes non deerant mihi aliæ satis graves. Ne scriberem gallice peritia hujus linguæ mihi italo sufficiens non erat; ne scriberem italice, scribebam in Gallia et pro gallis missionariis; ideo coactus fui scribere latine. Etenim in hac lingua nos omnes clerici veluti in lingua matris nostræ, et patriæ unius antiquæ, adhuc sumus veri fratres. Cæterum, ut verum dicam, lingua latina, mihi magis commoda erat ad me explicandum in his materiis quam lingua italica, in qua natus et educatus fui, non quasi præsumens possidere linguam latinam præ italica, sed, ni fallor, quia lingua latina magis antiqua et ad primitivas accedens, majorem etiam cum istis linguis analogiam imo sympathiam habet, tam in valore et sensu vocum, quam in constructione sententiarum. Insuper italico et gallico valde brevior est latinus sermo, ac proinde magis ad normam amarici et oromonici, quod maxime favebat brevitati linearum in columnis duplicem vel triplicem textum ferentibus.

LECTIONES GRAMMATICALES

AMARICÆ ET OROMONICÆ.

LECTIO PRIMA.

DE ALPHABETO.

Quum duplex sit grammatica, amarica nempe et oromonica, duplex consequenter est alphabetum, unum amaricum, quod est proprium et speciale, et aliud oromonicum, quod idem est ac latinum nostrum cum aliqua additione; ideo præsens lectio in duo capita dividenda est: in primo agemus de alphabeto amarico et in secundo de oromonico.

CAPUT PRIMUM.

DE ALPHABETO AMARICO[1].

In alphabeto amarico duplicis generis litteræ inveniun-

[1] Ex omnibus alphabetis æthiopicis impressis apud nos, et cognitis, nullum inveni magis perfectum, et ad formam consuetam apud doctos Abyssinos magis accedens, quam illud publicatum ab illustrissimo, et in scientiis æthiopicis inter omnes doctissimo Antonio d'Abbadie, typis imperialibus Parisiis impressum anno 1839, in suo libro, cujus

tur, litteræ videlicet alphabeti æthiopici, quæ ad linguam amaricam scribendam usurpatæ sunt, et litteræ propriæ ejusdem linguæ amaricæ, quæ inventæ sunt ad scribendam hanc linguam, tanquam additio alphabeti æthiopici ad eam scribendam insufficientis. Quapropter duplex tabula litterarum erit, una de litteris æthiopico-amaricis, secunda pro litteris pure amaricis; sed prius plurima circa naturam litterarum et alphabeti observanda veniunt.

Primo quidem præmittenda est lex generalis, quæ propria est omnium linguarum semiticarum, imo probabiliter etiam nostrarum primitivarum, litteras omnes videlicet fere semper syllabam completam, id est consonantem cum sua vocali, exhibere; dixi *fere semper*, quia, uti videbimus in tabula litterarum, aliquando littera retinet suam naturam puræ consonantis, vel aspirantis sine vocali adnexa, quod evenit semper in qualibet littera sub numero sexto tabulæ.

2. In lingua hebraica litteræ omnes induunt signa separata pro determinanda vocali ad syllabam perficiendam; e contra in alphabeto æthiopico-amarico [1] signa hæc litteræ ipsi immediate unita inveniuntur, ita ut littera

titulus, *Catalogue raisonné des manuscrits éthiopiens*, a quo infra exponendum alphabetum accipere volui, quodque in omnibus suis explicationibus confirmatum et laudatum esse volo; habita sola differentia, quod ipse, gallice scribens, alphabeto gallico valorem ejus exposuit; ego autem, latine scribens, alphabeto latino-romano exponam, sicuti etiam ordinem litterarum parum mutare bonum putavi ad memoriam juvandam.

[1] Appellavi hic alphabetum *æthiopico-amaricum*, quia, uti supra

quælibet in septem diversas litteras distinguatur, aliquando etiam formam notabiliter mutando; ex quo efformatur alphabetum illud immensum, in quo 33 litteræ per septem multiplicatæ, fiunt 231; sine diphthongalibus, quæ 36 sunt.

3. Quamvis vocales, modo hæbraico, consonantibus affigantur per signum, adsunt tamen duæ litteræ alphabeti æthiopici, quæ naturam vocalium habent, idest **አ** et **ዐ**, atque sicuti cæteræ omnes possunt accipere sonum omnium aliarum vocalium. At sub numero sexto, quando cæteræ litteræ sub hoc eodem numero retinent naturam consonantis vel aspirantis sine vocali, istæ duæ accipiunt sonum vocalis mutum veluti cerebralem, ad nullam ex aliis vocalibus inclinantem. Hæ duæ litteræ in fine tabulæ primæ alphabeti æthiopici ponuntur; prima ex his duabus, **አ** videlicet, ni fallor, est *alif* Hebræorum, cujus figuram etiam certo modo videtur retinere, et officia quamplurima ejusdem habet, uti videbimus in decursu opusculi hujus; hæc absorberi solet quando invenitur in concursu cum alia littera præcedenti.

4. Cæteræ omnes litteræ dividi possunt in simpliciter consonantes et aspiratas; consonantes dividi possunt in labiales, dentales et gutturales; aspiratæ etiam variæ sunt

notatum est, alphabetum amaricum ex æthiopico componitur tanquam principali, cum additione litterarum specialium, semper tamen formam æthiopicam retinentium; imo hæ litteræ amaricæ nihil aliud sunt quam litteræ alphabeti æthiopici modificatæ, uti videri potest in secunda tabula; consequenter dici potest alphabetum *æthiopico-amaricum*, vel solum *amaricum*.

juxta gradum aspirationis earum. Quamvis in alphabeto æthiopico nullus servari soleat constans ordo, ego tamen hic in sequenti tabula prius consonantes, postea aspiratas, deinde in fine duas supradictas vocales ponam.

5. Tabulæ alphabeti, sive æthiopici sive amarici, habent septem numeros sub qualibet littera, juxta numerum vocalium : sub numero primo est vocalis *A* muta versus *E*. In secundo numero est vocalis *U* etrusca, quæ gallice *ou* scribitur. In tertio numero est vocalis *I* ordinaria. In quarto numero est *A* clara et aperta; quando consonantes absorbent *alif*, semper sub hoc numero scribitur. In quinto numero est *E*, quæ tamen fere nunquam pura et aperta pronunciari solet, sed fere semper cum *iod* dicendo *IE*. In sexto numero, uti jam notavimus, invenitur consonans pura sine vocali. In septimo tandem numero est *O*, quæ tamen rarissime pronunciari solet pura et aperta, sed semper veluti *UO*. Quælibet littera sub numero quinto et septimo supra notatis, *IE* et *UO*, stricte dici deberet potius littera naturæ diphthongalis, quam simplex littera cum vocali.

6. In tabulis sequentibus, ad exprimendum valorem litterarum alphabeti æthiopico-amarici, utor litteris latinis dando eis valorem qui dari solet Romæ in lingua biblica et liturgica. Quando dicitur *vocalis*, vel *consonans* in capite, signum est litteram suppositam sonum cujuscumque vocalis recipere posse, vel pure consonantem esse. Quum vero duplicatur littera latina in capite, signum est eam esse fortiorem; quum ponitur vocalis in capite, est solum ad determinandum valorem consonantis latinæ sibi unitæ.

TABULA LITTERARUM ÆTHIOPICARUM.

NUM. litt.	VALOR.	ă-e. 1	u-ou. 2	i. 3	à. 4	e-ie. 5	cons. 6	o-uo. 7	ADNOTATIONES.
1	b, v	በ	ቡ	ቢ	ባ	ቤ	ብ	ቦ	Labialis : Beth.
2	m	መ	ሙ	ሚ	ማ	ሜ	ም	ሞ	— Mim.
3	w	ወ	ዉ	ዊ	ዋ	ዌ	ው	ዎ	— Wau.
4	pp	ጰ	ጱ	ጲ	ጳ	ጴ	ጵ	ጶ	
5	p	ፐ	ፑ	ፒ	ፓ	ፔ	ፕ	ፖ	
6	f	ፈ	ፉ	ፊ	ፋ	ፌ	ፍ	ፎ	— Phe.
7	ss	ሠ	ሡ	ሢ	ሣ	ሤ	ሥ	ሦ	Dentalis :
8	s	ሰ	ሱ	ሲ	ሳ	ሴ	ስ	ሶ	— Sad.
9	l	ለ	ሉ	ሊ	ላ	ሌ	ል	ሎ	Lingualis : Lamed.
10	r	ረ	ሩ	ሪ	ራ	ሬ	ር	ሮ	— Res.
11	t	ተ	ቱ	ቲ	ታ	ቴ	ት	ቶ	— Thet.
12	tt	ጠ	ጡ	ጢ	ጣ	ጤ	ጥ	ጦ	— Thau.
13	n	ነ	ኑ	ኒ	ና	ኔ	ን	ኖ	— Nun.
14	za	ዘ	ዙ	ዚ	ዛ	ዜ	ዝ	ዞ	— Zain.
15	d	ደ	ዱ	ዲ	ዳ	ዴ	ድ	ዶ	— Dalet.
16	tsa	ጸ	ጹ	ጺ	ጻ	ጼ	ጽ	ጾ	— Tsad.
17	ttsa	ፀ	ፁ	ፂ	ፃ	ፄ	ፅ	ፆ	
18	ïod	የ	ዩ	ዪ	ያ	ዬ	ይ	ዮ	Semi aspirata gutt.
19	ga	ገ	ጉ	ጊ	ጋ	ጌ	ግ	ጎ	Gutturalis : Ghimel.
20	k	ቀ	ቁ	ቂ	ቃ	ቄ	ቅ	ቆ	— Kaf.
21	ca	ከ	ኩ	ኪ	ካ	ኬ	ክ	ኮ	— Qof.
22	hhh	ሀ	ሁ	ሂ	ሃ	ሄ	ህ	ሆ	Fort. aspirata.
23	hh	ሐ	ሑ	ሒ	ሓ	ሔ	ሕ	ሖ	Remissior asp.
24	h	ኀ	ኁ	ኂ	ኃ	ኄ	ኅ	ኆ	Simpl. asp.
25	vocal	አ	ኡ	ኢ	ኣ	ኤ	እ	ኦ	Alif hebr.
26	*id.*	ዐ	ዑ	ዒ	ዓ	ዔ	ዕ	ዖ	Vocalis aperta.

TABULA SECUNDA DE LITTERIS EXCLUSIVIS PRO LINGUA AMARICA.

NUM. litt.	VALOR.	ä-e. 1	u-ou. 2	i. 3	à. 4	e-ie. 5	Cons. 6	o-uo. 7	ADNOTATIONES.
1	scin	ሸ	ሹ	ሺ	ሻ	ሼ	ሽ	ሾ	
2	ci	ቸ	ቹ	ቺ	ቻ	ቼ	ች	ቾ	
3	cci	ጨ	ጩ	ጪ	ጫ	ጬ	ጭ	ጮ	
4	gna	ኘ	ኙ	ኚ	ኛ	ኜ	ኝ	ኞ	
5	k-h	ኸ	ኹ	ኺ	ኻ	ኼ	ኽ	ኾ	
6	g	ዠ	ዡ	ዢ	ዣ	ዤ	ዥ	ዦ	Uti *g* gallica.
7	gia	ጀ	ጁ	ጂ	ጃ	ጄ	ጅ	ጆ	

TABULA DIPHTHONGALIUM ÆTHIOPICARUM.

ÆTHIOPICA.

kua	*gua*	*qua*	*ḫwa*	muta
ኰ	ጐ	ቈ	ኈ	versus *e*
kui	*gui*	*qui*	*uwi*	muta
ኵ	ጕ	ቍ	ኍ	versus *e*
kuá	*guá*	*quá*	*uwá*	aperta
ኳ	ጓ	ቋ	ኋ	
kuie	*guie*	*quie*	*uwe*	
ኴ	ጔ	ቌ	ኌ	

AMARICA.

luá	*muá*	*ruá*	*sciuá*	*buá*
ሏ	ሟ	ሯ	ሿ	ቧ
tuá	*ciuá*	*nuá*	*zuá*	*ïuá*
ቷ	ቿ	ኗ	ዟ	ኟ
duá	*ttuá*	*cciuá*	*tsuá*	*fuá*
ዷ	ጧ	ጯ	ጿ	ፏ

Sed hæ omnes litteræ parum in usu sunt in lingua amarica.

PUNCTUATIONES.

፡ Pro separ. vocum.

፣ Virgula.

፤ Punctum et virgula.

። Punctum.

INCOMMODA HUJUS ALPHABETI.

Hoc alphabetum pluribus incommodis obnoxium est, quæ omnia notare bonum putavi, ne hujus linguæ studiosus inutiliter fatigetur ad solvendas quasdam ambiguitates, quæ ipsi alphabeto et linguæ naturales sunt, et insolubiles etiam apud doctos Abyssinos [1].

Primum incommodum hujus alphabeti est pluralitas litterarum, quæ valde fatigare debet hujus linguæ studiosos. Nec dicatur quod radicaliter litteræ sint tantum 33 absque diphthongalibus, scilicet 26 alphabeti æthiopici, et septem additæ ipsi pro alphabeto amarico; cæteras esse tantum signa et modificationes earumdem litterarum pro vocalibus, uti accidit in omnibus fere linguis semiticis et orientalibus; quia ad differentiam linguæ hebraicæ et arabicæ, in hac lingua vere invenitur variatio litteræ pro singulis vocalibus efformandis. Supposito etiam quod fuerint simpliciter signa, hæc non sunt uniformia, uti in supradictis linguis, sed sæpissime diversa, quæ confusionem sæpe inducunt. Cæterum, quis asserere audebit linguam hebraicam et linguam arabicam quoad alphabetum perfectas esse? Nonne difficultates illarum ab omnibus cognitæ sunt? Pretium linguarum harum in hoc consistit, quod antiquæ sunt et monumentales, non vero quia perfectæ.

[1] Centies conversatus sum cum doctis Abyssinis, et millies audivi quæstiones inter eos super valorem et naturam litterarum alphabeti amarici, quin solutionem unam audierim; a pluribus doctis venerunt ad me epistolæ missivæ, sed semper comperi maximam diversitatem circa orthographiam textus earum.

Secundum maximum incommodum hujus alphabeti est incertitudo et dubium de valore plurimarum litterarum ejusdem, et consequenter superfluitas magnæ partis earum. De solis tribus litteris aspiratis, nempe ሀ, ሐ, et ኀ, quæ cum suis vocalibus ad 21 ascendunt, ipsemet clarissimus Antonius d'Abbadie noster confusionem hanc confitetur[1]. Deinde adsunt quamplurimæ aliæ duplices, uti አ et ዐ, ሰ et ሠ, ጸ et ፀ, ጰ et ፐ, ተ et ጠ, ቀ et ከ, nec non ኸ, et tandem ቸ et ጨ, de quibus omnibus maxima ambiguitas et incertitudo apud doctos ipsos in scribendo linguam amaricam. Si clarissimus citatus d'Abbadie confitetur se fatigatum amisisse notas variationum[2] in ipsa lingua *ghez*, pro qua directe creatum est alphabetum, et in qua litteratura existit, necnon aliquod studium grammaticale; quid dicendum de lingua amarica, cui solum adaptatum est alphabetum hoc, et in qua libri

[1] In præfatione libri cui titulus *Catalogue raisonné des manuscrits éthiopiens*, pag. 10, ubi ait : « Il y a déjà plusieurs siècles que les « lettres éthiopiennes ont quitté les Tigray pour fleurir chez les Amara. « Or l'oreille de ces derniers confond ሀ et ሐ avec ኀ, አ avec ዐ. De « toutes parts on confond ሰ et ሠ, cette dernière lettre n'étant déjà « plus sacramentelle que dans le mot ንጉሥ et les termes qui en « dérivent. Quant à ጸ et ፀ, ils sont tellement confondus, que j'ai re- « noncé à les distinguer dans la transcription. »

[2] « Au commencement de ce catalogue j'avais tenu à copier servile- « ment l'orthographe des manuscrits pour en montrer les variantes, et « à écrire par exemple አስጢፋኖስ pour እስጢፋኖስ ፡ tantôt ሰር « ዐት ፡ ou ሰርዓት ፡ et tantôt ሥርዐት ፡ et ሥርዓት ፡ vers la fin j'ai « souvent abandonné cette méthode, qui peint bien, d'ailleurs, la « confusion existante chez les Éthiopiens. » (*Ibid.* p. 11.)

non scribuntur, sed solum epistolæ missivæ, nec aliquod studium grammaticale adest? Dubium autem circa valorem illarum omnium litterarum probat inutilitatem plurium earum; ita ut, si alphabetum ad statum normalem reduceretur, possent auferri circa decem litteræ, quæ, multiplicatæ per septem, darent septuaginta litteras inutiles. Sed incommodum non est solum in litteris duplicibus, sed insuper in ordine omnium litterarum relative ad septem vocales, in quibus maxima ambiguitas et obscuritas etiam viget. Sit in exemplum vocalis sub numero sexto[1], quam ego *simplicem consonantem* vel *aspirantem* appello; hæc littera aliquando accipit sonum aliquem vocalis, et efformat syllabam associando sibi alias litteras, contra legem syllabicam hujus alphabeti; aliquando etiam servit alteri litteræ ad vocalem faciendam, amisso omni omnino sono vocali: sic in hac voce ምንግሥት ፡ (regnum) omnes omnino sextæ sunt, sed solæ prima et tertia induunt aliquem sonum vocalem, ad duas syllabas faciendas; cæteræ omnes ut simpliciter consonantes sunt; imo in secunda syllaba ግሥት ፡ sola prima induit sonum, aliæ duæ puræ consonantes sunt, et pronunciantur uti *est* nostri latini. In allato exemplo prima littera ም, quæ induebat illic vocalem mutam ad syllabam, in hoc verbo እሊድርግም ፡

[1] Hæc littera sexta, uti simplex consonans sine vocali, deberet tenere primum locum ante omnes vocales, et præbere formam normalem litteræ hujus, supra quam, tanquam basim, construendæ fuissent cæteræ vocales per signa; sed inutiliter ut plurimum quæritur ratio et ordo quum agitur de linguis, maxime antiquis. Qua de causa sexto loco ponitur, et primo loco habetur vocalis semimuta አ.

uti simplex consonans in fine invenitur. Ex quo colligitur hanc sextam aliquando esse pure consonantem, aliquando vocalem. Sed hæc non est sola, exceptis enim secunda, tertia et quarta, quæ dant *U*, *I*, *A* invariabiliter, prima, quinta, et septima plurimis etiam mutationibus subjiciuntur. Prima enim aliquando fere *A* claram dat, aliquando etiam *E* fere apertam, uti in duobus istis verbis መጣ ፡, መሞት ፡ (veniebat, mori), primum *META*, et secundum *MAMOT* pronunciantur. De quinta et septima nulli dubium est; quinta enim dicitur *LIÉ* in ሌሊት ፡ (nox), in ቄስ ፡ (sacerdos), quæ pronunciantur *LIELIT*, *KIES*; et circa septimam dicitur *UO* in ቆብ ፡ (birretum), et in ክርስቶስ, qui pronunciantur *KUOV*, *CRISTUOS*, et sic fere semper. Attamen duæ istæ vocales considerari solent universaliter veluti *E* et *O*[1]. Prætereo hic alias litteras, quæ habent duplicem sonum, uti በ, quæ valet pro *B* et pro *V*, et pro utraque indiscriminatim accipitur et pronunciatur. Prætereo pariter ambiguitates quamplurimas, sive in scribendis, sive in pronunciandis litteris diphthongalibus fere omnibus. Nam hucusque relata ultro sufficiunt ad pro-

[1] Clarissimus Antonius d'Abbadie noster, in suo alphabeto, quod invenitur in præfatione operis sæpe citati a me, ne mentionem quidem facit de usu pronunciandi quintam et septimam vocalem *IE* et *UO*, sed absolute supponit eas pronunciari debere *E* et *O*, quod quodam modo ipsi concedendum est, quia, quum ipse scribat directe de lingua *ghez*, id est æthiopica sacra, ni fallor, in illa lingua valor quintæ et septimæ rarissime *IE* et *UÓ* admittit; sed non sic lingua amarica, in qua vix occurrit quintam *E* pronunciari, occurrit tamen sæpe septimam *O* esse, uti in ሞት ፡ (mors); *MÓT* enim dici solet, sic dicitur etiam ግምቦት ፡ (majus), id est *GHEMBÓT*.

bandam maximam imperfectionem hujus alphabeti. Inutiliter quæruntur dentes in lactente parvulo; hæc enim lingua adhuc in infantia videtur, deficit quoque lac studii ut adolescat [1].

Tertium incommodum hujus alphabeti est, quod, quum sit syllabicum, nequit admittere duplices, licet inveniantur sæpe in pronunciatione et articulatione hujus linguæ, et taliter ut sensus vocis alicujus varietur : sic hoc verbum አለ ፡ potest intelligi pro *dicebat* et pro *adest*, juxta modum illud pronunciandi : ÁLE significat *dicebat*, ÁLLE vero significat *adest;* tamen in utroque casu semper ut supra scribitur.

Quartum incommodum, quod materiale est, forma litterarum ipsa est, quæ, valde complicata, nequit presse scribi, ita ut, quod scriptor noster in lingua nostra una hora scribit, tribus horis vix perficere possit Abyssinus in

[1] Hic ego supposui alphabetum amaricum adhuc in infantia sua esse, quia lingua amarica est recenter introducta cum stirpe ejusdem nominis; sed, si quæstio esset de lingua *ghez*, tunc forsitan melius dicendum esset eam esse in via decessionis senilis, quia procul dubio illa lingua aliquando floruit, et suam plenam virilitatem habuit, in qua forsitan omnis illa obscuritas circa valorem litterarum non aderat; postea propter dominium linguæ amaricæ apud omnem illam nationem, plurimas introduxit mutationes, præsertim circa pronunciationem plurium vocum illius linguæ sacræ, uti evenire solet apud nos de lingua latina non eodem modo pronunciata a Gallis, ab Hispanis, Germanis et Italis, inter quos etiam nunc disputatur de valore aliquarum litterarum alphabeti latini. Hæc mihi videtur ratio tantæ incertitudinis circa valorem litterarum linguæ æthiopico-amaricæ, de qua hic quæstio est.

lingua sua. Nullæ enim adsunt litteræ quæ unico ductu graphico calami perficiantur, uti apud nos, imo apud Arabes ipsos. Forma litterarum hujus alphabeti talis est, ut omnino impossibile sit eam reducere ad formam cursivam et epistolarem nostram; et posito etiam, quod fieri possit, immensitas illa litterarum et signorum confusionem pareret, si reduceretur ad figuram scripturæ simplicis et cursivæ nostræ, uti per se patet.

Quintum incommodum est multiplicitas interpunctionis ex una parte, et insufficientia ejusdem ex alia. Duo puncta adsunt pro qualibet voce, postea vix aliqua signa adsunt in usu ad propositiones et varias discursus partes distinguendas. Deficientia etiam accentationis maximum incommodum est, præsertim pro iis qui naturam litterarum et officium relativum earum profunde non sunt meditati; ille enim qui serio studuit huic linguæ, accentationem invenit in litteris ipsis. Absentia tandem litterarum majuscularum pro nominibus propriis, scripturam abyssinam valde monotonam et fatigantem reddit, imo etiam minus gravem et claram. Hoc adeo verum est, ut Abyssini cogantur sæpe diverso colore scribere initiales aliquorum nominum, quod maxima complicatio et interminabilis labor est.

Adsunt aliæ imperfectiones hujus alphabeti, quas brevitatis causa omitto, ut aliquos canones referam spectantes affinitatem litterarum inter se, qui valde juvabunt, sive ad facilius memoriæ et imaginationi imprimendam figuram litterarum earumdem, sive etiam ad faciliorem scripturam reddendam.

Primus canon respicit litteras amaricas additas alphabeto æthiopico. Hæ omnes litteræ desumptæ sunt ex alphabeto æthiopico, cujus antiquam formam semper retinent, sed addunt tantum signum amaricum, fere semper idem : sic ሰ æthiopica fit ሸ (scin), ተ fit ቸ (ci), ነ fit ኘ (gn), ኸ est ከ, ጀ est ደ; istæ non mutant signum amaricum, quod semper idem est. Duæ sequentes mutant quidem signum supradictum, sed sunt etiam ipsæ litteræ alphabeti æthiopici, nempe ጠ, ዘ, quæ fiunt ጨ, et ዠ. Hoc semel supposito, qui didicit alphabetum æthiopicum, præfatis signis additis, habebit litteras amaricas, etiam in quocumque numero vocalium, quum formam vocalium primitivam etiam servent. Ex hoc colligitur linguam amaricam antiquitus non fuisse scriptam, sed talem evasisse solum postquam stirps amarica regnavit in Æthiopia[1].


Secundus canon : multæ litteræ alphabeti, etiam æthiopici, forma essentiali conveniunt inter se, uti በ, ሰ, ከ, ለ, ኸ, et aliæ similes, quæ charactere differentiali solum differunt; quæ forma essentiali inter se aliquo modo conveniunt, eadem semper habent signa vocalia, et eodem loco.

Tertius et ultimus canon : signum vocalis fere nunquam mutatur in secunda, tertia, et quinta; quarta et septima

[1] Dicendo quod stirps amarica regnavit in Æthiopia, non est intelligendum de stirpe imperiali, quæ nunquam mutata est, licet a sæculo et ultra perdiderit omnem suam auctoritatem, quæ solum in hoc ultimo sæculo transivit ad stirpem amaricam. Bene vero intelligendum de dominio ideali et morali. Ignoratur epocha præcisa ingressus hujus stirpis in altam Æthiopiam, sed fortior evadere cœpit circiter post sæculum decimum quartum.

illud habent in ratione inversa; sexta varium, et prima normalis sine signo.

Remanet nunc aliquid dicendum de litteris numeralibus, ut finem hujus capitis faciam, quæ sunt 26, sequentes.



Major pars numerorum componitur ex litteris alphabeti, uti apud Hebræos et Latinos. Centum habet litteram particularem, et decem millia, quæ dicuntur *élf*, habent etiam litteram particularem, licet certo modo etiam compositam, quia constat duabus litteris [glyph] (centum) simul unitis, ut dicatur *centum vices centum*. Cæteri omnes numeri supra centum sunt compositi ex aliis litteris numerorum : sic ducentum habet numerum duo et centum, mille habet numerum decem et centum, ut dicatur *decem vices centum*; pro millione, habet centum et *élf*, ad dicendum *centum vices élf*.

CAPUT SECUNDUM.

DE ALPHABETO OROMONICO.

Quum lingua oromonica nunquam fuerit scripta, ac ideo sine alphabeto, initio missionis meæ apud Oromones anno 1852, aliqui Abyssini qui nobiscum erant[1] absolute volebant illuc introducere alphabetum amaricum, et quodam modo, pro bono pacis, coactus fui consensum meum dare, quamvis absolute convictus de insufficientia dicti alphabeti pro scribenda lingua oromonica.

Anno igitur sequenti 1853, in *Gudrù* duplex schola instituta fuit a me, una æthiopico-amarica, quæ ordinata erat etiam ad compositionem orthographicam novæ scripturæ oromonicæ, et altera latina pro liturgia ritus nostri, in quo ministerium exercebatur.

Fateor tunc veram repugnantiam tyronum oromonum expertum fuisse pro apprehendendo alphabeto amarico, maxime propter plurimas litteras ejus aspiratas, de quarum valore ipsimet magistri abyssini inter se disputabant,

[1] Peregrinatus fui in Abyssinia et in Arabia circiter quinque annis cum missionariis meis, antequam fuerit mihi datum ingredi apud Oromones populos; quo tempore præparavi mihi aliquos alumnos, partim Oromones emptos in eadem Abyssinia, et partim Abyssinos. Anno igitur 1852, in novembri, potui pervenire in *Gudrù* cum aliquibus eorum; et anno sequenti pervenerunt etiam duo confratres mei pedemontani, cum cæteris alumnis, et tunc cœpit schola in *Gudrù*, additis aliquibus juvenibus a me illo anno baptizatis.

et quibus ipsi usi non sunt[1], sicuti etiam de duobus vocalibus *e* et *o* valde apertis[2] in eorum lingua, et e contra valde dubiæ in lingua amarica[3], et tandem propter alias plurimas litteras duplices et incertas de valore earum in lingua amarica, quæ inutiles videbantur pro lingua oromonica[4].

Ex quo autem cognoverunt et gustaverunt alphabetum latinum, cœperunt statim litteris ejusdem suos conceptus scribere in lingua oromonica, et paulatim sic in ea se exercere, scribendo epistolia, orationes, et alia similia, et quidem sine ullo additamento litterarum et signorum[5], etiam in aliquibus litteris eorum, quæ aliquo modo a latinis differunt, uti *d* cerebralis, et aliquæ vocales mutæ quæ sæpe

[1] Vide pag. 8, ubi de litteris aspiratis ሀ, ሐ et ኀ, nec non tabulam sub numeris 22, 23 et 24.

[2] Vide pag. 10, ubi de quinta et septima vocali, nec non tabulam sub vocali *e-ie* et *o-uo;* item legantur infra quæ scribenda sunt.

[3] Legatur quod prolixe scriptum est pag. 8 et 9 circa valorem dubium plurium litterarum alphabeti æthiopico-amarici, nec non inutilitatem earum,

[4] Lingua oromonica habet vocales claras et apertas ad modum linguæ latinæ. Ipsa paucissimas mutas in fere solis verbis negativis habet. Pariter levissimam et valde raram aspirationem habet, quæ non superat *h* linguæ latinæ in voce *homo,* sicuti etiam vix sensibiles aliquas gutturales.

[5] Ego in scribendo semper usus sum aliquibus signis, v. g. puncto sub *d* cerebrali, *e* supra puncto signata in negativis verborum pro muta indicanda, et *b* in aliquibus vocibus habentibus litteram *b* ad *v* inclinantem, uti in lingua amarica; indigeni alumni tamen nequiverunt usum meum sequi, consequenter orthographia hæc in meis scriptis solum invenitur.

occurrunt, maxime in forma negativa verborum, quas tamen, sola consuetudine adjuti, in legendo optime exprimebant. Quapropter, sic paulatim introductum alphabetum latinum; postea ego ipse coactus fui eodem uti pro catechismo et aliis opusculis manualibus ad instructionem necessariis scribendis [1].

Igitur pro lingua oromonica scribenda, res valde simplex est, atque alphabetum latinum jam introductum apud nostros mutare haud conveniret, ne inutiliter cogantur tirones oromones duo alphabeta addiscere, unum pro lingua liturgica indispensabile [2], et alterum pro lingua eorum scribenda.

Etiam pro exprimendis sonis aliquantum diversis in

[1] Initio missionis deerant nobis libri etiam latini pro instructione juvenum, nec non pro exercitio ministerii sacri; ideo coactus fui scribere libros manuales, imitando characteres typographicos nostros, sive pro lectione elementari, sive etiam pro functionibus liturgicis magis ordinariis, imo aliquot exemplaria officii B. Mariæ virginis, quod tenebantur clerici indigeni recitare, deficientibus breviariis romanis. Pro instructione clericorum et catechistarum coactus pariter fui scribere in lingua oromonica, non solum catechismum, sed compendium theologiæ, et alios libros iisdem characteribus.

[2] Si Deus prosperabit illam missionem, certe ad multos annos, unicum studium et unica schola erit ecclesiastica pro alumnis clericis. Sicuti enim missio apostolica, ita et scientia sacra est semper illa quæ præcedit in educatione populorum, maxime barbarorum. Postquam ipsi educati fuerint, et in expolitam societatem coaluerint, tunc surget necessitas aliarum scientiarum civilium tanquam complementum et perfectio educationis eorum, uti experientia nos docet et historia omnium temporum.

lingua oromonica a lingua latina, absolute necessaria non esset introductio novarum litterarum; usus enim, qui in linguis, sive gallica, sive anglica, sive italica, ultro sufficit ad determinandum sonum frequentissime diversum iisdem litteris, sive vocalibus, sive consonantibus latinis, certe ultra sufficiens interpres erit pro determinandis paucissimis differentiis, quæ in lingua oromonica inveniuntur, præcipue relative ad tirones oromones, qui, in legendo consuetudine suffulti, eas satis exprimere possunt, uti supra expertum notavi.

Pro nostris potius, sive missionariis, sive viatoribus illas linguas addiscere cupientibus, aliqua signa eisdem litteris latinis addere bonum putavi, sed quidem in iis solum casibus, in quibus differentia talis est, ut sine illis obscurum redderet sensum, ne alphabetum nimis complicatum introducatur, et a latino nostro alienum; simplicitas enim alphabeti studio valde œconomica est, nec non impressioni librorum.

Quum autem alphabetum latinum, etiam latine loquendo, in litteris suis non eumdem valorem habeat apud diversas nationes nostræ Europæ, sed unaquæque in suo sensu abundans, specialibus propriæ linguæ usibus illud subjicere conetur[1]; ideo ad evitandum dubium et obscu-

[1] Pro determinando valore litterarum alphabeti latini, voluissem utique determinare valorem qui dari solet in Gallia, sed obstat usus jam invectus in missione apud alumnos, et etiam conformitas valoris alphabeti romano-italici cum pronunciatione Gallarum. Unde certo sequeretur confusio et repugnantia multorum. Qua de causa bonum putavi retinere valorem jam datum hucusque, qui est romanus. Cæ-

ritatem, hic declarare debeo quod in alphabeto oromonico inferius exponendo litteris omnibus semper dandus sit valor latinus, apud Romanos vigens, quotiescunque per aliquod signum, aut particularem declarationem litteræ adnexam, valor ipsius non variabitur.

Lingua oromonica habet omnes vocales latinas *A E I O U*, et quidem omnes claras et apertas perfecte uti in ipsamet latina romano ore pronunciata. Quapropter vocalis littera quinta *U* pronunciatur modo etrusco, quomodo apud Gallos *OU* diphthongus sonat.

Præter supradictas habet insuper mutam quamdam quæ participat de *E* et *I*, quæque indifferenter posset exprimi per unam ex illis cum aliquo signo. Hæc littera vocalis unita *N* est veluti characteristica verborum negativorum, uti *ẸNTÓLU* (non convenit), quod posset etiam scribi *INTÓLU*. Hæc eadem invenitur frequenter etiam uti radicalis; sic dicitur *Ẹ́LMA*, *BẸRÀ* (filium, apud), quod posset etiam scribi *ÍLMA*, *BIRÀ*, pronunciando primam syllabam versus *E*.

Si stricte sonum vocalis *A* velimus ponderare, aliqua

terum hoc aliquo modo etiam rationabile est: Roma enim fuit patria hujus linguæ matris, et probabilius illic solum invenitur verus et antiquus valor hujus alphabeti. Ad hoc probandum multa possem adducere, sed ista ratio sufficiet : quod nempe Romani cum cæteris Italis, quum latine loquuntur, pronunciant *J* consonantem in vocibus Jesus, Joannes, Jacob, etc. tanquam iod Hebræorum. Porro hanc esse veram illius litteræ pronunciationem probat usus omnium orientalium et etiam Abyssinorum (aure mea teste), qui eamdem pronunciant sicut Romani. Contra Galli, etiam latine loquendo, eam pronuntiant veluti *J* propria linguæ gallicæ.

etiam differentia in hac practice assignari potest : in hac voce enim *ARGÁḌḌA* (invenit) prima *A* præ duabus sequentibus stricta est. Sed hæc differentia adeo minima est, ut sæpe mihi effugiat in praxi; et consequenter melius mihi videtur eam usui quotidiano relinquere.

Inter vocales datur quidem longa et brevis, imo aliquando tam longa vocalis, ut duplex videatur. Sonus tamen specifice non mutatur, præter casus supra citatos [1].

Quoad consonantes vero, plures adsunt in lingua oromonica quæ non inveniuntur in alphabeto latino sicut pariter evenit in lingua latina ipsa, quum exprimenda sunt nomina peregrina.

Primo quidem adest *WA*, quæ tamen satis exprimi posset per *U* unita alteri vocali, uti accidit in his vocibus *lingua*, et *quo*, *qua*, *qui*. Sed quum reperiatur in usu hæc littera anglica *W* cognita universaliter, et existens in omnibus typographiis nostris, ideo eam adoptavi.

Secundo loco adest littera *D* cerebralis, vel, melius, palatina, valde clara et specifica in voce *BUḌḌENA* (panis); minus autem specifica in aliis, sed frequentissima, licet non semper æqualiter sensibilis. Hæc eadem littera videtur accedere, et quasi transformari in *T* in aliquibus

[1] Hæc vocalis valde longa, aliquando est *O*, aliquando *A*, aliquando *E*, aliquando *U*, raro *I*. Adeo autem longa est, ut aliquando consueverim eam scribere per duplicem litteram; sed nunc per lineam supra vocalem ipsam scribo, uti in hac voce *NĀMA* (homo). Hæc, inquam, valde observanda est; quia, ut plurimum, importat declinationem vocis ejusdem diversam in nominativo, uti videre est in decursu opusculi, ubi de declinatione nominum.

tertiis personis verborum, maxime præteriti [1]. Inter omnes litteras hujus alphabeti quum hæc majores exhibeat difficultates in praxi, diversis exemplis eam exponere bonum puto, quæ diversos gradus ipsius exhibeant.

1. *FÚḌA*...... Matrimonium (nom.), *vel* matrimonium contraham (v.).
2. *NAN FUDÁḌḌA*. Ego accipiam, *vel* recipiam.
3. *HÍNNI FUDÁḌA*. Ille accipiet, *vel* recipiet.
4. *ÁNI FUDÁḌḌE*.. Ego accipiebam, *vel* recipiebam.
5. *HÍNNI FÚDAḌÈ*. Ille accipiebat, *vel* recipiebat.

In primo exemplo est pura *D* cerebralis efformata per simplicem collisionem linguæ ad palatum, uti in voce *BUḌḌENA* (panis) supra allata. In secundo fere eadem littera est, minuens tamen aliquid de cerebrali. In tertio exemplo minuit de cerebrali, ut supra, sed incipit in eo aliqua collisio linguæ ad dentes, ut aliquid de natura *T* accipiat. In quarto exemplo additur notabilis collisio linguæ ad dentes, sed adhuc retinet naturam *D* satis sensibilem. In quinto tandem fit allisio linguæ ad dentes, et natura *T* fere completa apparet, ita ut in aliquibus regionibus in hac tertia persona singularis præteriti *T* perfecte pronuncietur. In omnibus vero exemplis allatis, prima *D*, quæ radicalis est, quæque in primo exemplo cerebralis fuit, in aliis amittit fere totaliter sonum cerebralem. Quapropter litteræ *D* tres saltem, distincto signo

[1] Hoc ordinarie accidit, quando hæc littera *D* additur radicalibus alicujus verbi tanquam characteristica formæ specialis vel conjugationis, quam ego *activam* appellare consuesco, uti videre est in decursu opusculi hujus, ubi specialiter de hac forma agitur.

munitæ, una ordinaria et normalis, alia cerebralis, et tertia dentalis, necessariæ forent, si sonum notabiliter diversum sequeremur. Sed veritus multitudinem et confusionem litterarum hujus novi alphabeti, elegi potius usui relinquere, quæ in verbis occurrunt variationes, et solam *D* cerebralem particulariter signare, utpote quæ in radicalibus vocum sæpe occurrit; et ex illa poterit aliquando sensus alicujus vocis pendere.

Tertio loco veniunt omnes illæ litteræ, quæ quidem non adsunt in alphabeto latino, sed inveniuntur in lingua latina[1], licet a quibusdam nationibus nostris contradicantur, uti *GNA*, *CI*, *GI*, *GHI*, *CHI* et *SCI* Romanorum. Hæ omnes litteræ adsunt in lingua oromonica, et omnes, ut supra, hucusque scripta sunt a me et ab alumnis meæ missionis, quasque sic scriptas servare cupiebam, ne meis violentiam inutilem facerem; sed circa istas libenter patiar aliquas variationes, ut placeam quibusdam amicis, pro quibus maximam profiteor venerationem et grati animi sensum. Igitur pro supradictis litteris omnibus, et aliquibus aliis determinandis litteris dubiis, tabulam exponam litterarum alphabeti oromonico-latini cum suis modificationibus et explicationibus a latere.

[1] Quia in lingua latina non inveniuntur litteræ speciales pro *GNA*, nec non pro *C* et *G* gutturali et linguali distinguendis, dicendum probabiliter ortam fuisse divisionem inter varias nationes nostræ Europæ, non solum in pronunciatione hujus linguæ matris, sed in formatione diversarum linguarum specialium. Porro quia Galli non habent in lingua eorum *C* et *G* dulces prout habent Itali, expertus sum difficilius eos discere linguam oromonicam illis litteris abundantem.

Circa hoc novum alphabetum tamen observandum quod volui absolute evitare formationem novarum litterarum, atque litteras latinas semper retinere, ut consulerem assuetudini cursim scribentium et facilitati impressionis, variationes autem per signa eisdem litteris addita solummodo notare. Hæc insuper signa ea esse curavi quæ scripturæ currenti et epistolari faciliora sint.

ALPHABETUM OROMONICUM.

1. A a *A a* vocalis latina clara et aperta.
2. Ạ ạ *Ạ ạ* eadem vocalis aliqualiter muta recedens a præcedenti.
3. B b *B b* consonans ordinaria linguæ latinæ.
4. Ḅ ḅ *Ḅ ḅ*[1] consonans recedens a præcedenti versus litteram *v*.
5. C c *C c*[2] consonans latina dulcis, ut *ce*, *ci*, in lingua italica.
6. Ç̣ ç̣ *Ç̣ ç̣* pro *scin* Hebræorum velut *sci* Italorum et *ch* Gallorum.
7. D d *D d* ordinaria linguæ latinæ.
8. Ḍ ḍ *Ḍ ḍ* cerebralis, vel cum aliqua allisione linguæ ad dentes.
9. E e *E e* vocalis ordinaria latina, aperta et clara.

[1] Littera *b* in lingua amarica sæpe pronunciatur *v*, quia hæc ultima non invenitur in alphabeto amarico. In alphabeto oromonico sæpe invenitur *v* radicalis et specifica; sed aliquando accidit ut *b* radicalis alicujus verbi in quibusdam ejusdem inflexionibus inclinet ad *v*, imo aliquando totaliter in hanc transformetur. Ponitur vero hæc littera *ḅ* pro simili casu ne varietur radicalis.

[2] Hic sonus deest Gallis, qui ad ejus valorem exprimendum in italicæ vocis pronunciatione utuntur *tch*, ex. g. *Tchitcherone* ut dicant *Cicerone*.

10. Ẹ ẹ *Ẹ ẹ*[1] muta, vel quocunque modo recedens a supra dicta.
11. F f *F f* consonans ordinaria uti in latina voce *facio*.
12. G g *G g* consonans gutturalis latina uti *ga*, *go*, *gu*, *ghe*, *ghi*.
13. Ġ ġ *Ġ ġ*[2] consonans lingualis et dulcis uti *gi* apud Italos.
14. H h *H h* aspiratio ordinaria latina uti in voce *homo*.
15. Ḥ ḥ *Ḥ ḥ* aspiratio fortior rarissima in lingua oromonica.
16. I i *I i* vocalis ordinaria linguæ latinæ.
17. J j *J j* pro *iod* Hebræorum dulci ut in voce italica *ajuto*.
18. K k *K k* pro *c* gutturali dura ordinaria, uti in *ca*, *co*, *cu*, *che*, *chi*, Italorum.
19. L l *L l* consonans ordinaria latina.
20. M m *M m* consonans ordinaria latina.
21. N n *N n* consonans ordinaria latina.
22. Ñ ñ *Ñ ñ* consonans alphabeti hispanici, quæ sonat uti *gn* Gallorum et Italorum.
23. O o *O o* vocalis ordinaria latina uti in voce *hora*.
24. P p *P p* consonans ordinaria latina.
25. Q q *Q q* gutturalis acuta fortior quam *k*.
26. R r *R r* consonans ordinaria latina.
27. S s *S s*[3] consonans dura uti in latina voce *sol*.

[1] Hæc littera muta valde communis est; est enim initialis omnium verborum negativorum, et sæpe etiam radicalis. Sonus ejus non semper æqualis est; aliquando enim magis ad I accedit, aliquando magis ad E; hic appellavi mutam, ut dicerem, non esse unam ex notis vocalibus, sed veram vocalem, sæpe etiam longam uti in voce ẸLMA.

[2] Hic sonus Gallis pariter deest, qui ad ejus valorem exprimendum in vocis italicæ pronunciatione adhibent *dj*, ex. g. *djedda* pro *gedda*. Qui tamen sonus, sicut etiam c dulcis, quum sæpissime occurrat in lingua oromonica, patet alphabetum gallicum nimis pro hac lingua mancum esse, et, contra, alphabetum romanum seu italicum fere adamussim illi respondere.

[3] Hæc littera in nomine proprio *Moysis* et in aliquibus aliis sonat

28. T t *T t* consonans ordinaria latina.
29. U u *U·u* vocalis latina etrusca dicta, quæ gallice *ou*.
30. V v *V v* consonans ordinaria latina.
31. W w *W w* consonans anglica cognita.
32. X x *X x* consonans latina, valde rara apud Oromones.
33. Z z *Z z* consonans dulcis, uti in voce italica *zelo*.
34. Ẓ ẓ *Ẓ ẓ* consonans fortis, uti in voce italica *speranza*.
35. Y y *Y y*[1] vocalis græca, quæ etiam inservit pro *iod* forti.

DE INTERPUNCTIONE ET ACCENTUUM USU.

Interpunctio, seu distinctio per puncta et virgulas, uti in lingua latina et in aliis linguis nostratibus observari debet, sic observanda etiam est in lingua oromonica, cum eodem valore relative ad discursum.

Circa usum accentuum sequentia signa, utpote jam recepta et usitata in lingua oromonica, haberi cupio.

1. Quando aliqua syllaba valde longa erit, supra vocalem ejus hoc signum - erit, uti in voce *JĀDA* (cogitatio et voluntas).

2. Quando minus longa, sed adhuc notabiliter longa, tunc hoc signum ^ super vocalem ejus, uti in voce *TÔKO* (unum), vocatum a Gallis *accent circonflexe*.

3. Quando syllaba solummodo longa dicenda erit in sensu simpliciter poetico, quod nempe pausa vocis fieri

dulce, uti in voce gallica *plaisir*. Sed quum hoc perraro contingat, superfluum duco eam speciali signo distinguere.

[1] *Iod* una est fortior, licet rara, in lingua oromonica; invenitur tamen distinctissima in interjectionibus *EYYÓ*, vel *YÀ*, imo in *WAKÁYO* (Deus!), quando interjective vocatur. Cæterum distinctio duplicis *iod* satis sensibilis est in lingua oromonica.

debeat super datam syllabam magis quam super aliam, tunc signum hoc ˊ super vocalem erit, uti in voce WAKÁJO (Deus), quod Galli *accent aigu* appellant.

4. Quando ultima vocalis fortiter pronuncianda est uti KUNÒ (*ecce*) munita erit accentu a Gallis *grave* vocato.

5. Uti jam dictum est, punctum infra litteram quamcunque significat illam vocalem a sono normali vocalis latinæ aliquo modo recedere, vel saltem aliquantum mutam esse. Sed tamen *g* minuscula habebit punctum supra ob litteræ longitudinem.

6. Quando in fine vocis cujuscunque adest aliqua vocalis cum hoc signo ˘, signum erit illam vocalem positam fuisse solum ad perficiendam et roborandam pronunciationem consonantis finalis, ac consequenter non esse pronunciandam, uti in hac voce ÁKA ÑATÚTTĬ (ut manducet).

7. In illis omnibus, in quibus non adest hic specialis declaratio, sive circa valorem litterarum, sive circa interpunctionem usumque accentuum, grammatica latina a Romanis accepta pro regula esto.

8. Tandem, si in decursu hujus opusculi, vel in aliis, casu eveniat leges præsentis alphabeti non esse observatas, maxime circa formam litterarum reformatarum, hoc oblivioni et assuetudini tribuendum erit; et tunc valor latino-romanus semper erit præ oculis habendus.

LECTIO SECUNDA.

DE VERBIS.

In verbis duo consideranda sunt : natura ipsius verbi, et conjugatio illius.

Circa naturam verborum, apud nos distinguuntur in auxiliaria, activa, passiva et neutra; in lingua vero amarica, nec non et in oromonica, ante omnia dividi debent in affirmativa et negativa, deinde in auxiliaria et normalia; normalia in simplicia et composita; composita vero in activa, causativa et passiva. Insuper, in lingua oromonica, verba activa possunt distingui in simplicia et emphatica.

Conjugatio apud nos fit in modos, tempora, numeros et personas; sed, in istis duabus linguis, omnibus hisce formis addenda sunt genera.

Regulæ conjugationum apud nos variæ sunt pro diversitate syllabarum et radicalium; verum in istis duabus linguis, suppositis radicalibus, vel quasi radicalibus, conjugatio fit per præformantia et adformantia, ac consequenter fere semper eadem est regula conjugationis.

Dixi *suppositis radicalibus vel quasi radicalibus*, quia, in omni verbo formæ compositæ, characteristica formæ tanquam quasi radicalis habenda est relative ad conjugationem.

Dixi etiam quod regula conjugationis *fere semper eadem*

est, quia licet hoc verificari soleat in lingua amarica, in lingua tamen oromonica adsunt aliqua verba quæ recedunt a regula generali conjugationis aliorum verborum; quæ verba a me in hoc opusculo inter irregularia enumerabuntur.

Hic plura possem congerere, sive circa naturam verborum istarum linguarum, et differentiam earum a nostris et ab aliis linguis, nec non affinitatem earumdem cum iisdem. Sed malo ista per observationes et adnotationes in decursu opusculi hujus præstare, ut statim ad verba ipsa exponenda procedam.

Porro præsentem lectionem in octo capita dividam : in primo loquar *de ordine et natura conjugationis verborum generatim;* in secundo, *de verbis affirmativis et negativis;* in tertio, *de verbis auxiliaribus, vel quasi auxiliaribus;* in quarto, *de verbis simplicibus;* in quinto, *de verbis activis et emphaticis;* in sexto, *de verbis causativis;* in septimo, *de verbis passivis;* in octavo, *de verbis irregularibus, vel quasi irregularibus.*

Pro majori facilitate studentium, in quolibet capite, præmissis regulis generalioribus et principalioribus, statim ad practica exempla verborum conjugatorum transibo; quibus persolutis, per analysim eorum leges secundarias et exceptiones exponam.

CAPUT PRIMUM.

DE CONJUGATIONE VERBORUM GENERATIM.

Conjugatio verborum fit per modos, tempora, numeros, genera et personas.

Modi conjugationis verborum quatuor sunt : indicativus, imperativus, conjunctivus, et infinitus, quibus possum addere participium. Quæ hic dicere possem de modis, clarius post exempla per observationes explicabuntur.

Circa tempora verborum observandum est quod lingua amarica et lingua oromonica cum hebraïca et arabica utuntur tempore futuro pro præsenti; pro iis enim tempus præsens nullum est[1], sed vel præteritum vel futurum. Efformare tamen solent quoddam tempus futurum remotum per additionem verbi auxiliaris; sed hoc potius compositum est, et veluti subjunctivum, uti in exemplis postea demonstrabo. In lingua amarica stricte unum tantum præteritum tempus normale invenitur; perfectum tamen et plus quam perfectum compositum habentur. E con-

[1] Stricte loquendo, magis philosophica est distributio temporum apud Orientales quam apud nos; quum enim tempus sit punctum essentialiter transiens, calculare tempus præsens est idem ac contemplari planum in corpore sphærico et lineam rectam in circulo. Apud nos tempus præsens intelligi debet moraliter de præterito et futuro proximiori, relative ad punctum mathematice indivisibile instantis, quo concipimus sensum propriæ nostræ existentiæ; quod etiam statim post conceptum, tempus non erit; sed illusio...!

tra in lingua oromonica, duo præterita normalia inveniuntur, perfectum et imperfectum, deinde plus quam perfectum etiam compositum ex verbo auxiliari, uti in lingua amarica.

Quoad numeros verborum in quolibet tempore, uti in nostris, et in aliis omnibus linguis, duo sunt, singularis et pluralis.

Personæ pro quolibet numero temporum, tres semper sunt, uti in omnibus aliis linguis, prima, secunda, et tertia. Radicales verbi cujuscunque conjugantur et distinguuntur in personas per litteras characteristicas particulares præformantes et adformantes pro qualibet persona in lingua amarica; per adformantes solum in lingua oromonica.

Radicales cujuscunque verbi inveniuntur puræ sine affixo, vel præfixo in sola tertia persona singulari præteriti simplicis, si agitur de lingua amarica. Si vero agatur de lingua oromonica, ista dat radicales verbi puras in prima et tertia persona numeri singularis temporis præsentis seu futuri, quod idem est.

In lingua amarica litteræ præformantes vel præfixæ pro qualibet persona sunt : እ pro prima persona numeri singularis, እን pro prima pluralis, ት pro secunda singularis et pluralis, et ይ pro tertia utriusque numeri. Præformantes vero pro solo futuro sunt in hac lingua, non vero pro præterito cujuscunque generis. In lingua oromonica nullæ sunt præformantes, sed verbum immediate incipit a radicalibus in qualibet persona.

In lingua amarica littera characteristica adformans

finalis est: ሁ vel ኹ in prima persona singularis, ህ vel ኽ in secunda persona ejusdem numeri, ችሁ in secunda pluralis, et ን in prima ejusdem numeri; tertia persona singularis nullam habet characteristicam finalem, et tertia pluralis mutat solum vocalem in ኡ. In lingua oromonica vero characteristica finalis invenitur tantummodo in secunda singularis numeri, quæ est *TA* pro futuro, et *TE* pro præterito simplici, deinde in prima pluralis, quæ est *NA* in futuro, et *NE* in præterito, postea in secunda pluralis, quæ est *TU* in futuro, et *TANI* in præterito, tandem in tertia pluralis, simplex vocalis ultima mutatur in *U*, pro futuro, et *NI* additur radicalibus in præterito personæ ejusdem. Pro tempore præterito perfecto linguæ oromonicæ et amaricæ, sicuti composita hæc dicenda sunt probabiliter ex verbo auxiliari, characteristicæ eædem dicendæ sunt ac in futuro post verbum auxiliare in fine. In tempore plus quam perfecto, etiam composito ex radicalibus et auxiliari verbo in præterito, eædem characteristicæ dicendæ sunt, sicut in præterito. Sed ista omnia clarius ubi de verbo auxiliari, et sequentibus exemplis in decursu videbuntur.

Remanet nunc aliquid dicendum de genere verborum, quæstio omnino peregrina omnibus linguis nostris, et, ni fallor, veluti exclusiva linguarum semiticarum. Quod certum est, lingua amarica accipit femininum genus in secunda et tertia persona singularis tantum [1]; lingua oro-

[1] Pluries institui quæstionem cum indigenis, sive abyssinis, sive oromonicis, de ratione propter quam femininum genus non invenitur in omnibus personis verborum. Aliqui pudori mulieris proprium

monica vero accipit illud solummodo in tertia persona singularis numeri cujuscunque temporis, quæ, ex lege generali, conjugatur ut persona secunda ejusdem numeri. Littera characteristica feminini generis in lingua amarica est ሽ pro secunda persona, et ች pro tertia, nec non ይ pro secunda persona imperativi modi; pro quo insuper, quando ultima radicalis est ደ vertitur in ጀ, quando est ስ transformatur in ሽ; et, si occurrat ultimam esse ት, tunc vertitur in ች. Hoc pariter dicendum de ጠ in ጨ, de ዘ in ዠ, si occurrat eas finales esse. Hæ litteræ transformatæ semper sextæ esse debent, nisi verbum induat

sexum pandere nolentis tribuebant; aliqui e contra superbiæ mulieris ejusdem propriam infirmitatem accusare recusantis tribuebant; quia apud omnes illos populos, imo apud omnes Semiticos, sexus femineus parum honoratus est. Utraque hæc ratio probabilis videtur, satisque explicat absentiam generis hujus in prima persona, et insuper nobis explicat quare Oromones pudentiores et observantiores non audent in præsentia, vel pandere vel ostentare fragilitatem sexus feminei personæ cum qua loquuntur, et amant potius dissimulare eam, loquendo quasi cum persona masculini sexus in secunda persona; dum in tertia persona, quando de absente vel remota agitur, despectum suum pro sexu femineo non timent ostentare. Consequenter in hac sola persona genere feminino utuntur. Sive apud Abyssinos, sive apud Oromones, maxima injuria est alicui personæ sexus virilis in genere femineo loqui, vel in eodem eam appellare; quod probat femineum sexum valde despectum. Apud Oromones magnæ famæ matronæ, veneratæ et honoratæ in plebe, solent in masculino appellari et *gófta* (dominus) dici, nunquam *gífti* (domina) dicuntur. Ex hoc concludere licet, revera propter supradictas rationes, non in omnibus personis inveniri usus generis feminini in verbis.

[illegible] in fine. In lingua autem oromonica est *TẸ* finalis, aliquando *DẸ*, et aliquando etiam *SẸ*, juxta naturam verborum, uti in decursu videri poterit. Hæc finalis characteristica est addita radicalibus in verbis formæ simplicis, at in verbis alterius formæ habentibus characteristicam formæ activæ in fine, hæc semper transformatur in *TẸ* pro genere feminino indicando. Pro imperativo non habetur genus femininum in lingua oromonica. Solum aliquando audivi dicere *KOCC*, et non, vel saltem raro, *KÓTU*, pro *veni*, forsitan recenter introductum ab Abyssinis; quia aliter esset contra leges grammaticales hujus linguæ, quæ non habet genus femininum in secunda persona, et nunquam tali littera utitur pro characteristica hujus generis.

CAPUT SECUNDUM.

DE VERBIS AFFIRMATIVIS ET NEGATIVIS.

Linguæ nostræ habent semper particulam negativam *non* sejunctam a verbo, ita ut, particula supradicta apud nos, in propositionibus negativis, sit semper veluti pars essentialis propositionis sejuncta a verbo. Sic dicitur *non est lapis*, *non est doctus*. E contra in linguis fere omnibus æthiopicis [1], negatio est semper essentialiter adnexa verbo, et adeo adnexa ut cum verbo ipso conjugari debeat, et mutari affixa et suffixa negativa in quolibet tempore, numero et persona; ita ut dicenda potius sit forma particularis verbi negativi habentis diversam modificationem conjugativam a verbo eodem in sua forma affirmativa. Quum autem verba cujuscunque formæ, imo ipsa verba auxiliaria possint esse affirmativa vel negativa, sequitur hanc formam præ omnibus aliis generaliorem esse, et, ut talem, ante omnes alias formas verborum exponendam.

Verba negativa in utraque lingua efformari solent per litteras characteristicas præformantes et adformantes. In lingua amarica littera præformans est አ immediate ante

[1] Dixi *æthiopicis;* hoc enim non ausim dicere de linguis semiticis orientalibus, de quibus satis instructus non sum. Unum solummodo scio, nempe linguam arabicam vulgarem aliquid simile habere; pro *adest* enim habet *FI*, et pro *non adest* habet *mafisci*, ubi clare patet verbum substantivum supradictum fieri negativum per MA*FI*SCI, præfixa et suffixa, ante et post radicales verbi.

characteristicam personalitatis verbi sitam, ita ut facere soleat unam syllabam cum illa, nisi characteristica personæ ex alia lege grammaticali conjungenda sit cum radicali verbi [1] ut eam absorbeat. Hæc autem lex invariabilis est in omni tempore et persona. Quum autem verbum affirmativum in aliquo tempore amittit prædictam characteristicam personalem, tunc addenda est in verbo negativo, uti videre quis poterit in sequentibus exemplis proponendis. In lingua oromonica vero litteræ characteristicæ præformantes verbi negativi sunt *EN* immediate ante radicales. Hæc lex generalis est, et sine ulla exceptione pro omni tempore et persona.

Littera characteristica verbi negativi adformans, seu finalis, in lingua amarica est ም, invariabiliter pro omni persona et tempore. Contra in lingua oromonica, characteristica adformans finalis verbi negativi variari solet pro

[1] Lex de qua hic, est lex syllabaria hujus linguæ, juxta quam littera quælibet, syllaba completa quum sit, nequit ab alia littera trahi ad syllabam faciendam. In casu nostro, quando litteram እ sequitur characteristica personalis sexta sine vocali, hæc potest illam trahere ad se. Quando vero eamdem litteram እ sequitur littera quarta, quæ syllaba est completa, tunc እ sola remanere debet, et ex se syllabam facere. In casu ultimo supposito, prima radicalis verbi quum sit እ, hæc absorbetur a characteristica persònæ, quæ fit quarta, et syllaba completa, quæque consequenter non potest uniri cum prima እ verbi negativi. Sint exempla hæc duo verba እልወድም ፡ እላደርግም ፡ (non amo, non faciam), radicales primi verbi sunt ወደ ፡ et secundi እደረገ ፡ hujus ultimi prima እ absorpta fuit a ላ, et ideo እ verbi negativi non potest hanc ultimam ላ ad se trahere, quia syllaba completa est, quod non evenit in primo verbo.

3.

varietate temporum et personarum, uti videri poterit in exemplis infra ponendis. Nam pro finali temporis futuri est ultima vocalis, quæcunque sit, transformata in *u*, in tribus personis numeri singularis, et in prima pluralis. In personis autem secunda et tertia numeri pluralis, quæ in statu normali verbi affirmativi litteram *u* jam habent tamquam finalem, eamdem transformant in *a*, et huic *nu* addunt, dicentes : *engédtanu*, *engédanu* (non dicitis, non dicunt). In præterito autem finalis verbi negativi est *ne* addita radicalibus, certe pro tribus personis numeri singularis, probabiliter etiam pro tribus numeri pluralis, aliquam quippe varietatem in hisce me audivisse reminiscor. Pro modo imperativo et cæteris temporibus et modis, fere semper eædem sunt litteræ characteristicæ, uti clarius exemplis explicabimus.

Unum observandum hic remanet, quod verbum negativum unum tantum præteritum[1] habet in utraque lingua; habet tamen plus quam perfectum, et omnia alia tempora et modos.

Quum tandem verbum negativum non possit bene cognosci, nisi per analysim relativam cum suo affirmativo, utriusque exemplum hic in extensum exponam, prius

[1] Verba affirmativa duo præterita tempora habent, unum simplex, quod dat radicales verbi in tertia persona numeri singularis, quodque ego ordinarie imperfectum appello, et aliud compositum ex participio et verbo auxiliari, quod perfectum ordinarie appellare consuesco, ut ea distinguam inter se; quamvis sive Abyssini, sive Oromones, sæpe unum pro alio accipiant. Sed verbum negativum unum tantum habet ex his duobus.

verbi normalis affirmativi, postea negativi in utraque lingua, litteras characteristicas hujus secundi subsignando. Exemplum sit verbum *dare*, cujus radicales, in lingua amarica sunt ሰጠ, et in lingua oromonica *KÉNNA*.

EXEMPLUM AMARICUM.

Tempus præsens *vel* futurum. — In forma affirmativa.

እኔ ፡ እሰጣለሁ ፡ .... Ego do, *vel* dabo.
አንተ ፡ ትሰጣለኽ ፡ .... Tu das, *vel* dabis.
እርሱ ፡ ይሰጣል ፡ .... Ille dat, *vel* dabit.
እኛ ፡ እንሰጣለን ፡ .... Nos damus, *vel* dabimus.
እናንተ ፡ ትሰጣላችሁ ፡ .... Vos datis, *vel* dabitis.
እርሳቹ ፡ ይሰጣሉ ፡ .... Illi dant, *vel* dabunt.

Præsens *vel* futurum. — In forma negativa.

እኔ ፡ አልሰጥም ፡ .... Ego non do, *vel* non dabo.
አንተ ፡ አትሰጥም ፡ .... Tu non das, *vel* non dabis.
እርሱ ፡ አይሰጥም ፡ .... Ille non dat, *vel* non dabit.
እኛ ፡ አንሰጥም ፡ .... Nos non damus, *vel* non dabimus.
እናንተ ፡ አትሰጡም ፡ ...... Vos non datis, *vel* non dabitis.
እርሳቹ ፡ አይሰጡም ፡ .... Illi non dant, *vel* non dabunt.

EXEMPLUM IN LINGUA OROMONICA.

Idem tempus.

NAN KÉNNA vel *ÁNI KÉNNA* ..... Ego do, *vel* dabo.
ÁTI KÉNNITA .... Tu das, *vel* dabis.
HÍNNI KÉNNA .... Ille dat, *vel* dabit.
NU KÉNNINA .... Nos damus, *vel* dabimus.
ÍSINI KÉNNITU .... Vos datis, *vel* dabitis.
ÍSANI KÉNNU .... Illi dant, *vel* dabunt.

Idem negativum.

ÁNI ẸNKÉNNU[1]	Ego non do, *vel* non dabo.
ÁTI ẸNKÉNNITU	Tu non das, *vel* non dabis.
HÍNNI ẸNKÉNNU	Ille non dat, *vel* non dabit.
NU ẸNKÉNNINU	Nos non damus, *vel* non dabimus.
ÍSIN ẸNKÉNNATU	Vos non datis, *vel* non dabitis.
ÍSAN ẸNKÉNNANU	Illi non dant, *vel* non dabunt.

Præteritum amaricum.

እኔ ፡ ሰጠኹ ፡	Dabam[2], *vel* dedi.
አንተ ፡ ሰጠኽ ፡	Dabas, *vel* dedisti.
እርሱ ፡ ሰጠ ፡	Dabat, *vel* dedit.
እኛ ፡ ሰጠነ ፡	Dabamus, *vel* dedimus.
እናንተ ፡ ሰጣችሁ ፡	Dabatis, *vel* dedistis.
እርሳቿ ፡ ሰጡ ፡	Dabant, *vel* dederunt.

Negativum ejus.

እኔ ፡ አልሰጠሁም ፡	Non dabam, *vel* non dedi.
አንተ ፡ አልሰጠኽም ፡	Non dabas, *vel* non dedisti.
እርሱ ፡ አልሰጠም ፡	Non dabant, *vel* non dedit.
እኛ ፡ አልሰጠነም ፡	Non dabamus, *vel* non dedimus.
እናንተ ፡ አልሰጣችሁም ፡ . . .	Non dabatis, *vel* non dedistis.
እርሳቿ ፡ አልሰጡም ፡	Non dabant, *vel* non dederunt.

[1] Qui examinare voluerit attente linguam latinam inveniet procul dubio illam linguam in sua origine habuisse formas omnes verborum tam affirmativas, quam negativas. Ad se convincendum sufficeret præformans characteristica hujus verbi negativi *ẸNKÉNNU*, quæ etiam materialiter perfecte eadem est ac præformans negativa quarumdam vocum latinarum ut *INdignus*, *INdomitus*, et *INfinitæ* aliæ.

[2] Verbum amaricum hic traduxi latine in imperfectum et perfectum, quia revera ab Abyssinis hæc duo tempora sæpe confundi

Præteritum oromonicum affirmativum.

ÁNI KÉNNE	Ego dabam *vel* dedi.
ÁTI KÉNNITE	Tu dabas, *vel* dedisti.
HÍNNI KÉNNE	Ille dabat *vel* dedit.
NU KÉNNINE	Nos dabamus, *vel* dedimus.
ÍSINI KÉNNITANI	Vos dabatis, *vel* dedistis.
ÍSANI KÉNNANI	Illi dabant, *vel* dederunt.

Ejus negativum.

ÁNI ENKÉNNINE	Ego non dabam, *vel* non dedi.
ÁTI ENKÉNNITE	Tu non dabas, *vel* non dedisti.
HÍNNI ENKÉNNINE	Ille non dabat, *vel* non dedit.
NU ENKÉNNANE	Nos non dabamus, *v.* non dedimus.
ÍSINI ENKÉNNITANE	Vos non dabatis, *vel* non dedistis.
ÍSANI ENKÉNNINANE	Illi non dabant, *vel* non dederunt.

Plus quam perfectum amaricum.

ሰጥቼ ፡ ነበርኹ ፡ [1]	Dederam.
ሰጥኸ ፡ ነበርኸ ፡	Dederas.
ሰጥው ፡ ነበረ ፡	Dederat.
ሰጥን ፡ ነበርነ ፡	Dederamus.
ሰጣችሁ ፡ ነበራችሁ ፡	Dederatis.
ሰጡ ፡ ነበሩ ፡	Dederant.

solent, licet distincte adsint in lingua eorum. Cæterum, quum hic verbum affirmativum ponatur ad comparationem verbi negativi, quod nonnisi unum præteritum habet, pro utroque tempore traductum est.

[1] Brevitatis causa pronomen omitto. Hoc tempus componitur ex participio et ex verbo auxiliari ነበረ ፡ consequenter, dempto eodem verbo auxiliari, remanet participium præteritum in suo statu normali.

Ejus negativum.

አልሰጥሁም ፡ ነበርኹ ፡ . . . . . Non dederam.
አልሰጥህም ፡ ነበረኽ ፡ . . . . . . Non dederas.
አልሰጥም ፡ ነበረ ፡ . . . . Non dederat.
አልሰጥንም ፡ ነበርን ፡ . . . . Non dederamus.
አልሰጣችሁም ፡ ነበራችሁ ፡ . . Non dederatis.
አልሰጡም ፡ ነበሩ ፡ . . . . Non dederant.

Plus quam perfectum oromonicum.

KÉNNE TÛRE[1] . . . . Dederam.
KÉNNITE TÛRTE . . . . Dederas.
KÉNNE TÛRE . . . . Dederat.
KÉNNINE TÛRNE . . . . Dederamus.
KÉNNITANI TÛRTANI . . . . Dederatis.
KÉNNANI TÛRANI . . . . Dederant.

Ejus negativum.

ẸNKÉNNINE TÛRE . . . . Non dederam.
ẸNKÉNNITE TÛRTE . . . . Non dederas.
ẸNKÉNNINE TÛRE . . . . Non dederat.
ẸNKÉNNANE TÛRNE . . . . Non dederamus.
ẸNKÉNNINE TÛRTANI . . . . Non dederatis.
ẸNKÉNNINE TÛRANI . . . . Non dederant.

Imperativum amaricum, affirmativum et negativum.

ስጥ ፡ . . . . Da . . . . አትስጥ ፡ . . . . . . Ne des.
ይስጥ ፡ . . . . Dato . . . . አይስጥ ፡ . . . . . . Ne det.
ንስጥ ፡ . . . . Demus . . . . . . አንስጥ ፡ . . . . . . Ne demus.
ስጡ ፡ . . . . Date . . . . አትስጡ ፡ . . . . . . Ne detis.
ይስጡ ፡ . . . . . . Danto . . . . . . አይስጡ ፡ . . . . . . Ne dent.

[1] Ad differentiam linguæ amaricæ, hoc tempus compositum est

Ejus oromonicum.

KÉNNI	Da.........	*ẸNKÉNNIN*	Ne des.
ĀKENNU[1]......	Dato........	*ẸNKÉNNIN G̣ÉDI*...	Ne des, dic.
KÉNNINA......	Demus......	*ẸNKÉNNANA*.....	Ne demus.
KÉNNA	Date........	*ẸNKÉNNINA*	Ne detis.
ĀKENNA	Danto.......	*ẸNKÉNNINA G̣ÉDI*..	Ne detis, dic.

Subjunctivum amaricum.

እንድሰጥ ፡....	Ut dem.....	እንዳልሰጥ ፡...	Ut non dem.
እንድትሰጥ ፡...	Ut des......	እንዳትሰጥ ፡...	Ut non des.
እንዲሰጥ ፡....	Ut det......	እንዳይሰጥ ፡...	Ut non det.
እንድንሰጥ ፡...	Ut demus....	እንዳንሰጥ ፡...	Ut non demus.
እንድትሰጡ ፡..	Ut detis.....	እንዳትሰጡ ፡..	Ut non detis.
እንዲሰጡ ፡...	Ut dent.....	እንዳይሰጡ ፡..	Ut non dent.

Ejus oromonicum.

ÁKA KENNÚTTĬ...	Ut dem.....	*ÁKA ẸNKENNINÚTTĬ.*	Ut non dem.
ÁKA KENNITÚTTĬ..	Ut des......	*ÁKA ẸNKENNITÚTTĬ.*	Ut non des.
ÁKA KENNÚTTĬ...	Ut det......	*ÁKA ẸNKENNÚTTĬ*..	Ut non det.
ÁKA KENNINÚTTĬ..	Ut demus...	*ÁKA ẸNKENNINÚTTĬ.*	Ut non demus.
ÁKA KENNITANÚTTĬ.	Ut detis.....	*ÁKA ẸNKENNATÚTTĬ.*	Ut non detis.
ÁKA KENNANÚTTĬ..	Ut dent.....	*ÁKA ẸNKENNANÚTTĬ.*	Ut non dent.

ex præterito imperfecto et verbo auxiliari *TÛRE*, consequenter, hoc sublato, præteritum simplex habebitur, uti comparando videri poterit.

[1] In negativo dicendum esset hic *ÁẸNKÉNNIN*, quod tamen nunquam audivi, forsitan ad evitandam concurrentiam duarum vocalium syllabantium. Illius loco sæpe audivi *ẸNKÉNNIN G̣ÉDI*, quasi per mandatum ad personam tertiam mittendo prohibitionem in persona secunda factam. Idem dicendum de tertia persona pluralis numeri.

Optativum amaricum.

ብሰጥሁ ፡ . . .	Dedissem	ባልሰጥሁም ፡ . .	Non dedissem.
ብሰጥህ ፡	Dedisses.	ባልሰጥህም ፡ . .	Non dedisses.
ቢሰጥ ፡	Dedisset.	ባልሰጠም ፡ . . .	Non dedisset.
ብሰጠን ፡	Dedissemus. . . .	ባልሰጠንም ፡ . .	Non dedissemus.
ብሰጣችሁ ፡ . .	Dedissetis.	ባልሰጣችሁም ፡.	Non dedissetis.
ቢሰጡ ፡[1]. . . .	Dedissent.	ባልሰጡም ፡ . . .	Non dedissent.

Hoc tamen ut supra pronunciari potest; sed practice, sive in affirmativo, sive in negativo, sæpe addi solet auxiliare ነበረ ፡, et dicitur ብስጥሁ ፡ ነበርሁ ፡ ባልስጥሁም ፡ ነበርሁ ፡ in prima persona singularis prædicti, et in aliis sequentibus personis, uti supra habetur, ubi de plus quam perfecto, eodem modo conjugando verbum auxiliare in fine cujuscumque personæ.

In lingua oromonica vero, sicuti optativum minus normale est, etiam in verbo affirmativo, procul dubio negativum ejus magis obscurum esse dicendum est. Optativum affirmativum tamen sic aliquando efformari solet *KÉNNUF ĢIRÙ TÛRE* (daturus fuissem), *KÉNNUF ĢÍRTA TÛRTE* (daturus fuisses); consequenter, etiam negativum ejus eodem modo efformari poterit, addita characteristica negativa ante radicales verbi, dicendo *ẸNKÉNNUF ĢIRÙ TÛRE* (non

[1] Characteristica optativi est በ, et characteristica verbi negativi est እ initialis; in verbo affirmativo hujus temporis ብ sexta est, in verbo negativo ባ quarta est, quia absorbet እ characteristicam negativi, quæ propterea non invenitur. Propter eamdem rationem in subjunctivo verbi amarici negativi præcedentis እ etiam nulla invenitur, quia absorpta fuit a ዳ quarta እንዳልሰጥ ፡.

daturus fuissem); sed in affirmativo dicitur sæpius KÉNNUF ĢÉDE TÛRE (daturus dixeram), proinde in negativo, sæpius etiam dici solet ẸNKÉNNU, ĢÉDE TÛRE (non do, dixeram), quia, uti videbimus, solent uti verbo *dicere* pro optione quacumque interna exprimenda.

Huc usque allata exempla sufficere possunt ad demonstrandam conjugationem cujuscumque verbi negativi in quocumque tempore et modo hic non notato.

CAPUT TERTIUM.

DE VERBIS AUXILIARIBUS.

In præsenti opusculo, nulla grammaticalis materia tam obscura et complicata est quam hæc de verbis auxiliaribus; qua de causa, leges generales et categoricas tradere valde difficile est. Apud nos, ordinarie loquendo, duo sunt verba auxiliaria, possessivum *habere* et substantivum *esse*, quorum primum, latine loquendo, perfecte regulare et normale est, licet stricte non auxiliare, nisi in linguis vulgaribus a latina descendentibus; secundum vero, adeo irregulare est, ut, in fere omnibus suis temporibus et modis, mutet etiam proprias radicales, et in aliud verbum transformetur.

Nihil mirum propterea si in linguis amarica et oromonica verba auxiliaria quam maximas exhibeant variationes et irregularitates. Mirandum potius quomodo linguæ istæ, quamvis inter se infinite distantes in materiali terminorum apparatu, in eorum verbis auxiliaribus, fere easdem semper exhibeant varietates et anomalias, diversis vocibus, seu litteris radicalibus solummodo expressas.

Primo quidem dicendum quod lingua, sive amarica, sive oromonica, et possum dicere cum aliqua certitudine, etiam sidamica[1], nullum omnino habent verbum auxi-

[1] In lingua sidamica regni Kafa catechismum satis completum

liare regulare et completum quoad omnes modos et omnia tempora; sed e contra tot habent verba auxiliaria, diversis radicalibus expressa, quot sunt officia ab eis exercenda, et illa semper incompleta et irregularia; imo aliquando evenit quod verbum aliquod regulare et completum introducatur tanquam auxiliare in aliqua sua parte.

Hisce positis, ut aliquo ordine procedam in iis exponendis, verba auxiliaria in tres classes distinguere bonum esse puto, scilicet in substantiva, prædicatoria et possessiva; de quibus agam in tribus distinctis articulis; postea quartum articulum addam de omnibus aliis verbis, quæ veluti auxiliaria possunt considerari, si non aliorum verborum constructioni, discursui saltem tanquam repletiva inserviunt.

ARTICULUS PRIMUS.

DE VERBIS AUXILIARIBUS SUBSTANTIVIS.

Licet, quodam modo, fere omnia verba auxiliaria vices verbi substantivi sæpe faciant, uti postea videbitur, unum tamen invenitur verbum adeo substantivum, ut nonnisi de existentia rei cujuscumque et quidem actuali, prædicari possit, et nunquam de qualitate vel actione, directe saltem. Hoc verbum, sive in lingua amarica, sive in lin-

composui, adjutus ab interprete qui perfecte cognoscebat linguam, sive amaricam, sive oromonicam. Dum opus istud perficiebam, colligere potui plures adnotationes grammaticales ad usum sacerdotum et catechistarum nostrorum Oromonum qui linguam illam addiscere debebant: quæ adnotationes in exsilio, quod ego scribens illic subii, remanserunt, ipsasque amissas puto.

gua oromonica, imo et sidamica[1], non habet, nisi præsens; quare dixi supra, illud non prædicari nisi de existentia rei actuali. In utraque lingua sit exemplum.

Ego adsum..........	እኔ ፡ አለሁ ፡.........	*ÁNI G̣IRÀ.*
Tu ades.............	አንተ ፡ አለህ ፡.......	*ÁTI G̣ÍRTA.*
Ille adest...........	እርሱ ፡ አለ ፡.........	*HÍNNI G̣ÍRÀ.*
Nos adsumus.........	እኛ ፡ ኣለን ፡.........	*NU G̣ÍRNA.*
Vos adestis..........	እናንተ ፡ አላችሁ ፡....	*ÍSINI G̣ÍRTU.*
Illi adsunt...........	እርሳቸው ፡ አሉ ፡.......	*ÍSANI G̣ÍRÙ.*

Hæc duo verba per verbum *adsum* latine traducta sunt, sed poteram illud traducere per verbum *sum*, qua parte significat *existo*. Hoc verbum in lingua amarica unitum radicalibus cujuscumque verbi dat tempus præsens, vel futurum proximum[2]; et ad nullum aliud officium inservit, nisi ad perfectum perficiendum, si uniatur participio, uti sæpius videri potest in omni exemplo temporis præsentis cujuscumque verbi. Hoc idem verbum pro imperfecto mutatur in ነበረ ፡ et pro præterito in ሆነ ፡, uti postea prolixius videbitur, mutatis omnino radicalibus.

[1] In lingua sidamica regni Kafa adest verbum auxiliare *BÊTE*, quod perfecte idem significat ac አለሁ ፡ linguæ amaricæ, et *G̣IRÁ* linguæ oromonicæ, et eadem officia exercet, etiam in solo præsenti, vel futuro proximo.

[2] Dicendo quod hæ duæ linguæ confundere solent tempus præsens cum futuro, intelligi debet de futuro proximo proximitate vel temporis, vel probabilitatis futuritionis, non vero de futuro remoto, et parum probabili, pro quo aliud tempus futurum veluti participium habetur.

Verbum vero *GIRÀ* supradictum in lingua oromonica habet etiam præteritum unicum, veluti quoddam plus quam perfectum, mediante additione auxiliari *tûre*, dicendo *GIRÀ TÛRE*, quod dici potest de *erat* et de *fuerat* Latinorum; deinde hoc idem verbum potest induere formam activam *GIRÁDDA* (persevero), et tunc fit verbum normale et regulare omnibus suis temporibus ditatum; tandem in suo infinito *GIRÙ* accipitur pro nomine abstracto *vita*, quæ ex eodem verbo dicitur etiam aliquando *GIRÉÑA*, minus communiter tamen. Cæterum uti dictum est de verbo substantivo amarico, ita etiam hic dicendum, verbum *GIRÀ* separate acceptum in imperfecto, mutatis radicalibus mutatur in *tûre*, et in tempore perfecto transformatur in *TÀÈ*, verbum normale et regulare, respondens nostro *fieri* latino, quod vices etiam gerit verbi nostri latini *esse*, habens naturam verbi substantivi et prædicatorii.

ARTICULUS SECUNDUS.

DE VERBIS PRÆDICATORIIS.

Verba auxiliaria prædicatoria præcipua sunt tria, unum prædicatorium simplex, quod inservit solum pro prædicatione alicujus attributi rei cujuscumque, et nunquam de existentia rei ejusdem, quodque habet solum tempus præsens; alia duo sunt prædicatoria simul et substantiva, quæ prædicant simul de qualitate et existentia rei, quæque sunt duo supra relata, in utraque lingua, quorum primum habet tantum imperfectum, secundum vero est verbum normale.

Ad hæc verba omnia exponenda, unam propositionem

prædicatoriam bonitatis conjugare in omni suo tempore bonum putavi.

VERBUM AUXILIARE PRÆDICATORIUM SIMPLEX.

Præsens.

Bonus sum....	መልካም ፡ ነኝ ፡......	*ÁNI GARÍDA.*
Bonus es......	መልካም ፡ ነህ ፡......	*ÁTI GARÍDA.*
Bona es......	መልካም ፡ ነሽ ፡......	(Deest fem.)
Bonus est.....	መልካም ፡ ነው ፡.....	*HÍNNI GARÍDA.*
Bona est.......	መልካም ፡ ናት ፡.....	*ÍSEN GARÍDA.*
Boni sumus....	መልካሞች ፡ ነነ ፡....	*NU GARÍDA.*
Boni estis.....	መልካሞች ፡ ናችሁ ፡..	*ÍSINI GARÍDA.*
Boni sunt.....	መልካሞች ፡ ናቸው ፡..	*ÍSANI GARÍDA.*

In utraque lingua verbum auxiliare supradictæ propositionis pure prædicatorium est, et non potest dici, nisi de qualitate rei in judicio quocumque, nunquam de existentia ipsius, nisi solum specificativa, vel relativa ad locum, vel ad aliam rem. In utraque lingua hoc verbum habet solum supradictum tempus; quum de imperfecto agitur vertitur in ነበሬ ፡ et *TÛRE*, et in perfecto vertitur in ሆነ ፡ et *TÀÈ*, uti supra dictum est de verbo substantivo, et infra videbitur. Hoc idem verbum, in lingua amarica declinatur per personas, non tamen ad normam aliorum verborum; in lingua oromonica vero indeclinabile est, uti supra videri potest. Tandem hoc idem verbum in utraque lingua habet suam formam negativam, etiam indeclinabilem; in lingua amarica propositio supradicta negativa quum est dicit መልካም ፡ ኢይዶወለም ፡ (bonus[1] non

[1] ኢይዶወለም ፡ radicales hujus verbi negativi impersonalis, ad

est); in lingua oromonica vero dicitur *gári míti*, ubi *ti* finalis est verbum prædicatorium negativum supradictum, loco *da*. Quod tamen hic officium facit verbi auxiliaris negativi, non est semper verbum negativum; aliquando enim *ti* est etiam verbum prædicatorium affirmativum[1] et fere infinita alia officia exercet, quorum aliqua adhuc mihi obscura sunt.

Imperfectum.

Bonus eram . . .	መልካም ፡ ነበርሁ ፡	*Áni gári tûre.*
Bonus eras	መልካም ፡ ነበርህ ፡	*Áti gári tûrte.*
Bona eras	መልካም ፡ ነበርሽ ፡	(Deest fem.)
Bonus erat	መልካም ፡ ነበረ ፡	*Hínni gári tûre.*
Bona erat	መልካም ፡ ነበረች ፡	*Íseṇ gári tûrtẹ.*
Boni eramus . . .	መልካሞች ፡ ነበርን ፡	*Nu gári tûrne.*
Boni eratis	መልካሞች ፡ ነበራችሁ ፡ . . .	*Ísini gári tûrtani.*
Boni erant	መልካሞች ፡ ነበሩ ፡	*Ísani gári tûrani.*

Verbum hoc in allato tempore, tam in lingua amarica quam in lingua oromonica, perfecte aliud est ab illo tem-

nullum ex verbis auxiliaribus pertinent; consequenter vera anomalia est, licet omnes characteristicas verbi negativi habeat, tam præformantes quam adformantes, uti sunt litteræ subsignatæ; aliquando recipit intra se litteras serviles, uti ኢይዴወሎውም, ut dicat non est *illud*. In lingua oromonica *míti* est etiam verbum negativum impersonale recedens a radicalibus verbi auxiliaris et a forma omnium aliorum verborum auxiliarium.

[1] Nulla est res tam vasta et, possum dicere, tam obscura in lingua oromonica quam *ti* finalis; aliquando enim est verbum auxiliare prædicatorium negativum, uti *míti*, aliquando etiam affirmativum est, uti *kan Petrosítti* (quod Petri est), aliquando est characteristica verbi feminini generis, uti *íseṇ kénniti* (ipsa dabit), aliquando est

poris præsentis, quoad radicales; officium ejus etiam minus est restrictum. Illud enim simpliciter prædicatorium est attributorum in propositionibus simplicibus; hoc autem prædicatorium est et substantivum. Illud auxiliare dici non potest, quia nullomodo inservit ad aliorum verborum conjugationem; hoc autem unitum præterito cujuscumque verbi, tempus plus quam perfectum efformat. Quod autem spectat ad supradictum verbum oromonicum *TÛRE*, est præteritum verbi normalis et regularis, quod significat *exspectavit*, introductum hic tanquam auxiliare[1].

Perfectum.

Bonus fui.	መልካም ፡ ሆንሁ ፡.	*ÁNI GÁRI TĀÈ*[2].
Bonus fuisti. . . .	መልካም ፡ ሆንህ ፡.	*ÁTI GÁRI TAÂTE.*
Bona fuisti. . . .	መልካም ፡ ሆንሽ ፡.	(Deest fem.)
Bonus fuit.	መልካም ፡ ሆነ ፡.	*HÍNNI GÁRI TĀÈ.*

characteristica casus accusativi in motu, uti *MANÁTTI GÁLE* (domum ingressus), aliquando characteristica casus ablativi loci, uti *MANÁTTI GIRÀ* (domi est), aliquando etiam ablativi instrumentalis cum quo, uti *EBÓTTI AGGÉSE* (lancea occidit), et sic de aliquibus aliis.

[1] Sæpissime examinavi circa radicales supradicti verbi auxiliaris et verbi normalis *exspectare*, in vulgari pronunciatione nullam differentiam inveni, ac proinde easdem esse radicales plus quam probabiliter asserendum est, et ideo idem esse verbum, cujus præteritum, tanquam auxiliare fuit introductum. Hoc verbum normale in præsenti dicit *NAN TÛRA*, et significat perfecte *ego exspectabo;* in præterito vero *TURÊRA* et *TÛRE* non eumdem sensum habent, sed intelliguntur potius de præteritione temporis ex quo aliquid evenit; consequenter valde probabile est quod, in primordiis hujus linguæ, ad distinguendum præteritum remotum, addiderint *TÛRE* radicalibus præteriti proximi.

[2] Pronomen non fuit positum in exemplo amarico, bene vero in

Bona fuit.....	መልካም ፡ ሆነች ፡.......	*ÍSẸN GÁRI TAÂTẸ.*
Boni fuimus..:	መልካሞች ፡ ሆነን ፡......	*NU GÁRI TAÂNNE.*
Boni fuistis....	መልካሞች ፡ ሆናችሁ ፡....	*ÍSINI GÁRI. TAÂTANI.*
Boni fuerunt...	መልካሞች ፡ ሆኑ ፡.......	*ÍSANI GÁRI TAÂNI.*

Verbum hoc quoad sensum respondet perfecte verbo *fieri* linguæ latinæ, et nonnisi qua parte prædicatorium est, vices verbi *esse* linguæ latinæ supplere potest. Quapropter de attributis Dei non posset prædicari, quia non est verbum essentialiter substantivum, uti verbum *esse* supradictum, ac consequenter induceret mutabilitatem in Deo. Bene vero potest prædicari de attributis et qualitatibus rerum creatarum essentialiter mutabilium[1]. Prosequar hic conjugationem hujus verbi auxiliaris prædicatorii omittendo attributum propositionis, quod nunc supponi potest, ideo

Plus quam perfectum.

Bonus fueram..	ሆኜ ፡ ነበርሁ ፡[2].........	*ÁNI TĀÈ TÛRE.*
Bonus fueras...	ሆንህ ፡ ነበርህ ፡.........	*ÁTI TAÂTE TÛRTE.*
Bona fueras ...	ሆንሽ ፡ ነበርሽ ፡.........	(Deest fem.)
Bonus fuerat...	ሆንው ፡ ነበረ ፡.........	*HÍNNI TĀÈ TÛRE.*
Bona fuerat....	ሆነ ፡ ነበረች ፡..........	*ÍSẸN TAÂTẸ TÛRTẸ.*
Boni fueramus..	ሆነን ፡ ነበርን ፡.........	*NU TAÂNNE TÛRNE.*
Boni fueratis...	ሆናችሁ ፡ ነበራችሁ ፡....	*ÍSINI TAÂTANI TÛRTANI.*
Boni fuerant...	ሆኑ ፡ ነበሩ ፡...........	*ÍSANI TAÂNI TÛRANI.*

oromonico; quia in hac lingua additio pronominis sæpissime necessaria est, maxime quando characteristicæ personales non inveniuntur in verbo ipso, uti sæpe accidit.

[1] Hæc observatio facta est pro catechistis, qui adhuc nesciunt theologiam, et pro missionariis, qui satis non cognoscunt linguam, ut caveant, dum loquuntur de Deo et ejus attributis, ab usu verbi hujus.

[2] Plus quam perfectum amaricum componitur ex participio ሆኜ ፡

Hoc allatum tempus inservit quidem tanquam verbum normale in propositionibus, sed non inservit tanquam auxiliare pro conjugatione aliorum verborum, quia jam per se compositum; posui illud, ut completa habeatur conjugatio hujus verbi tanquam normalis, sæpissime occurrentis, necnon ad totalem ordinem conjugationis demonstrandum; propter hanc eamdem rationem nunc, hic addam tempus perfectum compositum hujus verbi tanquam normalis, et postea etiam futurum compositum.

Perfectum compositum.

Bonus factus sum:	ሆኛለሁ ፡[1].............	*ÁNI TAÊRA.*
Bonus factus es...	ሆንኻል ፡.............	*ÁTI TAATÊRTA.*
Bona facta es....	ሆንሻል ፡.............	(Deest fem.)
Bonus factus est..	ሆንቃል ፡.............	*HÍNNI TAÊRA.*
Bona facta est...	ሆንቃለች ፡............	*ÍSẸN TAATÊRTẸ.*
Boni facti sumus..	ሆንንናል ፡.............	*NU TAANNÊRNA.*
Boni facti estis...	ሆናችሁቃል ፡..........	*ÍSINI TAATANÎRTU.*
Boni facti sunt...	ሆኑቃል ፡.............	*ÍSANI TAANÎRU.*

Futurum compositum.

Bonus ero......	መልከም ፡ እሆናለሁ ፡....	*ÁNI GÁRI ITÂA.*
Bonus eris......	መልከም ፡ ትሆናልህ ፡....	*ÁTI GÁRI ITAÂTA.*
Bona eris.......	መልከም ፡ ትሆኛለሽ ፡....	(Deest fem.)
Bonus erit......	መልከም ፡ ይሆናል ፡.....	*BÍNNI GÁRI ITÂA.*

ሆነህ ፡ ሆነው ፡ etc.; e contra oromonicum componitur solum ex præterito simplici *TĀÈ*, quia participium esset *TAÉTAN*, *TAATÉTI*, *TAÉTI*, etc.

[1] Præteritum perfectum amaricum, uti de præcedente plus quam perfecto dictum est, ex participio et verbo auxiliari substantivo compositum est : ሆኛለሁ ፡ valet ሆኜ ፡ አለሁ ፡, ኜ est ኝ consonans cum *iod* characteristica primæ personæ participii; ኝ absorbens አ ra-

Bona erit....... መልካም ፡ ትሆናለች ፡.... *ÍSẸN GÁRI ITAÂTẸ.*
Boni erimus..... መልካሞች ፡ እንሆናለን ፡[1]. *NU GÁRI TAÂNNA.*
Boni eritis...... መልካሞች ፡ ትሆናላችሁ ፡ *ÍSINI GÁRI TAÂTU.*
Boni erunt...... መልካሞች ፡ ይሆናሉ ፡.... *ÍSANI GÁRI ITÂU.*

Hoc futurum est illud, quod cum præsenti confunditur, quia futurum proximum; si quæstio esset de futuro remoto, sive remotione temporis, sive ratione majoris vel minoris probabilitatis futuritionis, tunc distinguitur futurum hoc modo.

Futurum remotum amaricum.

Futurus sum bonus............. መልካም ፡ ልሆን ፡ ነኝ ፡
Futurus es bonus.............. መልካም ፡ ልትሆን ፡ ነህ ፡
Futurus est bonus............. መልካም ፡ ሊሆን ፡ ነው ፡
Futuri sumus boni............. ....ልንሆን ፡ ነንና ፡
Futuri estis boni............... ....ልትሆኑ ፡ ናችሁ ፡
Futuri sunt boni............... ....ሊሆኑ ፡ ናቸው ፡

Futurum remotum oromonicum.

Futurus sum bonus.................... *ÁNI GÁRI TÂUF G̣IRÀ.*
Futurus es bonus...................... *ÁTI GÁRI TÂUF G̣ÍRTA.*
Futurus est bonus..................... *HÍNNI GÁRI TÂUF G̣IRÀ.*
Futuri sumus boni..................... *NU GÁRI TÂUF G̣ÍRNA.*
Futuri estis boni...................... *ÍSINI GÁRI TÂUF G̣ÍRTU.*
Futuri sunt boni...................... *ÍSANI GÁRI TÂUF G̣ÍRÙ.*

dicalem verbi substantivi fit ኛ, ideo ሆኛለሁ ፡ dicitur per syncopen, sed melius ሆኜአለሁ ፡; sic de aliis omnibus personis hujus temporis.

[1] እንሆናለን ፡ est verbum compositum ex እንሆን ፡ አለን ፡ verbum *fieri* normale, videlicet, et verbum substantivum አለ ፡, in compositione ን finalis primi, quæ est sexta pure consonans, absorbendo initialem secundi አ, fit quarta ና et dicit እንሆናለን ፡, sic in omnibus aliis personis hujus temporis.

Hoc futurum remotum confunditur cum participio futuro; in eo brevitatis causa omisi femininum genus in personis secunda et tertia amarici, et in tertia oromonici, quia supponi potest ex antecedentibus; hoc dictum pro semper supponatur, si aliquando omisero.

Imperativum.

Bonus esto.	መልካም ፡ ሁን ፡	*GÁRI*[1] *TĀI* MALÈ.
Bonus esto.	መልካም ፡ ይሁን ፡	*GÁRI ÁTAU* MALÈ.
Boni simus	መልካሞች ፡ እንሁን ፡	*GÁRI ITAÂNNA* MALÈ.
Boni estote	መልካሞች ፡ ሁኑ ፡	*GÁRI ITÂA* MALÈ.
Boni sunto	መልካሞች ፡ ይሁኑ ፡	*GÁRI ÁTAA* MALÈ.

In hoc exemplo post verbum posui *MALÈ* (quidem) in parte oromonica, et potueram etiam ponere እንጂ, quod idem significat, post verbum amaricum, non quod sit absolute necessarium, sed frequenter adjungi solet, præsertim in lingua oromonica.

Subjunctivum futurum amaricum.

Ut sim bonus.	መልካም ፡ እንድሆን ፡
Ut sis bonus.	መልካም ፡ እንድትሆን ፡
Ut sit bonus.	መልካም ፡ እንዲሆን ፡
Ut simus boni.	መልካሞች ፡ እንድንሆን ፡
Ut sitis boni.	መልካሞች ፡ እንድትሆኑ ፡
Ut sint boni	መልካሞች ፡ እንዲሆኑ ፡

[1] Hic positum est *TĀI*, et non *ITĀI*, licet *I* initialis sit tanquam radicalis hujus verbi, quia in pronunciatione non apparet propter vocalem præcedentem, et longam syllabam quæ sequitur, a quibus absorbetur; dicendum tamen quod dicta *I* initialis semper intelligi debet, quia ipsa est quæ distinguit hoc verbum a verbo *TĀ*, *TĔSA* (sedeo, sedes), quod in multis personis cum verbo supradicto confundi posset, præcipue in hac persona imperativi modi.

Subjunctivum futurum oromonicum.

Ut sim bonus.	*ÁNI GÁRI ÁKA TAÚTTĪ.*
Ut sis bonus	*ÁTI GÁRI ÁKA TAÂTÚTTĪ.*
Ut sit bonus	*HÍNNI GÁRI ÁKA TAÚTTĪ.*
Ut simus boni.	*NU GÁRI ÁKA TAÂÑANÚTTĪ.*
Ut sitis boni	*ÍSINI GÁRI ÁKA TAÂTANÚTTĬ.*
Ut sint boni.	*ÍSANI GÁRI ÁKA TAÂNÚTTĬ.*

Conditionale futurum.

Si bonus ero. . .	መልካም ፡ በሆን ፡.	*ÁNI GÁRI JÒ ITÂA.*
Si bonus eris. . .	መልካም ፡ ብትሆን ፡.	*ÁTI GÁRI JÒ ITAÂTA.*
Si bonus erit. . .	መልካም ፡ ቢሆን ፡.	*HÍNNI GÁRI JÒ ITÂA.*
Si boni erimus .	መልካሞች ፡ በንሆን ፡. . . .	*NU GÁRI JÒ ITAÂNNA.*
Si boni eritis. . .	መልካሞች ፡ ብትሆኑ ፡. . .	*ÍSINI GÁRI JÒ ITAÂTU.*
Si boni erunt . .	መልካሞች ፡ ቢሆኑ ፡.	*ÍSANI GÁRI JÒ ITÂU.*

Si ageretur vero de conditionali præterito, tunc, sive in lingua amarica, sive in lingua oromonica, retenta eadem initiali characteristica, ut supra, finalis verbi sic erit:

Conditionale præteritum amaricum.

Si bonus fuissem	መልካም ፡ ብሆንሁ ፡ እንደሆን ፡
Si bonus fuisses	መልካም ፡ በሆንህ ፡ እንደሆን ፡
Si bonus fuisset	መልካም[1] ፡ የሆነ ፡ እንደሆን ፡
Si boni fuissemus.	መልካሞች ፡ የሆንን ፡ እንደሆን ፡
Si boni fuissetis	መልካሞች ፡ የሆናችሁ ፡ እንደሆን ፡
Si boni fuissent	መልካሞች ፡ የሆኑ ፡ እንደሆን ፡

[1] In duabus primis personis ብሆንሁ ፡, ብሆንህ ፡ posui, et in sequentibus የሆነ ፡, quia utrumque adhibere solent Abyssini; secundum tamen, ni fallor, magis in usu est. In hoc eodem tempore bis verbum ሆነ ፡ apparet uti supra ብሆን ፡ እንደሆን ፡, የሆነ ፡ እንደ ሆን ፡, in eadem personalitate; in quo observandum est quod prima vice dat verbum normale *fieri*, et secunda vice, dat idem verbum uti auxiliare, respondens nostro verbo *esse*.

Conditionale præteritum oromonicum.

Si bonus fuissem	*ÁNI GÁRI TĀÈ JÒ ITÂA.*
Si bonus fuisses	*ÁTI GÁRI TAÂTE JÒ ITÂA.*
Si bonus fuisset	*HÍNNI GÁRI TĀÈ JÒ ITÂA.*
Si boni fuissemus	*NU GÁRI TAÂNNE JÒ ITÂA.*
Si boni fuissetis	*ÍSINI GÁRI TAÂTANI JÒ ITÂA.*
Si boni fuissent	*ÍSANI GÁRI TAÂNI JÒ ITÂA.*

Futurum indeterminatum amaricum.

Quando bonus ero	መልካም ፡ የሆንሁ ፡ ጊዜ ፡
Quando bonus eris	መልካም ፡ የሆንህ ፡ ጊዜ ፡
Quando bona eris (fem.)	መልካም ፡ የሆንሽ ፡ ጊዜ ፡
Quando bonus erit	መልካም ፡ የሆነ ፡ ጊዜ ፡
Quando bona erit (fem.)	መልካም ፡ የሆነች ፡ ጊዜ ፡
Quando boni erimus	መልካሞች ፡ የሆንን ፡ ጊዜ ፡
Quando boni eritis	መልካሞች ፡ የሆናችሁ ፡ ጊዜ ፡
Quando boni erunt	መልካሞች ፡ የሆኑው ፡ ጊዜ ፡

Futurum indeterminatum oromonicum.

Quando bonus ero	*JÔMU GÁRI ITÂA.*
Quando bonus eris	*JÔMU GÁRI ITAÂTA.*
Quando bonus erit	*JÔMU GÁRI ITÂA.*
Quando bona erit (fem.)	*JÔMU GÁRI ITAÂTẸ.*
Quando boni erimus	*JÔMU GÁRI ITAÂNNA.*
Quando boni eritis	*JÔMU GÁRI ITAÂTU.*
Quando boni erunt	*JÔMU GÁRI ITÂU.*

Hic exemplum amaricum positum est de conditione supposita præterita, oromonicum vero de conditione futura futuribili. Poteram dicere መልካም ፡ የምሆንሁ ፡ ጊዜ ፡, መልካም ፡ የምትሆንህ ፡ ጊዜ ፡ et in oromonico etiam poteram dicere *JÔMU GÁRI ÁNI TĀÈ*, *JÔMU GÁRI ÁTI ITAÂTE;* apud indigenos, tam Abyssinos quam Oromones,

indiscriminatim sæpe accipitur primum et secundum; licet vi grammaticæ eorum aliqua differentia assignari posset.

ARTICULUS TERTIUS.

DE VERBO POSSESSIVO.

Quia apud nostras linguas vulgares verbum possessivum *habere* est auxiliare, volui hic ponere idem verbum, quamvis absolute auxiliare non sit neque in lingua amarica, neque in lingua oromonica, ut missionarios nostros de hoc verbo admonitos faciam. Etenim in linguis istis verbum latinum, vel in auxiliare substantivum resolvitur, vel confunditur cum verbis *possidere* et *apprehendere;* sic

VERBUM POSSESSIVUM.

Præsens.

Habeo	አለኝ ፡[1] *vel* ኢዛለሁ ፡[2]	ÁNI KÂBA.
Habes	አለህ ፡ *vel* ቲዛለህ ፡	ÁTI KÁBḌA.
Habes (fem.)	አለሺ ፡ *vel* ቲዠለሽ ፡	(Deest fem.)
Habet	አለው ፡ *vel* ይዝዋል ፡	HÍNNI KÂBA.
Habet (fem.).	አለት ፡ *vel* ቲዛለች ፡	ÍSẸN KÁBḌẸ.
Habemus	አለንና ፡ *vel* እኒዛለን ፡	NU KÁBNA.
Habetis	አላችሁ ፡ *vel* ቲዛላችሁ ፡	ÍSINI KÁBḌU.
Habent.	አላቸው ፡ *vel* ይዝዋሉ ፡	ÍSANI KÂBU.

[1] Ut dicant *habeo,* dicunt *adest mihi*, quia hæc littera ኝ finalis est pronomen primæ personæ : *ña* enim est littera amarica constructa super *nun* æthiopicam, quæ videtur continere *iod*, ordinaria characteristica pronominis primæ personæ.

[2] ኢዛለሁ ፡ ቲዛለህ ፡ in primo አ characteristica initialis primæ personæ verbi absorbet ኢ primam radicalem verbi et fit tertia ኢ ፡ in secundo ተ characteristica secundæ personæ absorbendo eamdem ra-

Præteritum simplex.

Habebam . . . . . ነበረኝ ፡ *vel* ያዠሁ ፡ . . . *ÁNI KABÈ* et *KABADDÈ*.
Habebas . . . . . . ነበረህ ፡ *vel* ያዠህ ፡ . . . . *ÁTI KÁBDE* et *KABÁDTE*.
Habebas (fem.). ነበረሽ ፡ *vel* ያዠሽ ፡ . . . (Deest fem.)
Habebat . . . . . . ነበረው ፡ *vel* ያዘ ፡ . . . . . *HÍNNI KABÈ* et *KABADDÈ*.
Habebat (fem.). ነበረት ፡ *vel* ያዘች ፡ . . . . *ÍSEN KÁBDE* et *KABÁDTE*.
Habebamus. . . . ነበረንን ፡ *vel* ያዘን ፡ . . . *NU KÁBNE* et *KABÁDNE*.
Habebatis . . . . . ነበራችሁ ፡ *vel* ያዛችሁ ፡ *ÍSINI KÁBDANI*, *KABÁDTANI*.
Habebant . . . . . ነበሩው ፡ *vel* ያዙ ፡ . . . *ÍSANI KÂBU* et *KABÁDDU*.

Præteritum compositum.

Habui . . . . ኢዠለሁ ፡[1] . . . . *ÁNI KABÊRA* et *KABADDÊRA*.
Habuisti . . . . . . ኢዛሻል ፡ . . . . *ÁTI KABDÊRTA* et *KABADDÊRTA*.
Habuisti (fem.). ኢዘሽል ፡ . . . . (Deest fem.)
Habuit . . . . ይዘዋል ፡ . . . . . *HÍNNI KABÊRA* et *KABADDÊRA*.
Habuit (fem.). . ኢዛለች ፡ . . . . . *ISEN KABDÊRTE* et *KABADDÊRTE*.
Habuimus. . . . . ኢዘናል ፡ . . . . . *NU KABNÊRA* et *KABADNÊRA*.
Habuistis . . . . . ኢዛቹዋል ፡ . . . *ÍSINI KABDANÎRTU* et *KABADTANÎRTU*.
Habuerunt . . . . ይዙዋል ፡ . . . . *ÍSANI KABANÎRU* et *KABADDANÎRU*.

Plus quam perfectum amaricum.

Habueram . . . . ኢዤ ፡ ነበርሁ ፡
Habueras . . . . ኢዘህ ፡ ነበርህ ፡

dicalem primam verbi fit etiam tertia ቲ. Ex hoc concluditur quod non solum ኢ absorberi potest, sed etiam ይ.

[1] ኢዠለሁ ፡ et in masculino secundæ personæ ኢዘሽ ፡; in duobus his personis habetur exemplum transformationis litteræ æthiopicæ in amaricam, tanquam radicalem ejusdem verbi in diversa persona, de qua transformatione locutus sum ubi de alphabeto. In secundo enim radicalis ዘ est littera alphabeti æthiopici, quæ in secunda persona numeri singularis hujus temporis tenet suam naturam in hoc verbo normalem; in primo vero eadem littera induit naturam alphabeti amarici et fit ዠ. Hæc transformatio hic facta est propter

Habueras (fem.) .... ኢዘሽ ፡ ነበርሽ ፡
Habuerat.......................... ኢዘው ፡ ነበረ ፡
Habuerat (fem.) .... ኢዛ ፡ ነበረች ፡
Habueramus .... ኢዘን ፡ ነበርን ፡
Habueratis .... ኡዛችሁ ፡ ነበራችሁ ፡
Habuerant......................... ኡዞው ፡ ነበሩ ፡

Plus quam perfectum oromonicum.

Habueram .... *KABÈ* vel *KABAḌḌÈ TÛRE.*
Habueras..................... *KÁBḌE* vel *KABÁḌTE TÛRTE.*
Habuerat..................... *KABÈ* vel *KABAḌḌÈ TÛRE.*
Habuerat (fem.).............. *KÁBḌE* vel *KABÁḌTE TÛRTE.*
Habueramus .... *KÁBNE* vel *KABÁḌNE TÛRNE.*
Habueratis................... *KÁBḌANI* vel *KABÁḌTANI TÛRTANI.*
Habuerant.................... *KÂBANI* vel *KABÁḌANI TÛRANI.*

Imperativum.

Habe....... ያዝ ፡ fem. : ያዢ ፡......... *KÂBI* et *KABÁḌḌU*[1].
Habeto ..... ይያዝ ፡ fem. : ትያዢ ፡..... *ÁKABU* et *ÁKABAḌU*[2].
Habeamus... እንያዝ ፡................ *KÁBṆA* et *KABÁḌNA.*
Habete ..... ያዙ ፡.................. *KÂBA* et *KABÁḌḌA.*
Habento .... ይያዙ ፡................. *ÁKABA* et *AKABÁḌḌA.*

litteram *iod,* quæ est characteristica participii primæ personæ, ex quo hoc tempus componitur. Illi qui sublimiorem philologiam hujus linguæ quærunt, eam procul dubio invenient in littera *iod* bene perpensa.

[1] Lingua oromonica raro habet femininum in modo imperativo; e contra lingua amarica fere semper habet.

[2] In tota hac conjugatione verbi, duplex positum est verbum oromonicum : primum est verbum neutrum formæ simplicis, significans simplicem possessionem rei sine actione personæ ad extra, æquivalens nostro verbo *habere;* secundum est idem verbum in sua forma activa, significans apprehensionem et possessionem; utrumque posui, quia sæpe ambiguitati locum dat.

Ut jam dixi, hoc verbum auxiliare non est, sed simpliciter verbum normale significans *habere*, *apprehendere*, *capere* et *possidere*.

ARTICULUS QUARTUS.

DE VERBIS AUXILIARIBUS SECUNDUM QUID.

Verba auxiliaria, de quibus hic quæstio est, sunt verba aliqua, quæ, licet nullo modo aliorum verborum conjugationi inserviant, inserviunt tamen valde discursui, et frequentissime inveniuntur in utraque lingua, vel tanquam quid repletivum, vel tanquam periodorum conjunctivum, vel etiam tanquam aliorum verborum deficientiam supplentia, et quidem sub diverso sensu usurpata.

Præcipuum locum tenet verbum *dicere* valde irregulare in lingua amarica, et perfecte normale in lingua oromonica, quamvis in utraque lingua fere idem officium præstet. Quum hoc idem verbum in lingua amarica sæpe mutet radicales, sæpe etiam duplex appareat, et pro diversitate temporis, diversa etiam significet, quando duplex erit illud dupliciter exponam, sive latine, sive amarice; igitur

Præsens vel futurum amaricum.

Dico..............	እላለሁ ፡	Vocor[1].......	እባላለሁ ፡
Dicis..............	ትላለህ ፡	Vocaris.......	ትባላህ ፡

[1] Hic verbum *vocor* posui, sed poteram etiam ponere *dicor,* quia hoc verbum secundo loco positum in lingua amarica est verum passivum verbi *dicere* præcedentis, irregulare tamen, quia destitutum littera ተ ፡ ante radicales, quæ esset characteristica verbi passivi; hoc verbum non transit in passivum normale, nisi in præterito, uti infra videri potest.

Dicis (fem.)	ትያልሽ፡	Vocaris (fem.)	ትባያለሽ፡
Dicit	ይላል፡	Vocatur	ይባላል፡
Dicit (fem.)	ትላለች፡	Vocatur (fem.)	ቲባላለች፡
Dicimus	እንላለን፡	Vocamur	እንባላለን፡
Dicitis	ትላላችሁ፡	Vocamini	ትባላላችሁ፡
Dicunt	ይላሉ፡	Vocantur	ይባላሉ፡

Præsens vel futurum oromonicum.

Dico	*ÁNI G̣ÉDA.*
Dicis	*ÁTI G̣ÉDTA.*
Dicit	*HÍNNI G̣ÉDA.*
Dicit (fem.)	*ÍSEN G̣ÉDTE.*
Dicimus	*NU G̣ÉDNA.*
Dicitis	*ÍSINI G̣ÉDTU.*
Dicunt	*ÍSANI G̣ÉDU.*

Hucusque duo verba amarica perfecte distincta sunt, et regularia, unum pro *dicere*, et secundum pro *vocari;* in sequenti tempore secundum accipit formam passivam.

Præteritum simplex amaricum.

Dicebam	አልሁ፡	Vocabar	ተባልሁ፡
Dicebas	አልህ፡	Vocabaris	ተባልህ፡
Dicebas (fem.)	አለሺ፡	Vocabaris (fem.)	ተባልሺ፡
Dicebat	አለ፡[1]	Vocabatur	ተባለ፡
Dicebat (fem.)	አለች፡	Vocabatur (fem.)	ተባለች፡
Dicebamus	አልን፡	Vocabamur	ተባልን፡
Dicebatis	አላችሁ፡	Vocabamini	ተባላችሁ፡
Dicebant	አሉ፡	Vocabantur	ተባሉ፡

[1] Verbum hoc *dicere,* in præterito, confundi potest cum verbo substantivo *esse* temporis præsentis, quod perfecte eodem modo scribitur, licet non eodem modo pronuncietur; verbum enim substantivum pronunciari debet *ÁLLE,* reduplicando litteram *L;* e contra verbum *dicere* in præterito pronunciari debet *ÁLE* cum una tantum *L;* sed hic

Præteritum simplex oromonicum.

Dicebam	*ÁNI G̣EDÈ.*
Dicebas	*ÁTI G̣ÉDTE.*
Dicebat	*HÍNNI G̣EDÈ.*
Dicebat (fem.)	*ÍSẸN G̣ÉDTẸ.*
Dicebamus	*NU G̣ÉDNE.*
Dicebatis	*ÍSINI G̣ÉDTANI.*
Dicebant	*ÍSANI G̣ÉDANI.*

Præteritum compositum — non habet secundum verbum *vocari*, et verbum *dicere*, in hoc tempore, mutat suas radicales; — igitur

Dixi	እኔ ፡ ብያለሁ ፡	*ÁNI G̣EDÊRA.*
Dixisti	አንተ ፡ ብለኻል ፡	*ÁTI G̣EDTÊRTA.*
Dixisti (fem.)	አንቺ ፡ ብለሻል ፡	(Deest fem.)
Dixit	እርስዎ ፡ ብለዋል ፡	*HÍNNI G̣EDÊRA.*
Dixit (fem.)	እርስዋ ፡ ብለለች ፡	*ÍSẸN G̣EDTÊRTẸ.*
Diximus	እኛ ፡ ብለናል ፡	*NU G̣EDNÊRA.*
Dixistis	እናንት ፡ ብላቹዋል ፡	*ÍSINI G̣EDTANÎRTU.*
Dixerunt	እርላቸው ፡ ብሉዋሉ ፡	*ÍSANI G̣EDANÎRU.*

In supradicto tempore verbum *dicere* mutavit suam primam radicalem; et verbum *dici*, quod in aliis temporibus comitabatur, in supradicto tempore non invenitur, quia verba passiva in his duabus linguis non habent nisi unicum præteritum et plus quam perfectum. Hoc autem tempus, quum duplici modo fieri possit, tam in activo verbo *dicere* quam in ejus passivo *dici*, separatim hic cogor exempla ponere pro lingua amarica, ut omnia bene distinguantur.

est defectus alphabeti syllabarii, in quo littera omnis reduplicari non potest.

Plus quam perfectum activum amaricum.

Dixeram . . . . ብዬ ፡[1] *vel* (ስል ፡) ነበርሁ ፡
Dixeras. . . . . ብለህ ፡ *vel* (ስትል ፡) ነበረህ ፡
Dixeras (fem.) . . . . ብለሽ ፡ *vel* (ስትይ ፡) ነበርሽ ፡
Dixerat. . . . . ብልው ፡ *vel* (ሲል ፡) ነበረ ፡
Dixerat (fem.). . . . . ብላ ፡ *vel* (ስትል ፡) ነበረች ፡
Dixeramus . . . . ብላን ፡ *vel* (ስንል ፡) ነበርን ፡
Dixeratis. . . . . ብላችሁ ፡ *vel* (ስትሉ ፡) ነለሩችሁ ፡
Dixerant. . . . . ብሉው ፡ *vel* (ሲሉ ፡) ነበሩ ፡

Plus quam perfectum activum oromonicum.

Dixeram . . . . *ÁNI GEDÈ TÛRE.*
Dixeras. . . . . *ÁTI GÉDTE TÛRTE.*
Dixerat . . . . *HÍNNI GEDÈ TÛRE.*
Dixerat (fem.). . . . . *ÍSEN GÉDTE TÛRTE.*
Dixeramus . . . . *NU GÉDNE TÛRNE.*
Dixeratis. . . . . *ÍSINI GÉDTANI TÛRTANI.*
Dixerant . . . . *ÍSANI GÉDANI TÛRANI.*

Plus quam perfectum passivum amaricum.

Dictus fueram. . . . . እባል ፡ *vel* (ተብዬ ፡) ነበርሁ ፡[2].
Dictus fueras . . . . ትባል ፡ *vel* (ተብለህ ፡) ነባረህ ፡
Dictus fuerat . . . . ይባል ፡ *vel* (ተብሎ ፡) ነበረ ፡
Dicti fueramus. . . . . እንባል ፡ *vel* (ተብለን ፡) ነበርን ፡
Dicti fueratis . . . . ትባሉ ፡ *vel* (ተብላችሁ ፡) ነበራችሁ ፡
Dicti fuerant . . . . ይባሉ ፡ *vel* (ተብልው ፡) ነበሩ ፡

[1] In hoc tempore, si auferatur verbum ነበረ ፡ habetur participium sive præteritum, sive gerundivum, sed pro hoc ultimo auferri deberet characteristica finalis in verbo, et dicere simpliciter ቢል ፡ ሲል ፡ ብቴል ፡, ስቴል ፡, et sic de aliis personis.

[2] Quum hoc tempus sit pro passivo amaricò, poteram etiam ponere passivum oromonicum, quod non deest; sed illud tacui, quia in lin-

Hucusque verbum *dicere* sive activum, sive passivum, tam in lingua amarica quam in oromonica nullum signum verbi auxiliaris præbuit, et sic usque in finem de verbo oromonico dicendum. Circa amaricum vero certum quoddam tempus adest, in quo hoc verbum aliquod signum præbet verbi auxiliaris : v. g.

Imperfectum.

Quum dicerem .	ብዬ ፡ ብል ፡	In dicendo.	ስል ፡ ስል ፡
Quum diceres. .	ቢልህ ፡ ብትል ፡	In dicendo.	ስትል ፡ ስትል ፡
Quum diceret. .	ቢለው ፡ ቢል ፡	In dicendo.	ሲል ፡ ሲል ፡
Quum diceremus	ብለን ፡ ብንል ፡	In dicendo.	ስንል ፡ ስንል ፡
Quum diceretis.	ብላችሁ ፡ ብትሉ ፡	In dicendo.	ስትሉ ፡ ስትሉ ፡
Quum dicerent.	ብለው ፡ ቢሉ ፡	In dicendo.	ስለው ፡ ሲሉ ፡

Perspicuum est in allato exemplo, ቢል ፡ et ሲል ፡ additum verbo in tempore præterito, haberi tanquam auxiliare sibi ipsi. Fateor hoc audivisse etiam de aliis verbis, licet rarius; v. g. በልተን ፡ ሲንበለ ፡ (manducantes dum manducabamus), quodam modo proprietas dictionis hebraicæ, valde communis in Sacris Scripturis.

Ut autem compleatur conjugatio hujus verbi, remanet aliquod saltem tempus addere ex subjunctivis; igitur

Subjunctivum futurum amaricum.

Ut dicam.......	እንደኢል ፡	Ut dicar.......	እንደባል ፡
Ut dicas.......	እንደቲል ፡	Ut dicaris......	እንደትባል ፡
Ut dicat.......	እንዲል ፡	Ut dicatur......	እንዲባል ፡

gua oromonica verbum passivum quodcumque parum in usu est, et in specie verbum *dicere* passive usurpatum in hac lingua fere nunquam audivi; sed de hoc diffusius ubi de verbo passivo.

Ut dicamus.....	እንድንል ፡	Ut dicamur.....	እንድንባል ፡
Ut dicatis	እንድትሉ ፡	Ut dicamini.....	እንድትባሉ ፡
Ut dicant......	እንዲሉ ፡	Ut dicantur.....	እንዲባሉ ፡

Subjunctivum futurum oromonicum.

Ut dicam..............................	*ÁKA G̣EḌḌÚTTĬ.*
Ut dicas	*ÁKA G̣EḌTÚTTĬ.*
Ut dicat	*ÁKA G̣EḌḌÚTTĬ.*
Ut dicamus............................	*ÁKA G̣EḌNÚTTĬ* [1].
Ut dicatis	*ÁKA G̣EḌTANÚTTĬ.*
Ut dicant..............................	*ÁKA G̣EḌANÚTTĬ.*

Conditionale amaricum.

Si dicam......	እኔ ፡ ብዬል ፡	Si dicar........	ብባል ፡
Si dicas	እንተ ፡ ብትል ፡	Si dicaris.......	ብትባል ፡
Si dicat	እርሰው ፡ ቢል ፡	Si dicatur	ቢባል ፡
Si dicamus....	እኛ ፡ ብንል ፡	Si dicamur	ብንባል ፡
Si dicatis	እናንተ ፡ ብትሉ ፡	Si dicamini.....	ብትባሉ ፡
Si dicant......	እርሳቸው ፡ ቢሉ ፡	Si dicantur	ቢባሉ ፡

Conditionale oromonicum.

Si dicam	*ÁNI JÒ* [2] *G̣ÉḌA.*
Si dicas..............................	*ÁTI JÒ G̣ÉḌTA.*
Si dicat..............................	*HÍNNI JÒ G̣ÉḌA.*
Si dicamus	*NU JÒ G̣ÉḌNA.*
Si dicatis............................	*ÍSINI JÒ G̣ÉḌTU.*
Si dicant............................	*ÍSANI JÒ G̣ÉḌU.*

[1] *G̣EḌNÚTTĬ* scripsi, sed poteram scribere *G̣ENNÚTTĬ* sine errore; quia pronunciatio transformare solet in hac persona *D* radicalem in *N*, non tamen perfectam et claram; sed bonum putavi servare radicalem, et uti *Ḍ* signata, ad indicandum hanc litteram recedere a littera *D* normali.

[2] In conditionalibus *JÒ* semper ponitur. Sed aliquando, et in ali-

Ut autem omnia hæc verba sint conditionalia conditione de præterito sive in lingua amarica, sive in lingua oromonica, sufficit verba supradicta in præterito ponere, eodem modo quo de præterito simplici dictum est supra.

Remanet nunc exemplum imperativi modi, quod ultimum ponere bonum putavi, eo quod præ omnibus aliis, tanquam auxiliare discursus usurpari soleat.

Imperativum amaricum.

Dic	በል ፡	(Deest passiv.)	(Deest pass.).
Dic (fem.)	በይ ፡	Dicere (fem.)	ተባይ ፡
Dicito	ይበል ፡	Dicitor	ይባል ፡
Dicito (fem.)	ቲበል ፡	Dicitor (fem.)	ትባል ፡
Dicamus	ኒበል ፡	Dicamur	ንባል ፡
Dicite	በሉ ፡	Dicemini	ተበሉ ፡
Dicunto	ይበሉ ፡	Dicuntor	ይባሉ ፡

Imperativum oromonicum.

Dic	G̣ÉDI [1].
Dicito	AG̣ÉDU.
Dicamus	(Non usitatum).
Dicite	G̣ÉDA.
Dicunto	AG̣EDA.

quibus locis hæc particula conditionalis inæqualiter amittere solet de littera *iod* ut tendat ad aspiratam H, et veluti HÒ pronunciatur.

[1] Modus imperativus non semper æqualis est in lingua oromonica circa finalem personarum; aliquando enim finalis secundæ personæ singularis numeri est I, uti in hoc casu, et aliquando est U. Pro nunc regula hæc est : quando finalis verbi, vel radicalis vel characteristica formæ activæ, erit ḌA, tunc dicta finalis erit U; sic verbum ÑÁḌḌA (manduco) in secunda imperativi facit ÑÁḌḌU; quando vero finalis verbi alia littera erit, uti KÉNNA (do), tunc secunda persona prædicta

Pro participio tandem, in lingua amarica consuli potest præteritum compositum, vel plus quam perfectum, ubi participium invenitur, si verbum auxiliare, construens illa tempora, tollatur. Pro lingua oromonica vero participium erit ut sequitur : ego...*G̣ÉDETAN*, tu...*G̣EḌTÊTI*[1], ille...*G̣E-ḌÉTI*, nos...*G̣EḌNÊTI*, vos...*G̣EḌTANÍTI*, illi...*G̣EDANÍTI*.

Hisce positis, uti jam dixi, sæpissime hoc verbum tanquam auxiliare discursus audiri solet in utraque lingua, sive in diversis temporibus et modis, sive etiam in diversis personis pro diversitate discursus, imo aliquando hoc idem verbum figurate usurpatur ad aliquid significandum extra sensum litteralem ejusdem verbi.

Hoc verbum inservit, in utraque lingua, ad exprimendas aliquas actiones, pro quibus exprimendis verbum speciale non adest, sic in lingua amarica, ut dicant *gavisus sum*, vel *gaudeo*, dicere solent ደስ ፡ አለኝ ፡, ደስ ፡ ይለኛል ፡; pariter, ut dicant *resplendet*, ብልጭ ፡ ይላል ፡, et sic de aliis infinitis; sic etiam dicendum de lingua oromonica in aliis verbis.

Primo quidem, quando aliquis mandatarius vel nun-

erit *KÉNNI;* et sic de infinitis aliis exemplis quæ adducere possem, quæque brevitatis causa omitto. Procul dubio lex ista suas habet exceptiones, quas omnes hic adnotare nequeo.

[1] *G̣EḌTÊTI*. In hac persona *Ḍ* radicalis solummodo propter concurrentiam cum *T* littera etiam dentalis, sed fortior, accipit fere naturam istius, ita ut posset scribi *G̣ETTÊTI;* sic accidit in omnibus personis secundis; sed potest semper poni *Ḍ* in scriptura, ne vitietur radicalis verbi, quum pronunciatio naturaliter, imo necessario, versus *T* semper fiat absque studio et industria.

cius refert verba mandantis vel nuncios auditos, dum refert, identidem post quamlibet rem specialiter exprimendam, semper periodum suam claudit hoc verbo ኸለ ፡, ኸሉ ፡ *ḡéde, ḡédani*, vel in præsenti, vel in præterito, vel in singulari, vel in plurali, secundum circumstantias temporis et personæ mittentis, quia relator ut plurimum semper textum verborum in persona alterius referre solet.

Pariter quam frequentissime hoc verbum usurpare solent, fere semper in participio ጘዮ ፡ ቢልው ፡, ጘለን ፡ ቢሉ ፡ — *ḡédetan, ḡedêti, ḡeḍnêti, ḡedaníti*, pro *dicente*, *dicentibus*, *dicto*, *dictis*, tanquam quid repletivum, vel conjunctivum inter varias periodos, maxime in narrationibus historicis eorum, prout sermo postulat. Sic quando persona loquitur de seipsa, vel de rebus a se factis, tunc in prima persona identidem ጘዮ ፡ vel *ḡédetan* sæpissime dicit; quando vero refert dictum vel factum tertiæ alicujus personæ, tunc ጘሉ ፡ — *ḡedêti* sæpe repetere solet; sic de aliis numeris et personis. Sic dicendo tamen non intelligunt referre textum, in supposita historia eorum antiquitus prolatum, sed aliquando, imo sæpissime, hoc verbum usurpant tanquam intercalare sermonis, nullam omnino habens relationem cum narratione, et aliquando eo utuntur, ut dicant indiscriminatim *his peractis*, *his dictis*, *his finitis*, et similia.

Quum insuper illæ linguæ careant vocibus vel particulis categoricis ad exprimendam rationem rei alicujus abstractam ; vel, quod sæpius accidit, ad significandum finem internum operantis alicujus, ut dicant ex. gr. : *propter te hoc feci*, vel *propter nos Christus mortuus est*, utuntur hoc verbo

Abyssini, et dicere solent ስላንተ ፡ ቢዬ ፡ የሀነን ፡ አደረግሁ ፡, vel ስለኛ ፡ ብሎ ፡ ክርስቶስ ፡ ሞተ ፡, et Oromones, *SIF* ĠÉDETAN *ÍSA KÁNA GODÈ*, vel *NUF* ĠEDÊTI *CRISTOS DŪÈ*, ubi clare apparet, per verbum *dicere* tunc significare velle finem et rationem rei a propositione enunciatæ, ita ut verbum *dicere* pro *velle*, *cogitare* et similibus, intelligi debeat.

Non solum autem verbum hoc usurpare solent pro *intendere*, *velle*, *cogitare*, sed etiam pro *facere*; sic, quum pater et mater puerorum irascuntur eis propter aliquid male hic et nunc factum, dicere solent ምን ፡ ይላል ፡ የሀ ፡ አስቆር ፡ *MAL ĠÉDA GÚRBAN KÚNI?* (quid *dicit* puer iste? *pro* quid *facit?*); vel etiam super factum dicere solent ምን ፡ ማለታችሁ ፡ *MAL ĠÁCU KÉSANI?* (quid dicere est vestrum? *pro* quid facere vultis?), amarice enim ማለት ፡ et *ĠÁCU* oromonice, verbum *dicere* in infinitivo est.

Tandem, ut infinitas alias significationes hujus verbi prætercam, sæpissime illud usurpari solet in modo imperativo በል ፡ በሉ ፡ *ĠÉDI*, *ĠÉDU* (dic, dicite) ad emphatice aliquid præcipiendum, et tunc aliquando significat *facere*, aliquando *addere*, aliquando *fortes esse*[1].

[1] Quum dominus præcipit flagellationem alicujus delinquentis, በሉ ፡ dicit ministris suis, et tunc valet præceptum flagellationis. Postea quum quæstio est de flagellatione remittenda, aliquando dominus repetit በሉ ፡ *ĠÉDU*, et tunc significaret additionem. Idem dicendum, quando dominus præcipit donationes, et quæstio est an sufficiat, ut insuper addant pariter dicit በል ፡ *ĠÉDI*. Pariter, quum dominus visitat operarios suos, vel etiam milites in pugna alloquitur, si dicat በሉ ፡ *ĠÉDU*, valeret : *forti animo estote*, vel *fortiter laborate*, *pugnate*. Si illi qui munducat vel bibit dicatur በል ፡ *ĠÉDI*, valeret : *etiam manduca hoc vel illud*, vel *adde manducare*.

CAPUT QUARTUM.

DE FORMA VERBORUM SIMPLICI.

Forma *simplex* verborum est illa quæ radicalibus litteris nullas alias adjungit, præter eas quæ necessariæ sunt ad distinctionem modorum, temporum et personarum, quæque sunt litteræ characteristicæ, ad hoc semper et uniformiter destinatæ. Forma hæc autem alia *simpliciter simplex* est, quæ radicalibus primitivis componitur, et iis ulteriores compositiones non addit. Alia insuper dici potest simplex vel *relative*, vel *secundum quid*, quæ alias formas in se fundit tanquam radicales, vel aliquas alias modificationes admittit. De utrisque in duplici articulo.

ARTICULUS PRIMUS.

DE FORMA VERBORUM ABSOLUTE SIMPLICI.

Verba formæ absolute simplicis, alia insuper sunt *incompatibilia*, quæ absolute aliam formam supra se recipere non possunt; alia *compatibilia* quæ aliam formam distinctam induere possunt, et revera induunt. De utrisque hic distinctum exemplum sit.

I.

Præsens.

Morior......... እሞታለሁ ፡ [1].................. *ÁNI DÛA.*

[1] In lingua amarica vox *mors* (ሞት ፡) retinet radicales linguæ Hebræorum, sive quoad nomen, sive quoad verbum, sicut et præcipuarum linguarum orientalium. Imo quodam modo retinet radi-

Moreris	ትሞታለህ ።	*ÁTI DUÚTA.*
Moreris (fem.)	ትሞቻለሽ ።	(Deest fem.)
Moritur	ይሞታል ።	*HÍNNI DŪA.*
Moritur (fem.)	ትሞታለች ።	*ÍSEN DUÚTE.*
Morimur	ንሞታለን ።	*NU DUÚNNA*[1].
Morimini	ትሞታላችሁ ።	*ÍSANI DUÚTU.*
Moriuntur	ይሞታሉ ።	*ÍSANI DŪU.*

Præteritum simplex.

Moriebar	እኔ ፡ ሞትኹ ።	*ÁNI DŪÈ.*
Moriebaris	አንተ ፡ ሞተኽ ።	*ÁTI DUÚTÈ.*
Moriebaris (fem.)	አንቺ ፡ ሞትሽ ።	(Deest fem.)
Moriebatur	እርሱ ፡ ሞተ ።	*HÍNNI DŪÈ.*
Moriebatur (fem.)	እርስዋ ፡ ሞተች ።	*ÍSEN DUÚTE.*
Moriebamur	እኛ ፡ ሞትን ።	*NU DUÚNNE.*
Moriebamini	እናንተ ፡ ሞታችሁ ።	*ÍSINI DUÚTANI.*
Moriebantur	እርሳቸው ፡ ሞቱ ።	*ÍSANÍ DŪANI.*

Præteritum compositum.

Mortuus sum	ሞችያለሁ ።	*ÁNI DŪÉRA*[2].
Mortuus es	ሞተኻል ።	*ÁTI DŪTÉRTA.*
Mortuus est	ሞተዋል ።	*HÍNNI DŪÉRA.*
Mortui sumus	ሞተናል ።	*NU DŪNNÉRA.*
Mortui estis	ሞታችዋል ።	*ÍSINI DŪTANÍRTU.*
Mortui sunt	ሞተዋሉ ።	*ÍSANI DŪANÍRU.*

cales ipsius linguæ latinæ et omnium linguarum ab ea derivantium; quod valde mirum est. E contra recedit ab his radicalibus lingua oromonica, nec non et sidamica, quæ ultima in tertia persona præteriti habet *KITITÈ* (mortuus est); sic omnes linguæ Æthiopiæ meridionalis.

[1] In hac persona et in prima pluralis temporum præteritorum duplicari debet *N* in *DUÚNNA, DUÚNNE* propter duplicem vocalem præcedentem *U*.

[2] Inter verba auxiliaria non numeravi verbum hoc affixum huic

Plus quam perfectum.

Mortuus fueram..	ሞቼ ፡ ነበርሁ ፡[1]	DŪE TÛRE.
Mortuus fueras...	ሞተህ ፡ ነበረህ ፡	DUÚTE TÛRTE.
Mortuus fuerat...	ሞትዎ ፡ ነበረ ፡	DŪE TÛRE.
Mortui fueramus .	ሞትን ፡ ነበርን ፡	DUÚNNE TÛRNE.
Mortui fueratis...	ሞታችሁ ፡ ነበራችሁ ፡	DŪTANI TÛRTANI.
Mortui fuerant...	ሞተው ፡ ነበሩ ፡	DUÚANI TÛRANI.

Futurum remotum amaricum.

Moriturus sum..........	ልሞት ፡ ነኝ ፡ *vel* ልሞት ፡ ይሆናል ፡
Moriturus es............	ልትሞት ፡ ነህ ፡ *vel* ይሆናል ፡
Moritura es (fem.).......	ልትሞች ፡ ነሽ ፡ *vel* ትሆኛለሽ ፡
Moriturus est...........	ሊሞት ፡ ነው ፡ *vel* ይሆናል ፡
Moritura est (fem.).......	ሊትሞት ፡ ናት ፡
Morituri sumus..........	ልንሞት ፡ ነንን ፡
Morituri estis...........	ልትሞቱ ፡ ናችሁ ፡
Morituri sunt...........	ሊሞቱ ፡ ናቼ ፡

Futurum remotum oromonicum.

Moriturus sum........................	ÁNI DŪF G̣IRÀ.
Moriturus es.........................	ÁTI DŪF G̣ÍRTA.
Moriturus est........................	HÍNNI DŪF G̣IRÀ.

tempori quia separatim nunquam invenitur, sed essentialiter verbo normali alicui in hoc tempore semper affixum est; quod autem revera verbum sit dicendum, ex hoc probatur, quod in secundis personis littera characteristica duplex videatur, una affixa verbo normali, et altera verbo isti characteristico temporis, sic DŪTÉRTA, duplex T signata duplex characteristica personalis est. Mira insuper affinitas hujus verbi cum verbo substantivo *eram* latino, et *era* italico, perfecte in eadem fere positione et significatione.

[1] Hic radicales verbi ሞቱ ፡ mutant ቱ æthiopicam in ቼ amaricam, quia hæc continet *iod* characteristicam primæ personæ.

Moritura est (fem.) . . . . *ÍSẸN DŪF GÍRTẸ.*
Morituri sumus . . . . *NU DŪF GÍRṆA.*
Morituri estis . . . . *ÍSINI DŪF GÍRTU.*
Morituri sunt . . . . *ÍSANI DŪF GIRÙ.*

Imperativum.

Morere . . . . . ሙት ፡ fem. : ሙቺ ፡ . . . . . . *DŪI*[1].
Moritor . . . . . ይሙት ፡[2] . . . . *ĀDUU.*
Moriamur . . . ንሙት ፡ . . . . *DUÚNNA.*
Morimini . . . . ሙቱ ፡ . . . . *DUÚTA.*
Moriuntor . . . ይሙቱ ፡ . . . . *ÁDŪAN.*

Subjunctivum.

Ut moriar . . . እንድሞት ፡ . . . . *ÁNI ÁKA ḌUÚTTĬ.*
Ut moriaris . . እንድትሞት ፡ . . . . *ÁTI ÁKA DŪTÚTTĬ.*
Ut moriatur . . እንዲሞት ፡ . . . . *HÍNNI ÁKA DUÚTTĬ.*
Ut moriamur . እንድንሞት ፡ . . . . *NU ÁKA DŪNÚTTĬ.*
Ut moriamini . እንድትሞቱ ፡ . . . . *ÍSINI ÁKA DŪTANÚTTĬ.*
Ut moriantur . እንዲሞቱ ፡ . . . . *ÍSANI ÁKA DŪANÚTTĬ.*

Conditionale.

Si moriar . . . እኔ ፡ ብሞት ፡ . . . . *JÒ DŪA*, vel præt. *DŪE.*
Si moriaris . . አንተ ፡ ብትሞት ፡ . . . . *JÒ DUÚTA*, vel *DUÚTE.*
Si moriatur . . እርሱ ፡ ቢሞት ፡ . . . . *JÒ DŪA*, vel *DŪE.*
Si moriamur . እኛ ፡ ብንሞት ፡ . . . . *JÒ DUÚNNA*, vel *DUÚNNE.*
Si moriamini . እናንተ ፡ ብትሞቱ ፡ . . . . *JÒ DUÚTU*, vel *DUÚTANI.*
Si moriantur . እርሳቸ ፡ ቢሞቱ ፡ . . . . *JÒ DUU*, vel *DŪANI.*

[1] Quando Oromones in discursu familiari volunt confirmare assertionem aliquam, solent jurare per mortem personæ cum qua loquuntur; raro autem jurare solent per mortem principis, ubi adest, vel alterius personæ superioris; quum jurant absolute dicere solent *DŪI* in secunda persona.

[2] Abyssini frequentissime jurare solent per mortem, vel socii

Hoc verbum simpliciter simplex incompatibilis formæ est quod absolute supra se alias formas recipere non potest; hujus generis adsunt paucissima alia verba neutra.

II.

Nunc pro exemplo formæ simpliciter simplicis compatibilis sit verbum *discere* መማር ፡ amarice, et BĀRU oromonice; radicales autem verbi amarici ማረ ፡ et oromonici BĀRA. Hoc verbum, quod hic in sua forma simpliciter simplici conspicitur in radicalibus primitivis, videbimus postea, ipsum sub forma causativa, adhuc ad formam simplicem pertinere, quia characteristica formæ veluti radicalis facta est.

Futurum proximum.

Disco . . . . . . እማራለሁ ፡ . . . . NAN BĀRA.
Discis . . . . . . ትማራለህ ፡ . . . . ÁTI BĀRTA.
Discit . . . . . . ይማራል ፡ . . . . HÍNNI BĀRA.
Discimus . . . . ንማረለን ፡ . . . . NU BĀRNA.
Discitis . . . . . ትማራላችሁ ፡ . . . . ÍSINI BĀRTU [1].
Discunt . . . . . ይማራሉ ፡ . . . . ÍSANI BĀRU.

Præteritum simplex.

Discebam . . . . ማርሁ ፡ *vel* ተማረሁ ፡ . . . . ÁNI BĀRÈ.
Discebas . . . . ማረህ ፡ *vel* ተማረህ ፡ . . . . ÁTI BĀRTE.

cum quo loquuntur, vel superioris cujuscumque, maxime regis; in hoc ultimo casu pronunciare solent nomen regis, et dicunt ቱዱላ ፡ ይሙት ፡, sic etiam de alio superiore in tertia persona quum jurant; cum socio dicunt simpliciter ሙት ፡.

[1] Hæc persona de lege fere ordinaria et communi dat adjectivum; BĀRTU in lingua oromonica significat discipulum scholæ; sed in hoc plures adsunt exceptiones, quas nunc referre non possum, et paulatim in decursu adnotabo.

Discebat .... ማረ ፡ vel ተማረ ፡........... HÍNNI BĀRÈ.
Discebat (f.).. ማረች ፡ vel ተማረች ፡....... ÍSEN BĀRTE.
Discebamus.. ማረን ፡ vel ተማርን ፡........ NU BĀRNE.
Discebatis ... ማራችሁ ፡ vel ተማራችሁ ፡ ... ÍSINI BĀRTANI.
Discebant ... ማሩ ፡ vel ተማሩ ፡.......... ÍSANI BĀRANI.

Præteritum compositum.

Didici...... ማርያለሁ ፡ vel ተማርያለሁ ፡ .. ÁNI BĀRÊRA.
Didicisti..... ማረኸልህ ፡ vel ተማርኸል ፡... ÁTI BĀRTÊRTA.
Didicit...... ማርዋል ፡ vel ተማርዋል ፡.... HÍNNI BĀRÊRA.
Didicimus ... ማርናል ፡ vel ተማርናል ፡..... NU BĀRNÊRA.
Didicistis.... ማራችዋሉ ፡ vel ተማራችሁዋል ፡ ÍSINI BĀRTANÎRTU.
Didicerunt... ማርዋሉ ፡ vel ተማሩዋሉ ፡.... ÍSANI BĀRANÎRU.

Plus quam perfectum.

Didiceram... ተማሬ[1] ፡ ነበርሁ ፡.......... BĀRÈ TÛRE.
Didiceras.... ተማረህ ፡ ነበረህ ፡.......... BĀRTE TÛRTE.
Didicerat.... ተማርው ፡ ነበረ ፡.......... BĀRÈ TÛRE.
Didiceramus.. ተማረን ፡ ነበርን ፡.......... BĀRNE TÛRNE.
Didiceratis... ተማራችሁ ፡ ነበራችሁ ፡..... BĀRTANI TÛRTANI.
Didicerant... ተማሩ ፡ ነበሩ ፡............ BĀRANI TÛRANI.

Futurum remotum.

Disciturus sum. ልማር ፡ ነኝ ፡ (እሆናል ፡)... BĀRUF GIRÀ.
Disciturus es... ልተማር ፡ ነህ ፡[2].......... BĀRUF GÍRTA.

[1] In hoc tempore, deficiente spatio, formam simplicem omisi. Sed facile construi potest, addendo præteritum simplex verbo auxiliari ነበረ ፡ supradicto, et loco ተማሬ ፡ si dicatur ማርሁ ፡. Licet hic quæstio sit solum de forma simplici, et non de passiva, addidi formam passivam formæ simplici in lingua amarica, quia hoc verbum in omnibus temporibus præteritis fere semper in forma passiva usurpari solet, rarissime in forma simplici.

[2] In lingua amarica stricte triplex futurum adest : proximum

Disciturus est . . . . . ሊማር ፡ ነው ፡. . . . . *BĀRUF GIRÀ.*
Discituri sumus. . . . ልንማር ፡ ነንን ፡ . . . . *BĀRUF GÍRNA.*
Discituri estis . . . . . ልትማሩ ፡ ናችሁ ፡ . . . . . . *BĀRUF GÍRTU.*
Discituri sunt . . . . . ሊማሩ ፡ ናቸ ፡ . . . . *BĀRUF GIRÙ.*

Futurum de præterito [1].

Disciturus fueram . . ልማርሁ ፡ ነበርሁ ፡ . . . . . . *BĀRUF TÛRE.*
Disciturus fueras . . . ልትማር ፡ አበረህ ፡ . . . . . . *BĀRUF TÛRTE.*
Disciturus fuerat . . . ሊማር ፡ ነበረ ፡ . . . . *BĀRUF TÛRE.*
Discituri fueramus . . ልንማር ፡ ነበርን ፡ . . . . *BĀRUF TÛRNE.*
Discituri fueratis . . . ልትማሩ ፡ ነበራችሁ ፡ . . . . *BĀRUF TÛRTANI.*
Discituri fuerant . . . ሊማሩ ፡ ነበሩ ፡. . . . . *BĀRUF TÛRANI.*

Imperativum.

Disce . . . . ማር ፡ *vel* ተማር ፡ . . . . *BĀRI.*
Discito . . . . ይማር ፡. . . . . *ÁBĀRU* [2].
Discamus . . . . ንማር ፡. . . . . *BĀRNA.*
Discite . . . . ማሩ ፡ *vel* ተማሩ ፡. . . . . *BĀRA.*
Discunto . . . . ይማሩ ፡ . . . . *ÁBĀRA* [3].

nempe, quod ordinarie cum præsenti confunditur; remotum, quod supradictum est ልማር ፡ ነኝ ፡; sed, si loco verbi auxiliaris supradicti ነኝ ፡ poneretur እሆናለሁ ፡ vel ይሆናል ፡ indeclinabile, tunc haberetur futurum remotissimum, præcipue ratione improbabilitatis futuritionis.

[1] Hucusque hoc tempus futurum de præterito nunquam posui in præcedentibus exemplis, attamen valde commune est in omnibus verbis. Una vice dictum sufficiat pro omnibus, si aliquando in exemplis non omnia tempora vel genera invenire occurrat.

[2] Verba quæ in persona secunda numeri singularis hujus modi habent pro finali I, in tertia personá conveniunt cum omnibus aliis ut habeant pro finali U, uti in hoc casu, et fere semper; in plurali etiam accipiunt semper pro finali A, uti supra videtur, ita ut variatio sit solum in secunda persona singularis.

[3] Verbum *discere* in hac tertia persona imperativi modi dicendo

Ne nimis multiplicentur exempla, omitto hic alia tempora subjunctivi et conditionalis; participia desumi possunt semper ex plus quam perfecto, dempto verbo auxiliari construente. Nunc pro verbo *docere* eisdem radicalibus ማረ ፡ [1] ante omnes addenda est littera characteristica verbi passivi ተ ante eas ut dicatur ተማረ ፡ (doctus); postea ante eam litteram characteristicam verbi causativi ስ, ut dicatur ስተመረ ፡, quibus additur አ initialis characteristica formæ activæ, quia forma causativa essentialiter etiam activa est, et sic dicendum erit አስተመረ ፡ (fecit doctum). Hoc verbum proinde per se non pertineret ad formam simplicem, bene vero ad formam compositam passivo-causativam, quia illarum duarum formarum characteristicas litteras continet, et verbi passivo-causativi plenam significationem habet. Sed, quum actio a verbo enunciata una sit, actio nempe docendi, per se simplex, quæ ab initio duobus conceptis exprimebatur propter linguæ imperfectionem, tractu temporis ex usu duo conceptus in unum coeuntes veluti unam vocem fecerunt; ideo hoc verbum materialiter quidem pertinet ad formam compositam passivo-causativam, formaliter vero simplex veluti dicenda est.

ÂBÂRA non debet confundi cum verbo ABBÂRA (maledicit), in quo littera B veluti reduplicari debet, et A initialis radicalis est; dum in supradicta persona verbi A initialis veluti separata exprimitur, quia radicalis non est, sed characteristica hujus personæ solummodo, et personæ tertiæ singularis.

[1] Verbum ማረ ፡ in omni præterito accipitur potius pro *parcere* vel *ignoscere*, et fere nunquam pro *discere;* pro hoc ultimo forma passiva ተማረ ፡ usurpari solet, ut supra notavi.

ARTICULUS SECUNDUS.

DE FORMA VERBORUM SIMPLICI RELATIVE.

Forma verborum simplex relative, vel secundum quid, est illa quæ accipit alias modificationes in se, et veluti compositiones. In hoc articulo duas species verborum comprehendam, prima nempe illorum quæ recipiunt litteras characteristicas aliarum formarum, et tanquam radicales faciunt unius verbi formæ simplicis, ita ut subjectum actionis a verbo indicatæ non varietur, et verbum illas formas easdem supra se construere adhuc permittat; secunda species verborum est illa quæ alterius generis variationes suscipiunt, quin formam specialem et perfectam induant. Hæc omnia duplici paragrapho.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

DE VERBIS SIMPLICIBUS FORMAM ALIQUAM TANQUAM RADICALEM INDUENTIBUS.

Hic duplex exemplum proponam : unum commune pro lingua amarica simul et oromonica, licet in lingua amarica idem verbum duplicem formam absorbeat, dum unam tantum in lingua oromonica; secundum exemplum erit solum pro lingua oromonica de verbis aliquibus absorbentibus formam emphaticam tanquam radicalem simplicem; igitur

Futurum proximum.

Docco..... እኚ ፡ <u>እስተ</u>ምራለሁ ፡[1] .... ÁNI BARSÎSA[2].

[1] Tres primæ litteræ እስተ ፡ sunt additæ verbo *discere* ut transformetur in verbum *docere* per formam *facere ut discat;* in omnibus personis et temporibus semper inveniuntur, licet <u>እ</u> quandoque absorpta a characteristica personali, quæ semper præcedit.

[2] In hoc verbo BARSĪSA tres litteræ SIS sunt characteristicæ formæ

Doces..... አንተ ፡ ታስተመሬለህ ፡........ *ÁTI BARSÎFTA.*
Doces (f.).. አንቺ ፡ ታስተመርያለሽ ፡...... (Deest fem.)
Docet..... እርሱ ፡ ያስተመሬል ፡.......... *HÍNNI BARSÎSA.*
Docet (f.). . እርስዋ ፡ ታስተመሬለች ፡...... *ÍSẸN BARSÎFTẸ.*
Docemus... እኛ ፡ ናስተመሬለን ፡......... *NU BÁRSÎFNA.*
Docetis.... እናንት ፡ ታስተመሬላችሁ ፡.... *ÍSINI BARSÎFTU.*
Docent.... እርሳቸው ፡ ያስተመሬሉ ፡..... *ÍSANI BARSISU.*

Præteritum simplex.

Docebam .. እኔ ፡ አስተመርሁ ፡.......... *ÁNI BARSÎSÈ.*
Docebas... አንተ ፡ አስተመረህ ፡......... *ÁTI BARSÎFTE.*
Docebas (f.). አንቺ ፡ አስተመረሽ ፡......... (Deest fem.)
Docebat... እርሱ ፡ አስተመረ ፡.......... *HÍNNI BARSISÈ.*
Docebat (f.). እርስዋ ፡ አስተመረች ፡........ *ÍSẸN BARSÎFTẸ* [1].
Docebamus. እኛ ፡ አስተመርን ፡........... *NU BARSIFNE.*
Docebatis.. እናንት ፡ አስተመራችሁ ፡..... *ÍSINI BARSÎFTANI.*
Docebant.. እርሳቸው ፡ አስተመሩ ፡....... *ÍSANI BARSÎSANI.*

Præteritum compositum.

Docui..... አስተመርያለሁ ፡............. *ÁNI BARSISÈRA.*
Docuisti... አስተመርኸል ፡............. *ÁTI BARSIFTÈRTA.*

causativæ, pro transformatione verbi *discere* in verbum *docere*, uti supra dictum est.

[1] Sicuti hoc verbum induit formam causativam in finalibus, conjugatio oromonica ejusdem sequitur in omnibus leges formæ causativæ: quapropter in omnibus personis secundis utriusque numeri, nec non in prima pluralis, secunda s characteristica formæ, quæ semper antecedit characteristicas personales ultimas T et N, vertitur in F; qua de causa dictum est *BARSÎFTE*, *BARSÎFNE*, et non *BARSÎSTE*, *BARSÎSNE*; hæc eadem lex viget etiam in tertiis personis feminini generis, in quibus, quum ultima sit etiam T characteristica feminini, immediate ante s vertitur pariter in F, uti supra in allatis exemplis videri potest. Hæc lex generalis est pro verbis formæ causativæ.

Docuisti (f.)...	አስተመርኸል ፡	(Deest fem.)
Docuit.......	አስተመርዋል ፡	HÍNNI BARSISÊRA.
Docuit (f.)....	አስተመራለች ፡	ÍSEN BARSIFTÊRTA.
Docuimus.....	አስተመረናል ፡	NU BARSIFNÊRA.
Docuistis	አስተመራችዋል ፡	ÍSINI BARSIFTANÎRTU.
Docuerunt	አስተመሩዋል ፡	ÍSANI BARSISANÎRU.

Plus quam perfectum.

Docueram	አስተመርሬ ፡ ነበርሁ ፡	BARSÎSÈ TÛRE.
Docueras	አስተመረህ ፡ ነበረህ ፡	BARSÎFTE TÛRTE.
Docueras (f.)...	አስተመረሽ ፡ ነለርሽ ፡	(Deest fem.)
Docuerat	አስተመርዎ ፡ ነለረ ፡	BARSÎSÈ TÛRE.
Docuerat (f.)...	አስተመራ ፡ ነለረች ፡	BARSÎFTE TÛRTE.
Docueramus...	አስተመርን ፡ ነበርን ፡	BARSÎFNE TÛRNE.
Docueratis....	አስተመራችሁ ፡ ነበራችሁ ፡..	BARSÎFTANI TÛRTANI.
Docuerant....	አስተመሩ ፡ ነበሩ ፡	BARSÎSANI TÛRANI.

Futurum remotum.

Docturus sum..	ላስተመር ፡ ነኝ ፡ *vel* ይሆናል ፡	BARSÎSUF GIRÀ.
Docturus es....	ልታስተመር ፡ ነህ ፡	BARSÎSUF GÍRTA.
Doctura es	ልታስተመሪ ፡ ነሽ ፡	(Deest fem.)
Docturus est...	ልያስተመር ፡ ነው ፡	BARSÎSUF GIRÀ.
Doctura est....	ልተስታመር ፡ ናት ፡	BARSÎSUF GÍRTE.
Docturi sumus..	ልናስተመር ፡ ነነን ፡	BARSÎSUF GÍRNA.
Docturi estis...	ልታስተመሩ ፡ ናችሁ ፡	BARSÎSUF GÍRTU.
Docturi sunt...	ልያስተመሩ ፡ ናቸው ፡	BARSÎSUF GIRÙ.

Futurum de præterito.

Docturus eram .	ላስተመር ፡ ነበርሁ ፡	BARSÎSUF TÛRE.
Docturus eras..	ልታስተመር ፡ ነበረህ ፡	BARSÎSUF TÛRTE.
Doctura eras...	ልታስተመሪ ፡ ነበረሽ ፡	(Deest fem.)
Docturus erat..	ልያስተመር ፡ ነበረ ፡	BARSÎSUF TÛRE.
Doctura erat...	ልታስተመር ፡ ነበረች ፡	BARSÎSUF TÛRTE.
Docturi eramus.	ልናስተመር ፡ ነበርን ፡	BARSÎSUF TÛRNE.

Docturi eratis.. ልታስተምሩ ፡ ነበራችሁ ፡ .. *BARSĪSUF TÛRTANI.*

Docturi erant.. ልያስተምሩ ፡ ነበሩ ፡ .... *BARSĪSUF TÛRANI.*

Imperativum.

Doce ..... አስተምር ፡ fem. : አስተመሪ ፡ ... *BARSĪSI.*

Doceto .... ያስተምር ፡ fem. : ትስትምር ፡ ... *ĀBARSĪSU.*

Doceamus.. ናስተምር ፡ .... *BARSĪFNA.*

Docete .... አስተመሩ ፡ .... *BARSĪSA.*

Docento ... ያስተመሩ ፡ .... *ĀBARSĪSA.*

Subjunctivum simplex.

Ut doceam .... እንዳስተመር ፡ .... *ÁNI ÁKA BARSISÚTTĬ.*

Ut doceas ..... እንድታስተመር ፡ ..... *ÁTI ÁKA BARSIFTÚTTĬ.*

Ut doceat ..... እንድያስተመር ፡ ..... *HÍNNI ÁKA BARSISÚTTĬ.*

Ut doceamus... እንድናስተመር ፡ ..... *NU ÁKA BARSIFNÚTTĬ.*

Ut doceatis .... እንድታስተመሩ ፡ .... *ÍSINI ÁKA BARSIFTANÚTTĬ.*

Ut doceant .... እንድያስተመሩ ፡ ..... *ÍSANI ÁKA BARSISANÚTTĬ.*

Conditionale simplex.

Si doceam .... ባስተመር ፡ .... *ÁNI JÒ BARSĪSA* [1].

Si doceas ..... ብታስተመር ፡ .... *ÁTI JÒ BARSĪFTA.*

Si doceat ..... ብያርተመር ፡ .... *HÍNNI JÒ BARSĪSA.*

Si doceamus... ብናስተመር ፡ .... *NU JÒ BARSĪFNA.*

Si doceatis .... ብታስተመሩ ፡ .... *ÍSINI JÒ BARSĪFTU.*

Si doceant .... ብያስተመሩ ፡ .... *ÍSANI JÒ BARSĪSU.*

Conditionale de præterito amaricum.

Si docuerim .... ያስተመርሁ ፡ እንደሆንሁ ፡

Si docueris .... ያስተመረህ ፡ እንደሆንህ ፡

[1] Pro lingua amarica ad futurum conditionale faciendum post litteram characteristicam conditionalem በ essentialiter requiritur littera characteristica personalis præformans; pro lingua oromonica e contra, particula conditionalis *jò* unita tempori futuro normali dat futurum conditionale.

Si docuerit . . . . ያስተመረ ፡ እንደሆነ ፡
Si docuerimus. . . . . ያስተመርን ፡ እንደሆንን ፡
Si docueritis . . . . ያስተመራችሁ ፡ እንደሆናችሁ ፡
Si docuerint. . . . . ያስተመሩ ፡ እንደሆኑ ፡

Conditionale de præterito oromonicum.

Si docuerim. . . . . *JÒ BARSĪSE ITĀÈ*[1].
Si docueris. . . . . *JÒ BARSĪFTE ITAÂTE.*
Si docuerit. . . . . *JÒ BARSĪSE ITĀÈ.*
Si docuerimus. . . . . *JÒ BARSĪFNE ITAÂNNE.*
Si docueritis. . . . . *JÒ BARSĪFTANI ITAÂTANI.*
Si docuerint . . . . *JÒ BARSĪSANI ITAÂNI.*

Pro infinitivo ማስተመር ፡ (docere[2]) habetur in lingua amarica, *BARSĪSU* vero in lingua oromonica. Pro lingua amarica, ab allato verbo si auferatur prima littera መ, prima characteristica infinitivi, verbum resolutum erit in አስተመር ፡, secunda imperativi, quia አ prima inveniebatur in ማ supradicti infinitivi. Ab hoc ultimo si auferatur

[1] Sive in amarico እንደሆን ፡, sive in oromonico *ITĀÈ*, auxiliaria ista possunt esse indeclinabilia; simpliciter unita præterito simplici dabunt conditionale de præterito.

[2] መ prima alphabeti est characteristica infinitivi cujuscumque in lingua amarica; in exemplo supra allato habetur ማ quarta quia absorbuit አ radicalem verbi አስተመረ ፡, seu potius characteristica formæ activæ, hic tanquam radicalis consideratæ, quia hoc verbum *docere* continet formam causativam uti radicalem; forma autem causativa continet essentialiter formam activam. Characteristica vero modi infinitivi linguæ oromonicæ est U finalis, ita ut, excepto casu, quod ultima radicalis sit DA formæ activæ, quæ in infinitivo accipit CU in fine, in omnibus aliis casibus, modus infinitivus semper mutat ultimam vocalem in U, ita ut tertia persona numeri pluralis temporis præsentis aut futuri semper præbeat modum infinitivum.

አስ characteristica formæ causativæ, resolveretur in ተ መረ ፡ passivum (doctus est); cui si restituatur littera መ, passivum in infinitivo habebitur (pro *disci*). Si tandem ab hoc ultimo auferatur littera ተ characteristica formæ passivæ, habebimus iterum verbum ማረ ፡ (discebat) supra in longum conjugatum. In lingua oromonica vero verbum allatum non includit formam passivam, sed tantum causativam, ac ideo, si ab hoc infinitivo citato BÁRSĪSU, hæ litteræ SIS auferrentur, quæ sunt characteristicæ formæ causativæ, remaneret BĀRU (discere), idem verbum antea in longum conjugatum.

Allatum verbum igitur, quamvis dici debeat formæ causativæ in utraque lingua, et perfectam conjugationem dictæ formæ exhibeat in omnibus, attamen hic reputavimus illud tanquam formæ simplicis, hac unica ratione ducti, quod forma causativa olim addita fuerit propter deficientiam verbi *docere*[1]; nunc idea verbi hujus quum perfecta sit, et nullo modo includat ideam verbi *facere*, litteræ characteristicæ formæ causativæ factæ sunt verbo illi radicales naturales verbi *docere* prædicti tanquam formæ

[1] Exempla similium compositionum vocum et verborum omnibus momentis occurrunt etiam in nostris linguis, uti probat hoc idem verbum *componere* constructum ex *cum* et *ponere*, quod primi patres nostri, aliqua mentis industria, componebant, ad ideam verbi simul et præpositionis exprimendam. Nunc autem idea et vox specifica evasit. Nihil mirum proinde quod similes compositiones inveniantur in istis linguis, quæ quoad profectum, procul dubio nostris antiquis æquiparari possunt. Miror potius leges quam maxime harmonicas harum linguarum, quia compositiones earum prædictæ, de quibus hic agitur, captu et memoratu valde faciliores sunt.

simplicis, qua de causa hoc verbum, sicuti omnia alia formæ simplicis, potest adhuc recipere supra se formam causativam *docere facere* per additionem secundæ litteræ characteristicæ dicendo አሰበተመሪ ፡, BARSISÌSE (docere faciebat), ut dicatur formæ causativæ relative ad verbum *docere*, quia prius tale tantum dici poterat relative ad verbum *discere*. De forma causativa postea speciatim agendum veniet. Nunc pergam ad secundum exemplum verbi alterius formæ simplicis ejusdem naturæ ac supra allati. Sed pro sola lingua oromonica, quæ in hoc leges speciales, imo formam fere specialem habet.

Lingua hæc igitur, deficientibus aliquibus verbis ad exprimendas aliquas actiones particulares, addere solet nomini formam *emphatico-activam*, ipsi propriam et specialem, de qua postea agendum erit, uti GILBEFÁDDA (genuflecto), BUEFÁDDA (lucrifacio), AREFÁDDA (pressor), DAGEFÁDDA (ausculto), DIRIRFÁDDA (rectum facio), et aliqua alia similia non multa, quæ stricte, quoad conjugationem, dici debent verba formæ emphatico-activæ. Sed, quum non habeant formam simplicem, et permittant supra se constructionem formæ, sive causativæ, sive etiam alterius emphatico-activæ, ideo ea considerare debemus tanquam verba formæ simplicis. Horum verborum unum hic pro exemplo sit.

Præsens vel futurum proximum.

Genuflecto . . . . NAN GILBEFÁDDA . . . . GILBEFACÌSA [1].
Genuflectis . . . . ÁTI GILBEFÁDTA . . . . GILBEFACÌFTA.

[1] Hic volui ponere idem verbum sub forma ejus causativa, *genu-*

Genuflectit	*HÍNNI GILBEFÁDDA*	*GILBEFACÍSA.*
Genuflectit (f.) .	*ÍSEN GILBEFÁDTE*	*GILBEFACÍFTE.*
Genuflectimus . .	*NU GILBEFÁDNA*	*GILBEFACÍFNA.*
Genuflectitis . . .	*ÍSINI GILBEFÁDTU*	*GILBEFACÍFTU.*
Genuflectunt . . .	*ÍSANI GILBEFÁDDU*	*GILBEFACÍSU.*

Præteritum simplex [1].

Genuflectebam	*ÁNI GILBEFÁDDE*	*GILBEFACIFÁDDE.*
Genuflectebas	*ÁTI GILBEFÁDTE*	*GILBEFACIFÁDTE.*
Genuflectebat	*HÍNNI GILBEFÁDDE*	*GILBEFACIFÁDDE.*
Genuflectebat (f.) . .	*ÍSEN GILBEFÁDTE*	*GILBEFACIFÁDTE.*
Genuflectebamus . . .	*NU GILBEFÁDNE*	*GILBEFACIFACÍFNE* [2].
Genuflectebatis	*ÍSINI GILBEFÁDTANI*	*GILBEFACIFACÍFTANI.*
Genuflectebant	*ÍSANI GILBEFÁDDANI*	*GILBEFACIFACÍSANI.*

Præteritum compositum [3].

Genuflexi	*GILBEFADDÊRA*	*GILBEFACISIFADDÊRA.*

flectere facere in secundo loco, quia studens per comparationem valde adjuvabitur, sive ad apprehendendas diversas formas, sive etiam ut intelligat quo sensu verbum hoc, stricte compositum, ad formam simplicem pertinere dixerim.

[1] In sequenti præterito simplici, addidi secundo loco idem verbum sub forma ejus emphatico-activa addita illi, quæ ipsi essentialis est, eo maxime, quod satis usitata sit *GILBE-FACI-FADDE,* sic resolvi debet; imo sic : *GILBE=FA-CI=FAD-DE, GILBE* (genu) est nomen, *FACI* est forma emphatica prima addita ad constructionem nominis in verbum, divisibilis tamen, quia FA est characteristica formæ emphaticæ, CI est characteristica formæ activæ semper adnexa, quæ est eadem ac DA finalis, quæ aliquando vertitur in CI; tandem FADDE est eadem forma emphatica addita verbo, ut supra.

[2] In hoc plurali posui secundo loco idem verbum sub forma emphatico-activa reduplicata, cum forma causativa in fine *CIFNE,* ut harum formarum modos omnes ostenderem.

[3] In hoc tempore secundo loco ponitur forma causativa imme-

Genuflexisti	*GILBEFADTÉRTA*	GILBEFACISIFADTÈRTA.
Genuflexit	*GILBEFADDÉRA*	GILBEFACISIFADDÈRA.
Genuflexit (fem.)	*GILBEFADTÉRTE*	GILBEFACISIFADTÈRTE.
Genufleximus	*GILBEFADNÉRA*	GILBEFACISIFADNÈRA.
Genuflexistis	*GILBEFADTANÎRTU*	GILBEFACISIFADTANÎRTU.
Genuflexerunt	*GILBEFADDANÎRU*	GILBEFACISIFADDANÎRU.

Plus quam perfectum.

Genuflexeram	*GILBEFÁDDE TÛRE.*
Genuflexeras	*GILBEFÁDTE TÛRTE.*
Genuflexerat	*GILBEFÁDDE TÛRE.*
Genuflexerat (fem.)	*GILBEFÁDTE TÛRTE.*
Genuflexeramus	*GILBEFÁDNE TÛRNE.*
Genuflexeratis	*GILBEFÁDTANI TÛRTANI.*
Genuflexerant	*GILBEFÁDDANI TÛRANI.*

Futurùm remotum.

Genuflexurus sum *vel* ero	*GILBEFÁCUF GIRÀ* [1].
Genuflexurus es *vel* eris	*GILBEFÁCUF GÍRTA.*
Genuflexurus est *vel* erit	*GILBEFÁCUF GIRÀ.*
Genuflexura est *vel* erit (fem.)	*GILBEFÁCUF GÍRTE.*
Genuflexuri sumus *vel* erimus	*GILBEFÁCUF GÍRNA.*
Genuflexuri estis *vel* eritis	*GILBEFÁCUF GÍRTU.*
Genuflexuri sunt *vel* erunt	*GILBEFÁCUF GIRÙ.*

diate post verbum normale-emphaticum, expressa per litteram SI, circa quam observandum quod aliquando duplicatur, præcipue quum finalis est, uti *BARSÎSA*, ubi invenitur SI et SA, aliquando vero unica est, præcipue quum sequitur alia forma.

[1] In hoc tempore omisi verbum sub aliis formis, quia hic directe non est quæstio de aliis formis; aliquas solum posui in supra allatis temporibus pro comparatione facienda, et ad explicandam formam verbi de quo hic est quæstio.

Futurum de præterito.

Genuflexurus eram *vel* fueram	*GILBEFÁCUF TÛRE.*
Genuflexurus eras *vel* fueras	*GILBEFÁCUF TÛRTE.*
Genuflexurus erat *vel* fuerat	*GILBEFÁCUF TÛRE.*
Genuflexura erat *vel* fuerat	*GILBEFÁCUF TÛRTE.*
Genuflexuri eramus *vel* fueramus	*GILBEFÁCUF TÛRNE.*
Genuflexuri eratis *vel* fueratis	*GILBEFÁCUF TÛRTANI.*
Genuflexuri erant *vel* fuerant	*GILBEFÁCUF TÛRANI.*

Futurum imminens[1].

Nunc genuflexurus	*GILBEFÁCUF GAÊRA.*

Futurum hoc impersonale est, sed ad distinguendam personam pronomen semper anteponitur, nisi discursus immediate præcesserit de subjecto genuflexuro; quum autem pronomen anteponitur, ordinarie in casu dativo est, *GILBEFÁCUF NÁTTI GAÊRA*, vel *SÍTTI GAÊRA*. Futurum autem hoc in omnibus verbis locum habet.

Imperativum.

Genuflecte	*GILBEFÁDDU*	*GILBEFACISI.*
Genuflectito	*ÁGILBEFÁDDU*	*ÁGILBEFACĪSU.*
Genuflectamus	*GILBEFÁDNA*	*GILBEFACĪFNA.*
Genuflectite	*GILBEFÁDDA*	*GILBEFACĪSA.*
Genuflectunto	*ÁGILBEFÁDDA*	*ÁGILBEFACĪSA.*

[1] Hoc futurum valde in usu est apud Oromones, minus in usu apud Abyssinos; apud Oromones *GAÊRA* (pervenit) magis characteristicum est quam apud Abyssinos ደርሶዋል ።, quod idem significaret. Quodam modo figurate hæ duæ linguæ utuntur hic præterito perfecto ad futurum imminens exprimendum, seu melius non nisi emphatice ad dictum tempus efformandum uti possunt tempore perfecto. Hucusque hoc futurum non fuit a me notatum, quia stricte non est categorica conjugatio verbi, sed potius modus eloquenter dicendi.

Subjunctivum simplex.

Ut genuflectam	ÁṆI ÁKA ẠILBEFAḌḌÚTTĬ.
Ut genuflectas	ÁTI ÁKA ẠILBEFAḌTÚTTĬ.
Ut genuflectat	HÍNNI ÁKA ẠILBEFAḌḌÚTTĬ.
Ut genuflectamus	NU ÁKA ẠILBEFAḌNÚTTĬ.
Ut genufléctatis	ÍSINI ÁKA ẠILBEFAḌTANÚTTĬ.
Ut genúflectant	ÍSANI ÁKA ẠILBEFAḌḌANÚTTĬ.

Conditionale futurum.

Si genuflectam	JÒ ẠILBEFÁḌḌA (ITÂA[1]).
Si genuflectes	JÒ ẠILBEFÁḌTA (ITÂA).
Si genuflectet	JÒ ẠILBEFÁḌḌA (ITÂA).
Si genuflectemus	JÒ ẠILBEFÁḌNA (ITÂA).
Si genuflectetis	JÒ ẠILBEFÁḌTU (ITÂA).
Si genuflectent	JÒ ẠILBEFÁḌḌU (ITÂA).

Conditionale præteritum.

Si genuflexero	JÒ ẠILBEFÁḌḌE (ITĀÈ).
Si genuflexeris	JÒ ẠILBEFÁḌTE (ITĀÈ).
Si genuflexerit	JÒ ẠILBEFÁḌḌE (ITĀÈ).
Si genuflexerimus	JÒ ẠILBEFÁḌNE (ITĀÈ).
Si genuflexeritis	JÒ ẠILBEFÁḌTANI (ITĀÈ).
Si genuflexerint	JÒ ẠILBEFÁḌḌANI (ITĀÈ).

	Participium.	(Forma causativa.)
Ego genuflexus	ẠILBEFÁḌḌETAN	ẠILBEFACĪSETAN.
Tu genuflexus	ẠILBÉFAḌTÉTI	ẠILBEFACIFTÉTI.

[1] In duobus temporibus sequentibus ITÂA pro conditionali futuro, et ITĀÈ pro conditionali præterito semper addi potest, non necessario tamen; sed, quum additur indeclinabiliter, in tertia persona semper additur. Hæc duo tempora efformantur, primum addendo particulam conditionalem JÒ vel HÒ tempori præsenti, et secundum eam addendo præterito simplici.

Ille genuflexus. . . . . *GILBEFADDÊTI* . . . . . . *GILBEFACISÊTI.*
Illa genuflexa. . . . . *GILBEFADTÊTI* . . . . . . *GILBEFACIFTÊTI.*
Nos genuflexi. . . . . *GILBEFADNÊTI* . . . . . . *GILBEFACIFNÊTI.*
Vos genuflexi. . . . . *GILBEFADTANÎTI* . . . . . *GILBEFACIFTANÎTI.*
Illi genuflexi . . . . *GILBEFADDANÎTI* . . . . . *GILBEFACISANÎTI.*

Infinitum.

Genuflectere . . . . *GILBEFÁCU* [1] . . . . *GILBEFACĪSU.*

Sic conjugari debent omnia verba hujus generis, quæ formam emphaticam induunt in fine, quocumque modo eam induant, id est vel tanquam radicalem, vel tanquam formam specialem, quia conjugatio semper eadem est.

PARAGRAPHUS SECUNDUS.

DE VERBIS FORMÆ SIMPLICIS, QUÆ VARIATIONES ALIQUAS ADMITTUNT IN RADICALIBUS.

In hoc paragrapho quæstio erit de quadam verborum forma, quam *mutuam* appellare non dubito; quia verba ipsius includunt ideam actionis mutuæ plurium subjectorum simul concurrentium ad unam actionem a verbo prædicatam. Nolui hanc inter formas verborum compositorum numerare, sive quia desunt leges generales et categoricæ; sive quia, præcipue in lingua amarica, non

[1] In verbis omnibus quæ in præsenti vel in futuro habent DA finalem in prima et tertia persona, quocumque titulo habeant, DA prædicta in modo infinitivo vertitur in CU; in verbis compositis vero, quando supra hanc litteram vel syllabam (in his linguis littera et syllaba fere semper synonymæ sunt) construitur aliqua alia forma, tunc DA præfata, quæ essentialiter finalis est, accipit naturam infinitivi modi, sed amittit vocalem U, et in ejus locum admittit pro forma causativa I, dicendo CI, ut supra.

est universalis, quæ exhibeat totalem conjugationem alicujus verbi, vel pluribus verbis applicari possit; sive etiam quia in lingua amarica non importat additionem constantem novarum litterarum radicalibus, sed tantum reduplicationem aliquarum. Potius in lingua oromonica posset forma verbi particularis appellari, quia revera addit radicalibus litteras characteristicas constantes et regulares, nec non conjugationem completam exhibet, quamvis formam conjugationis non mutet, et, tanquam cætera verba simplicia, omnes alias formas regulares supra se construere permittat.

Igitur prius in lingua amarica plura hujus generis verba sub duplici forma referam, sub forma videlicet simplici normali, et sub forma mutua, a latere ejus, pro comparatione; postea idem præstabo in lingua oromonica, antequam utriusque linguæ exemplum proponam. Sed quum verba hujus formæ mutuæ raro in singulari usurpari soleant in lingua amarica et oromonica, verbum formæ simplicis in tertia persona numeri singularis præteriti simplicis erit, et verbum formæ mutuæ in tertia pluralis erit. Igitur

Singularis.

1. Jurabat........................ ማለ ፡
2. Locutus est.................... ተነገረ ፡
3. Dictum est..................... ተባለ ፡
4. Conversatus est................ ተጫወተ ፡
5. Osculatus est.................. ሳመ ፡
6. Oderat......................... ጣለ ፡
7. Amabat......................... ወደ ፡
8. Laudabat....................... ፈቀረ ፡
9. Custodiebatur.................. ተተበቀ ፡

Pluralis formæ mutuæ.

1.	Sibi invicem jurabant	ተመማሉ ።[1]
2.	Inter se invicem locuti sunt	ተነገገሩ ።
3.	Invicem dictum est	ተበባሉ ።
4.	Conversati sunt simul	ተጨወወጡ ።
5.	Osculati sunt, convenerunt	ተሰሰሙ ።
6.	Se invicem oderant	ተተማሉ ።
7.	Se invicem amabant	ተወደዱ ።[2]
8.	Invicem se laudabant	ተፈቀቀሩ ።
9.	Custodiebant se invicem	ተተበበቁ ።

Hujus generis alia verba non pauca construere possem, reduplicando sæpe unam radicalem, sæpe etiam characteristicam ipsam verbi passivi, uti in exemplis allatis perspicuum est. Reduplicatio autem radicalis non semper eadem est; aliquando enim prima reduplicatur, uti in primo exemplo, aliquando secunda, uti in secundo exemplo, et sic de cæteris. Hæc reduplicatio tamen in lingua amarica

[1] ተመማለ ። passivum est, constructum per litteram characteristicam ተ initialem; quia in lingua amarica verba formæ mutuæ fere semper cum forma passiva ipsis unita usurpari solent.

[2] ተወደዱ ። reduplicatio litteræ radicalis ደ in hoc verbo, non solum dat ei sensum mutuum et reciprocum, quum in plurali pronunciatur, ut supra; sed videtur etiam addere vim amoris, quia hæc eadem reduplicatio litteræ habet locum etiam quum agitur de magno pretio alicujus requisitæ mercis, eodem prorsus sensu quo apud Latinos dicitur *carus*, quod significat indifferenter amatum et requisitum in societate. Mirandum quomodo lingua amarica in hac etymologia conveniat perfecte cum lingua latina et cum linguis nostris. E contra lingua oromonica accipit etymologiam suam a gustu, et de merce cara dicit *miâa* (gustat).

non habet locum, quando sensus verbi primitivi per se ideam actionis mutuæ jam continet uti ተወጋ ፡ ተወጉ ፡ (*pugnabatur, pugnabantur*), sed solum ad dandum verbo alicui sensum mutuum, quem ex natura sua non habet.

In lingua oromonica e contra res ista valde simplicior est et regularis; semel enim addita syllaba hæc *WAL* radicalibus quorumdam verborum, statim verbum illud induit sensum et formam mutuam, quam verbum tenet in perfecta sua conjugatione, sic

Forma transitiva.

1. Pugno . . . . *NAN LÔLA.*
2. Odio prosequor . . . . *NAN GÍBBA.*
3. Scio, cognosco . . . . *NAN BÊKA.*
4. Conversor . . . . *NAN ASÂA.*
5. Loquor . . . . *NAN DÚBBADA.*
6. Vado (pro *Visito*) . . . . *ANI ADÊMA.*

Forma mutua.

1. Pugno cum . . . . WAL*LÔLA* [1].
2. Nos odio prosequimur invicem . . . . WAL*GÍBBINA.*
3. Nos cognoscimus invicem . . . . WAL*BÉKNA.*
4. Simul conversamur . . . . *WALASÚFNA.*
5. Loquimur simul . . . . *WALDUBBÁDNA.*
6. Nos invicem visitamus . . . . *WALADÉMNA.*

Sic *WALBÍTNA*, *WAL GURGÚRNA*, *WALGALADNA* (simul emimus, simul vel nos invicem vendimus, nos invicem ama-

[1] WAL*LÔLA*, in hoc verbo WAL stricte posset separari, licet in praxi semper tanquam adnexa verbo pronunciari soleat : *WALÍTTI* significat *simul esse,* et tanquam adverbium sic pronunciari solet; si vero verbo affigatur, tunc WAL solummodo dicitur.

mus), et similia. Circa hæc verba tamen observandum quod sub hac forma raro usurpentur in numero singulari, nisi habeant per se naturam mutuam, uti primum exemplum, quia pugna essentialiter inter multos semper est, qua de causa posui illud in singulari in allato exemplo, etiam sub forma mutua.

Nunc autem, ut unum exemplum exponam in utraque lingua, pro eo utar verbo *osculari* መሳም ፡ amarice, *DUNGÁCU* oronomice.

Præsens.

Nos osculamur.......... ንሳሳማለን ፡..... *WALDUNGÁḌNA.*
Vos osculamini.......... ትሳሳማላችሁ ፡.. *WALDUNGÁḌTU.*
Illi osculantur........... ይሳሳማሉ ፡..... *WALDUNGÁḌḌU.*

Præteritum simplex.

Osculabamur invicem..... ተሳሳምን ፡...... *WALDUNGÁḌNE.*
Osculabamini invicem..... ተሳሳማችሁ ፡... *WALDUNGÁḌTANI.*
Osculabantur invicem..... ተሳሳሙ ፡...... *WALDUNGÁḌḌANI.*

Præteritum compositum.

Osculati sumus invicem.... ተሳሳምንናል ፡.. *WALDUNGAMNÈRA* [1].
Osculati estis invicem..... ተሳሳማችኋል ፡.. *WALDUNGAMTANÎRTU.*
Osculati sunt invicem..... ተሳሳሙዋል ፡... *WALDUNGAMANÎRU.*

[1] Hic verbum formæ mutuæ in lingua oromonica induit formam passivam per litteram M immediate post radicales *DÚNGA*, uti videbimus ubi de forma passiva. Verba harum linguarum sæpe induunt formam passivam in præterito, dum ipsam recusant sæpe in præsenti vel futuro; imo forma passiva, in lingua oromonica, raro invenitur in præsenti tempore vel futuro.

Plus quam perfectum.

Invicem osculati fueramus........	ተሳሳምን ፡ ነበርን ፡
Invicem osculati fueratis.........	ተሳሳማችሁ ፡ ነበራችሁ ፡
Invicem osculati fuerant.........	ተሳሳሙ ፡ ነበሩ ፡

Idem oromonice.

Invicem osculati fueramus........	*NU WALDUNGÁDNE TÛRNE.*
Invicem osculati fueratis.........	*ÍSINI WALDUNGÁDTANI TÛRTANI.*
Invicem osculati fuerant.........	*ÍSANI WALDUNGÁDDANI TÛRANI.*

Imperativum.

Invicem osculemur.......	ንሳሳም ፡.......	*WALDUNGÁDNA.*
Invicem osculamini.......	ተሳሳሙ ፡......	*WALDUNGÁDDA.*
Invicem osculantor.......	ይሳሳሙ ፡..... :	*AWALDUNGÁDDA.*

Possem adhuc alia tempora addere, sed inutiliter id facerem, quum hæc forma conjugationem verbi cujuscumque nunquam mutare soleat, sed conjugationem cujuslibet verbi propriam semper sequatur, additis solum addendis, ut supra demonstratum est.

CAPUT QUINTUM.

DE FORMIS VERBORUM ACTIVA ET EMPHATICA.

Priusquam directe de forma activa sermo instituatur, aliquid universim de formis compositis dicere bonum esse puto, ne postea eadem recoquere cogar, quum de aliis formis agendum erit. Igitur caput præsens in duos articulos distinguendum erit : in quorum primo de formis compositis generaliter, in secundo de forma activa agendum erit.

ARTICULUS PRIMUS.

DE FORMIS COMPOSITIS GENERATIM.

Quælibet forma composita, alia est composita essentialiter, quando videlicet verbum formam simplicem non habet sed forma ipsa composita tanquam simplex quodam modo consideranda est, uti supra ostendimus, ubi de forma simplici secundum quid; alia est composita per additionem et accidentaliter, quando videlicet verbum habet suam formam simpliciter simplicem, et super eam, vel aliquam, vel omnes construere permittit.

Ad intelligendam et explanandam distinctionem hanc, quæ intercedit inter verba et verba diversæ naturæ, in utraque lingua tabulam hic exponam in quatuor numeros et columnas distinctam. In prima erunt aliqua verba principaliora formæ simplicis; in secunda, eadem vel alia formæ activæ; in tertia, eadem vel alia in forma causa-

tiva; in quarta, verba formæ passivæ. Ubi columna vacua erit, signum est verbum illud non recipere talem formam, vel saltem hanc non satis usitatam esse. In eadem tabula perspicuum erit aliqua verba omnes formas recipere; aliqua alia vero, quasdam solum; et aliqua verba etiam, quæ sub uno aspectu ad unam ex formis compositis pertinebant, sub alio respectu simplicia esse.

Verba omnia semper in tertia persona numeri singularis præteriti simplicis erunt in præsenti tabula, quia in ea solum radicales verbi puræ inveniuntur.

TABULA VERBORUM LINGUÆ AMARICÆ [1].

1	2	3	4
	1. Veniebat.		
መጣ ።	አመጣ ።	አስመጣ ።	
	2. Conveniebat.		
በጀ ።	አበጀ ።	አስበጀ ።	ተበጀ ።
	3. Faciebat.		
	አደረገ ።	አስደረገ ።	ተደረገ ።
	4. Arabat.		
	አረሸ ።	አሳረሸ ።	ተረሸ ።

[1] Explicationes. — Verbum sub numero primo in forma activa significat *portabat,* vel saltem *ad veniendum influebat,* in forma causativa vero *faciebat ut veniret.* Sub numero secundo etiam in forma activa mutat significationem, et sonat *præparabat;* in causativa vero *præparare faciebat.* Tres numeri sequentes dant verbum essentialiter activum sine forma simplici. Duo posteriores sunt sine passivo. Passivum numeri decimi fit simplex in undecimo cum alia significatione; sic etiam passivum numeri duodecimi cum duobus sequentibus.

1	2	3	4
5. Expellebat.			
	አበረረ ፡	አስበረረ ፡	ተበረረ ፡
6. Intrabat.			
ገበ ፡	አገበ ፡	አስገበ ፡	
7. Germinabat.			
በቀለ ፡	አበቀለ ፡	አስበቀለ ፡	
8. Manducabat.			
በላ ፡	አበላ ፡	አስበላ ፡	ተበላ ፡
9. Siccabat.			
ደረቀ ፡	አደረቀ ፡	አስደረቀ ፡	
10. Sciebat.			
	አወቀ ፡		ታወቀ ፡
11. Cognoscebatur.			
ታወቀ ፡		አስታወቀ ፡	ተታወቀ ፡
12. Discebat.			
ማረ ፡			ተማረ ፡
13. Discebatur.			
ተማረ ፡		አስተመረ ፡	
14. Docebat.			
አስተመረ ፡			ተስተመረ ፡
15. Regnabat.			
ነገሠ ፡	አነገሠ ፡	አስነገሠ ፡	
16. Patientia utebatur.			
ተገሠ ፡		አስተገሠ ፡	ተተገሠ ፡
17. Dabat.			
ሰጠ ፡	[1]	አስሰጠ ፡	ተሰጠ ፡

[1] Hoc verbum et major pars ex sequentibus non recipiunt formam activam in se, quia vi radicalium suarum ideam activam jam

8

1	2	3	4
18. Fabricabat.			
ሰረ፡		አስሰራ፡	ተሰራ፡
19. Ligabat.			
	አሰረ፡	አሳሰረ፡	ታሰረ፡
20. Pugnabat.			
ወገ፡	አወገ፡	አስወገ፡	ተወገ፡
21. Discedebat.			
ሔደ፡		አስሔደ፡	
22. Amabat.			
ወደደ፡		አስወደደ፡	ተወደደ፡
23. Solvebat.			
ፈተ፡		አስፈተ፡	ተፈተ፡
24. Gustabat.			
ጠፈተ፡	አጠፈተ፡[1]	አስጠፈተ፡	ተጠፈተ፡
25. Oderat.			
ጠላ፡	አጠላ፡	አስጠላ፡	ተጠላ፡
26. Emebat.			
ገዛ፡		አስገዛ፡	ተገዛ፡
27. Vendebat.			
ሸተ፡	አሻሻሰተ፡	አስሸተ፡	ተሸተ፡
28. Relinquebat.			
ለከከ፡	አለከከ፡	አስለከከ፡	ተለከከ፡

præ se ferunt. Accipiunt tamen eam unitam formæ causativæ, quia forma causativa nunquam ab activa sejungitur. Probabile igitur dicendum quod, in istis linguis, forma activa sit solum ordinata vel ad determinanda aliqua verba ambigua ad naturam activam, vel ad emphasim activam addendam aliquibus verbis eam recipientibus.

[1] Non pro *gustum probare,* quia tunc verbum ቀመሰ፡ erit.

1	2	3	4
		29. Examinabat.	
መረመረ ፡		አስመረመረ ፡	ተመረመረ ፡
		30. Reddebat.	
መለሰ ፡		አሰመለሰ ፡	ተመለሰ ፡
		31. Remanebat.	
ቀረ ፡		አስቀረ ፡	
		32. Custodiebat.	
ተበቀ ፡		አስተበቀ ፡	ተተበቀ ፡
		33. Legebat.	
	አነበበ ፡	አስነበበ ፡	ተነበበ ፡
		34. Transibat flumen.	
ሻገረ ፡	አሻገረ ፡	አሰሻገረ ፡	ተሻገረ ፡
		35. Moriebatur.	
ሞተ ፡[1]			
		36. Bibebat.	
ጠጣ ፡	አጠጣ ፡	አስጠጣ ፡	ተጠጣ ፡
		37. Serviebat.	
ገለገለ ፡	አገለገለ ፡		
		38. Loquebatur.	
ነገረ ፡	አነገረ ፡	አስነገረ ፡	ተነገረ ፡

[1] Verbum sub numero 35, ሞተ ፡ (mortuus est), quum præ omnibus sit verbum neutrum, includens ideam nullius actionis omnino, sed simplicis cessationis vitæ, nullam omnino formam recipere potest, neque passivam ipsam, quia stricte mors non est actio quam patiatur causa aliqua extrinseca, sed simplex cessatio existentiæ vitalis. Ex hoc colligitur quod alia verba, etsi minus neutra quam supradictum, formam activam recipere etiam non possunt, quamvis alia adsint etiam quæ eam non recipiunt ob rationem omnino oppositam uti supra videri potest.

1	2	3	4
39. Maledicebat.			
ረገመ ።		አስረገመ ።	ተረገመ ።
40. Benedicebat.			
በረከ ።		አስበረከ ።	ተበረከ ።
41. Inveniebat.			
ገኘ ።	አገኘ ።	አስገኘ ።	ታገኘ ።
42. Videbatur.			
መሰለ ።	አመሰለ ።	አስመሰለ ።	ተመሰለ ።
43. Conversabatur.			
ጨወጠ ።	አጨወጠ ።		ተጨወጠ ።
44. Coarctabatur.			
ጨነከ ።	አጨነከ ።	አስጨነከ ።	ተጨነከ ።
45. Pacificabatur.			
ተረቀ ።		አስተረቀ ።	
46. Fodebat terram.			
ቆፈረ ።		አስቆፈረ ።	ተቆፈረ ።
47. Cædebat.			
ቆረጠ ።	አቆረጠ ።	አፅቆረጠ ።	ተቆረጠ ።
48. Esuriebat.			
ራበ ።		አስራበ ።	ተራበ ።
49. Comburebat.			
ነደደ ።	አነደደ ።	አስነደደ ።	
50. Remittebat.			
በረደ ።	አበረደ ።	አስበረደ ።	ተበረደ ።
51. Appropinquabat.			
ቀረበ ።	አቀረበ ።	አስቀረበ ።	ተቀረበ ።
52. Præparabat.			
	አሰናደ ።	አሳሰናደ ።	ተሰናደ ።

1	2	3	4

53. Cogitabat.

አሰበ ። .... አሳሰበ ። ...... ታሰበ ።

54. Occidebat.

ገደለ ። ....[1] አስገደለ ። ....

55. Communicabat.

ቆረበ ። .... አቆረበ ። ...... አስቆረበ ። .... ተቆረበ ።

56. Confitebatur.

ናዘዘ ። .... አናዘዘ ። ...... አስናዘዘ ። ..... ተናዘዘ ።

57. Perveniebat.

ደረሰ ። .... አደረሰ ። ...... አስደረሰ ። ..... ተደረሰ ።

58. Jejunabat.

ጾመ ። .... አጾመ ። ...... አስጾመ ። ..... ተጾመ ።

59. Adorabat.

ሰገደ ። .... አስሰገደ ። ..... ተሰገደ ።

60. Celebrabat.

ቀደሰ ። .... አስቀደሰ ። .... ተቀደሰ ።

61. Judicabat.

ፈረደ ። .... አፈረደ ። ..... አስፈረደ ። .... ተፈረደ ።

[1] Hoc verbum non potest habere formam activam, quia eam jam in se continet; dicendo enim *occidebat,* essentialiter et directe prædicatur de actione occidentis, quod esset officium formæ activæ. Oppositum est dicendum de verbo ፈረሰ ። (62), quod indifferenter potest, in forma simplici, adhuc intelligi de dissolutione rei vi propriæ infirmitatis, ac consequenter per formam activam አፈረሰ ። indicatur destructio per manum agentis; per formam causativam postea indicatur actio peracta ab alio subjecto verbum non regente; per formam passivam ተፈረሰ ። iterum verbum revertitur ad statum primum indicando destructionem, sed non a quo.

1 2 3 4

62. Destruebat.

ፈረሰ ፡ .... አፈረሰ ፡ ...... አስፈረሰ ፡ ..... ተፈረሰ ፡

63. Sepeliebat.

ከበረ ፡ .... አከበረ ፡ ...... አስከበረ ፡ ..... ተከበረ ፡[1]

64. Infirmabatur.

ሐመመ ፡ ...... አሳመመ ፡ ...... ታመመ ፡[2]

65. Infirmum curabat.

አስታመመ ፡

66. Infirmum sanabat.

ፈወሰ ፡ .... አስፈወሰ ፡ .... ተፈወሰ ፡

67. Sanus erat.

ደኅነ ፡ .... አደኅነ ፡

68. Superfluebat.

ተረፈ ፡ .... አተረፈ ፡ ..... አስተረፈ ፡ .... ተተረፈ ፡

69. Non sufficiebat.

ነሰ ፡ .... አነሰ ፡ .... አሳነሰ ፡ .... ተነሰ ፡

70. Accipiebat.

ወሰደ ፡ .... አስወሰደ ፡ .... ተወሰደ ፡

71. Numerabat.

ቆጠረ ፡ .... አቆጠረ ፡ ..... አስቆጠረ ፡ .... ተቆጠረ ፡

[1] Hoc verbum ከበረ ፡ significat etiam *honorabat,* ita ut sepelire mortuos idem sit ac dicere *mortuos honorare,* etiam *sepulcrum* መከበር ፡ dicitur infinitivus modus illius verbi.

[2] Hoc verbum et sequens valde irregularia sunt circa formas recipiendas : primum est neutrum, cui datur forma activa, causativa et passiva: hæc ultima dat radicales verbi sequentis አስተመመ ፡, quod habet solum formam causativam.

1 2 3 4

72. Injuriabatur.

ሰደበ ፡ .... አሰደበ ፡ ...... አስሰደበ ፡ ..... ተሰደበ ፡

73. Addebat.

ጨመረ ፡ .... አስጨመረ ፡ ... ተጨመረ ፡

74. Fatigabatur.

ደከመ ፡ .... አደከመ ፡ ..... አስደከመ ፡

75. Fortificabatur.

በረታ ፡ .... አበረታ ፡ ...... አስበረታ ፡

76. Satiabatur.

ጠገበ ፡ .... አጠገበ ፡ ...... አስጠገበ ፡ .... ተጠገበ ፡

77. Pernoctabat.

አደረ ፡ .... አሳደረ ፡[1]

78. Ebulliebat.

ፈላ ፡ .... አፈላ ፡ .... አስፈላ ፡ ...... ተፈላ ፡

Nunc tabulam verborum linguæ oromonicæ antequam exponam, notandum venit speciatim in hac lingua, quod forma activa simplex sæpe confunditur cum activa emphatica; ac proinde utramque in eadem columna collocabo. Observandum insuper quod forma emphatica fere semper formæ causativæ uniri potest. Quod spectat ad formam passivam, sæpissime locum non habet in hac lingua, et, quando locum habet, rarissime in tempore præsenti, sed fere semper in tempore præterito. Quapropter, in sequenti tabula, forma simplex et forma cau-

[1] Fere idem dicendum de hoc verbo አደረ ፡, cujus forma causativa dat radicales verbi *hospitio recipere* አሳደረ ፡, quod secundam causativam recipit አሳሳደረ ፡.

sativa semper erunt in tempore præsenti seu futuro; formam emphaticam, quando normalis erit in verbo, id est finalis, ponam semper in modo imperativo, et quidem in secunda persona pluralis numeri; tandem forma passiva erit semper in tertia numeri singularis præteriti simplicis.

TABULA VERBORUM LINGUÆ OROMONICÆ.

	1	2	3	4
1. Faciam	*GÔDA* [1].			
2. Veniam	*DÛFA*.			
3. Componam	*TÓLCA*	*TOLFÁḌḌA*	*TOLCĪSA*	*TOLFAMÈ*.
4. Fodiam. Arabo	*KÔTÁ*	*KOTÁḌḌA*	*KOCĪSA*	*KOTAMÈ*.
5. Expellam	*ÂRIA*	*ARIFÁḌḌA*	*ARIFACĪSA*.	
6. Intrabo	*GÂLA*	*GALFÁḌḌA*	*GALCĪSA*.	
7. Introducam	*GÁLCA*	*GALCIFÁḌḌA*	*GALCIFACĪSA*.	
8. Germinabo	*BÍKILA*	*BIKILFÁḌḌA*	*BIKILCĪSA*. *BIKILFAGĪSA*.	
9. Comedam	*ÑĀḌḌA* [2].		*ÑACĪSA*.	
10. Dormiam	*RÂFA*.			
11. Sternam	*CÎSA*	*CISIFÁḌḌA*	*CISĪSA*.	
12. Siccus ero	*GÔGA* [3]	*GOGÁḌḌA*	*GOGSĪSA*.	
13. Siccabo	*GÓGSA*	*GOGSIFÁḌḌA*	*GOGSIFACĪSA*.	
14. Sciam	*BÊKA*		*BEKSĪSA* [4].	

[1] Hoc verbum nullas accipit formas, quia idea ipsius invenitur in omnibus formis compositis, excepta passiva. Numeri etiam secundus et decimus nullam formam accipiunt, quia verba neutra sunt.

[2] Hoc verbum tanquam formæ simplicis consideravi, sed stricte est formæ activæ simplicis; ac ideo poteram illud ponere in numero sequenti; quod ḌA finalis hujus verbi sit characteristica formæ activæ, ex hoc probatur quod in forma causativa vertitur in *CI* dicendo ÑACISA.

[3] Hoc verbum significat etiam *evanuit*, et sub hoc tantum respectu dedi ei formam activam; prout significat *siccum esse*, est verbum neutrum.

[4] Hoc verbum in forma passiva respondet nostro *manifestare* et

	1	2	3	4
15. Discam.......	BÂRA ..	BARFÁḌḌA...	BARSĪSA[1].	
16. Docebo......	BARSĪSA.	BARSIFÁḌḌA..	BARSIFACĪSA.	
17. Regnabo.....	MÔA ...	MOEFÁḌḌA...	MOAFACĪSA.	
18. Patiar........	ÓBSA ...	OBSIFÁḌḌA ..	OBSIFACĪSA.	
19. Dabo........	KÉNNA ..	KENNÁḌḌA ..	KENNISA....	KENNAMÈ.
20. Pugnabo.....	LÔLA[2]..	LOLÁḌḌA....	LOLCĪSA.	
21. Ibo, pergam...	ADÊMA ..	....	ADEMSĪSA.	
22. Amabo.......	ǴÁLLA ..	ǴÁLLADA....	ǴALACĪSA.	
23. Solvam.......	HÎKA ...	HÎKÁḌḌA....	HIKACĪSA ...	HIKAMÈ.
24. Cogitabo.....	JÂDA ...	JADÁḌḌA....	JADACĪSA.	
25. Fugiam	SÓKKA[3].			
26. Emam	BÎTA ...	BITÁḌḌA....	BICĪSA	BITAMÈ.
27. Vendam......	GÚRGURA.	GURGURÁḌḌA .	GURGURSISA..	GURGURAMÈ.
28. Dimittam.....	GADÎSA..	GADIFÁḌḌA ..	GADIFACĪSA.	
29. Gustabo......	MIÂA ...	MIAFÁḌḌA...	MIAFACĪSA.	
30. Revertar.....	DÉVIA[4].......	....	DEVĪSA.	
31. Restituam....	DÉVISA[5]......	...	DEVISĪSA.	

ostendere; inde, ut tale, potest recipere formam activam BEKSIFÁḌḌA, et causativam duplicem uti BEKSIFACĪSA; sæpius demonstratum est.

[1] Hoc verbum in forma causativa æquivalet verbo *docere* sub numero sequenti posito. (Videatur hoc verbum ubi actum est de forma simplici *secundum quid.*)

[2] In hac pagina habentur sex verba cum forma activa simplici, uti LOLÁḌḌA de quo hic, ad differentiam aliorum, quæ per litteram FA, pro activa simplici induunt emphaticam.

[3] Hoc verbum non debet confundi cum SÔKA (ferro quadrabat), quod formam activam SOKÁḌḌA et causativam SOKISĪSA habet, nec non formam passivam.

[4] Hoc verbum pro *revertar ab itinere* non induit formam activam, sed potest substitui per verbum GÂLA, quod illam habet GALFÁḌḌA; si vero accipiatur pro *ambulare,* tunc sine illa est.

[5] Hoc verbum pro *restitutione* potest suppleri per verbum GÁLCA, quod formam activam habet GALCIFÁḌḌA.

	1	2	3	4
32. Remanebo	ÂFA		AFĪSA.	
33. Custodiam	ÊGA	EGÁḌḌA	EGṢĪSA	EGAMÈ.
34. Legam	KÁRAMA	KARAMFÁḌḌA	KARẠMSĪSA	KARAMAMÈ.
35. Transibo flumen	CĀA		CESISA.	
36. Ligabo	ÎDA	IDÁḌḌA	IDACĪSA	IDAMÈ.
37. Moriar	DŪA[1].			
38. Bibam	DÛGA	DUGÁḌḌA	DUGSĪSA	DUGAMÈ.
39. Adjuvabo	GARGÁRA	GARGARFÁḌḌA	GARGAFACĪSA.	
40. Loquar		DUBBÁḌḌA	DUBBACĪSA.	
41. Maledicam	ÁBBARA		ABBARSĪSA	ABBARAMÈ.
42. Sinam	DÎSA		DISĪSA.	
43. Inveniam		ARGÁḌḌA	ARGACĪSA	ARGAMÈ.
44. Aspiciam	ÁRGA[2]	ARGÁḌḌA	ARGACĪSA.	
45. Videbo	ILÂLA		ILALCĪSA.	
46. Videbor	FAKÂTA[3]		FAKACĪSA.	
47. Conversabor	ASÂA	ASUFÁḌḌA	ASUFSĪSA.	
48. Angustia premar	DÍPPATA[4]		DIPPĪSA.	
49. Pacificabo	ARÁRSA	ARARFÁḌḌA	ARARFACĪSA.	

[1] Hoc verbum, præ omnibus neutrum, nullam formam admittit, uti dictum est de eodem in lingua amarica; DŪA scripsi ut distingueretur ab adverbio DUWA (solum, vacuum) quamvis pronunciatio fere eadem sit; probabiliter etymologia utriusque et idea philologica eadem est, quia animal mortuum anima est *vacuum*, et *solum* corpus remanet.

[2] Videtur in lingua confundi idea *visionis* et idea *inventionis*, quæ non distinguuntur nisi penes formas; verbum enim *videre* habet formam simplicem ÂRGA, quam non habet verbum *invenire*. Verbum ILÂLA differt a verbo *aspicere* supradicto, quod illud de actu visionis quocumque dicitur, dum hoc de visione cum aliqua reflexione et examine.

[3] FAKÂTA est neutrum; posui ipsius formam causativam, quamvis parum usitata sit; TA finalis formæ simplicis vertitur in CI in ejus forma causativa, juxta naturam formæ activæ, quia TA in hoc veluti DA est.

[4] DÍPPATA etiam neutrum est uti supradictum.

	1	2	3	4
50. Fodiam	KÔTA	KOTÁḌḌA	KOCĪSA	KOTAMÈ.
51. Cædam	MÛRA	MURÁḌḌA	MURSĪSA	MURAMÈ.
52. Esuriam	BELÂA		BELOFSĪSA.	
53. Fatigabo	ḌÉḌḌABA		ḌEḌḌABSĪSA.	
54. Fortificabor		G̣ABÁḌḌA	G̣ABACĪSA.	
55. Accendam	BOBÂA [1]		BOBESĪSA.	
56. Accedam	ADDIÂA	ADDIÁḌḌA	ADDIESĪSA. ADDIĒSA.	
57. Satiabor	KÛFA.			
58. Cadam	KÚFA [2]		KUFSĪSA.	
59. Surgam	KÂA	KAÁḌḌA	KAÂSA. KAASĪSA.	
60. Curram	ARRÊDA	ARREFÁḌḌA	ARRECĪSA. ARREFACĪSA.	
61. Metam	ÂMA	AMÁḌḌA	AMSĪSA	AMAMÈ.
62. Numerabo	LAKÂA		LAKOBSĪSA	LAKĀMÈ.
63. Saltabo	SÎRBA	SIRBÁḌḌA	SIRBĪSA. SIRBISĪSA.	
64. Gregem custodiam.	TÎKSA	TIKSIFÁḌḌA	TIKSĪSA.	
65. Hauriam	ORÁBBA		ORABSĪSA.	
66. Irascar	DÉKAMA		DEKAMSĪSA.	
67. Generabo		DALÁḌḌA	DALCĪSA.	
68. Parturiam	DEÉSA		DĒSISA.	
69. Hæreditabo	DÂLA	DALFÁḌḌA	DALFACĪSA.	
70. Præparabo	KOPPÂA	KỌPPÁḌḌA	KOPPĒSA.	
71. Infirmabor	DUKÚBA	DUKUBSÁḌḌA.		

[1] BOBÂA confundi non debet cum BÔBA (cacabat), quod omnes formas habet.

[2] Hoc verbum KÛFA est perfecte neutrum; intelligitur non solum de satietate, et quodam modo etiam de nausea materiali cibi, sed etiam moraliter de nausea cujuscumque alterius rei, ita ut dicatur specialiter de persona libertina et indisciplinata; perfecte idem occurrit in verbo ጠገበ፡ linguæ amaricæ, quod primario satietatem cibi signi-

	1	2	3	4
72. Ascendam	OL-BÂA		OL-BĀSA.	
73. Descendam	GÁDI-BÂA[1]		GÁDI-BĀSA.	
74. Aperiam	BÂNA		BANSĪSA	BANAMÈ.
75. Claudam	CÛFA	CUFÁḌḌA	CUFSĪSA	CUFAMÈ.
76. Construam	ǴÁRRA	ǴARRÁḌḌA	ǴARSĪSA	ǴARRAMÈ.
77. Tectum cooperiam.	AǴÉRRA	AǴERRÁḌḌA	AǴERSĪSA	AǴERRAMÈ
78. Occidam	AǴǴÊSA		AǴǴESĪSA.	
79. Mactabo	KÂLA	KALÁḌḌA	KALCĪSA	KALAMÈ.
80. Conducam	GÊSA		GESĪSA [2].	
81. Portabo	FÎDA	FIDÁḌḌA	FIḌCĪSA.	
82. Clamabo	ẸYYA	ẸYYÁḌḌA	ẸYACĪSA	ẸYAMÈ.
83. Consolabor		GAMÁḌḌA	GAMACĪSA.	
84. Flebo	BÓA [3]		BOACĪSA.	
85. Nubam	FÛDA	FUḌFÁḌḌA	FUḌFACĪSA	FUḌAMÈ.
86. Crescam		GUDAḌḌA	GUDDĪSA.	
87. Adoptabo		GUDDIFÁḌḌA	GUDDIFACĪSA	GUDDIFATAMÈ.
88. Sepeliam	AWÁLA	AWALÁḌḌA	AWALALCĪSA	AWALAMÈ.
89. Feriam	MADÂA	MADÁḌḌA	MADĒSA.	
90. Projiciam		DARVÁḌḌA	DERVACĪSA	DERVATAMÈ.

ficat, et secundario satietatem etiam moralem, ut supra. KÛFA cum prolongatione primæ syllabæ significat satietatem cibi physicam vel moralem, ut dixi; cum prima syllaba brevi significat *cadere;* et fere eodem modo pronunciata hæc vox significat etiam *tussire.*

[1] GÁDI-BÂA dicitur, vel etiam GÁDI-BÛA, et in forma causativa GÁDI-BŪSA, præcipue quum agitur de descensu notabili; primum enim dicitur etiam de simplici exitu e domo, præcipue ad purgationem ventris, secundum de vero descensu notabili.

[2] GÊSA stricte pertinet jam ad formam causativam, cujus forma simplex est GÂA (perveniam), quod per characteristicam causativam SA significaret *pervenire faciam,* id est *conducam;* sed hic tanquam formæ simplicis secundum quid positum est.

[3] BÓA significat etiam dolorem capitis, sed uti nomen; pro verbo autem faciendo addunt ei characteristicam formæ activæ BOAFÁḌḌA,

	1	2	3	4
91. Transibo	DÉRVA		DEVÉRSA	
92. Transire faciam	DEVÉRSA		DEVERSĪSA	
93. Implebo	GÛTA	GUTÁḌḌA	GUCĪSA	
94. Versabo	BÛSA		BUSĪSA	
95. Bulliam	DÉNFA		DENFĪSA	DENFAMÈ
96. Molam	DÂKA[1]	DAKÁḌḌA	DÁKĪSA	
97. Seminabo	FACÂSA		FACASĪSA	FACASAMÈ
98. Redimam	FÛRA	FURÁḌḌA	FURACĪSA	FURAMÈ
99. Comburam	GÚBA		GUBSĪSA	GUBAMÈ
100. Furabo	HÁTTA		HACĪSA	
101. Rapiam	SÂMA	SAMÁḌḌA	SAMSĪSA	SAMAMÈ
102. Maturabo	BILCÂTA		BILCĒSA	BILCATAMÈ
103. Lavabo	DÎKA	DIKÁḌḌA	DIKSISA	DIKAMÈ

Circa præmissas tabulas verborum sequentia observanda sunt :

1. Occurrere potest quod aliquod verbum formam aliquam recipiat quam ego non posui, vel quia oblitus, vel etiam quia ego secutus sum non leges stricte, sed potius usum, et aliquando malui eam omittere quam contra leges eam ponere.

2. Certum est quamplurima verba formam activam non recipere propter duplicem oppositam rationem, vel quia

unde ut dicant *caput mihi dolet*, MĀTA NA BOAFÁḌḌA dicunt, veluti dicere velint, *caput me flere facit;* sub hoc sensu habet etiam formam causativam BOAFACĪSA.

[1] Hoc verbum, fere eodem modo pronunciatum, significat etiam *natabo,* imo significat etiam *ibo,* adeo parva est differentia in pronunciatione inter hæc tria verba, ut hucusque eam statuere difficile mihi fuerit; hæc eadem vox, uti nomen, significat lapidem, *k* tamen in aliquibus locis ad *g* inclinat, pro hoc ultimo.

specifice neutra sunt, vel etiam vi radicalium essentialiter activa, uti verbum neutrum ሞተ ፡, *DŪÈ* (mortuus est), quod in utraque lingua nullam omnino formam accipit, nec non verbum *occidebat*, ገደለ ፡, *AGÉSE*, quod pariter in utraque lingua activam non recipit, quia vi radicalium essentialiter activum est; recipit tamen causativam in utraque lingua.

3. Circa formam passivam, ipsa stricte potest habere locum in omnibus verbis in lingua amarica, saltem post formam causativam, paucissimis exceptis; in lingua vero oromonica id minus frequenter occurrit, et fere semper in præterito; in hac lingua præteritum sæpe vim habet verbi passivi in omnibus verbis non habentibus actionem ad extra, de subjecto in subjectum, satis claram.

4. Forma causativa in lingua amarica potest reduplicari quando una tanquam radicalis considerari potest; in lingua oromonica vero ultra casum prædictum potest semper reduplicari quotiescumque verbum post formam causativam potest accipere formam emphaticam, uti sæpissime occurrit, et tunc post illam poterit semper addi iterum forma causativa, uti videri potest in tabula.

5. Forma causativa in utraque lingua semper includit formam activam; cum hac differentia tamen, quod in lingua amarica explicita sit per litteram አ characteristicam activam, ante litteram ስ characteristicam causativam; in lingua oromonica vero, forma activa non est explicita et visibilis sine characteristica; hac de causa verbum post formam causativam potest quidem recipere formam emphaticam, nunquam vero formam activam simplicem, quæ jam in causativa supponitur.

6. Tandem forma emphatica in lingua oromonica potest usurpari post formam simplicem et post formam causativam; quando construitur forma causativa super formam emphaticam, potest iterum fere semper reduplicari forma emphatica in fine post causativam.

ARTICULUS SECUNDUS.

DE FORMIS ACTIVIS [1].

Hisce omnibus positis, nunc directe de forma activa aliquid dicere volens, ante omnia in utraque lingua ad exemplum unius verbi ad extensum conjugati pergam, prius solum in lingua amarica, postea solum in lingua oromonica. In hac insuper secundum exemplum addam pro forma emphatico-activa, emphatico-causativa, causativo-emphatica et emphatica reduplicata. Ut autem conjugatio formæ cognoscatur in omni sua inflexione, prius ponam verbum sub forma simplici, postea illud repetam sub forma activa. Igitur sit pro exemplo verbum *venire* መምጣት ፡ formæ simplicis, quod per additionem formæ activæ ማምጣት ፡ significat *portare* [2].

[1] Volui appellare hanc formam verborum activam, ut magis cognitum nomen retinerem, sed melius potuissem vocare eam *activo-reflexam,* quia actio ab hac forma enunciata aut expressa non solum activa est sed insuper semper *reflexa.* Etenim ex præcedentibus tabulis verborum liquet quod adsunt aliqua verba activa etiam sub forma simplici; sed, si stricte voluissem sequi naturam verbi, vel debuissem eliminare nomen formæ activæ, vel inutiliter duplicem formam supponere, quum aliter conjugatio verbi semper eadem sit. Sufficiat hoc semel adnotasse, quum quæstio de nomine sit.

[2] Lex generalis modi infinitivi est additio litteræ መ characteris-

Futurum proximum.

Veniam	እመጣለሁ ።[1]	Portabo	አመጣለሁ ።
Venies.	ትመጣለህ ።	Portabis	ታመጣለህ ።
Veniet	ይመጣል ።	Portabit	ያመጣል ።
Veniemus	ንመጣለን ።	Portabimus. . . .	ናመጣለን ።
Venietis.	ትመጣላችሁ ።	Portabitis	ታመጣላችሁ ።
Venient	ይመጣሉ ።	Portabunt.	ያመጣሉ ።

Præteritum simplex.

Veniebam	መጣሁ ።	Portabam	አመጣሁ ።[2]
Veniebas.	መጣህ ።	Portabas.	አመጣህ ።
Veniebas (fem.). .	መጣሽ ።	Portabas (fem.). .	አመጣሽ ።
Veniebat.	መጣ ።	Portabat	አመጣ ።
Veniebat (fem.). .	መጣች ።	Portabat (fem.). .	አመጣች ።

ticæ ipsius immediate ante radicales, et de lege eadem generali post radicales nihil addendum esset ad construendum modum infinitivum; quum autem radicales hujus verbi sint መጠ ። infinitivus dicere deberet መመጥ ።, vel potius መምጥ ።, quia ut plurimum duæ finales sextæ fieri solent in hoc modo; sed in praxi plura verba recedunt ab hac lege, et addere solent ት et raro aliam litteram, uti præsens casus et dicunt መምጣት ። confundendo modum infinitivum cum nomine substantivo abstracto *adventus;* sicut Itali solent uti modo infinitivo pro substantivo abstracto, *l' andare, il venire,* etc.

[1] Initialis formæ simplicis እ sexta transformatur in አ characteristicam formæ activæ; prima est characteristica personalis ordinaria primæ personæ, quæ in forma activa stricte omittitur, propter concurrentiam አ formæ ejusdem ad evitandam reduplicationem; characteristica hæc formæ activæ autem visibilis est in sola persona prima numeri singularis, quia in aliis personis invenitur semper absorpta a characteristica personali quarta.

[2] In hoc tempore አ characteristica formæ activæ visibilis est in omnibus personis, quia præteritum simplex non habet suas characteristicas personales a quibus absorbeatur.

Veniebamus.....	መጣን ፡	Portabamus..	አመጣን ፡
Veniebatis......	መጣችሁ ፡	Portabatis...	አመጣችሁ ፡
Veniebant......	መጡ ፡	Portabant...	አመጡ ፡

Præteritum compositum[1].

Veni........	መጥቻለሁ ፡	Portavi........	አመጥቻለሁ ፡
Venisti......	መጥኻል ፡	Portavisti.....	አመጥኻል ፡
Venit........	መጥቷል ፡	Portavit......	አመጥቷል ፡
Venimus....	መጥናል ፡	Portavimus....	አመጥናል ፡
Venistis.....	መጣችሁዋል ፡	Portavistis....	አመጣችሁዋል ፡
Venerunt....	መቶቷል ፡	Portaverunt...	አመቶቷል ፡

Plus quam perfectum formæ simplicis.

Veneram........................	መጥቼ ፡ ነበርሁ ፡
Veneras.........................	መጥህ ፡ ነበርህ ፡
Venerat..........................	መጥ ፡ ነበረ ፡
Veneramus.....................	መጥን ፡ ነበርን ፡
Veneratis........................	መጣችሁ ፡ ነበራችሁ ፡
Venerant........................	መጡ ፡ ነበሩ ፡

Plus quam perfectum formæ activæ.

Portaveram.....................	አመጥቼ ፡ ነበርሁ ፡
Portaveras......................	አመጥህ ፡ ነበርህ ፡
Portaverat.......................	አመጥ ፡ ነበረ ፡
Portaveramus..................	አመጥን ፡ ነበርን ፡
Portaveratis.....................	አመጣችሁ ፡ ነበራችሁ ፡
Portaverant.....................	አመጡ ፡ ነበሩ ፡

[1] Repetam hic quod alibi notavi, præteritum perfectum et imperfectum, in his duabus linguis, sæpe confundi practice, licet in conjugatione diversum habeatur; quod certum est, practice illud a me *simplex* appellatum magis genericum est et minus perfectum, quam illud a me *compositum* appellatum.

Futurum remotum formæ simplicis.

Venturus sum	ልመጠ፡ ነኝ፡
Venturus es	ልትመጠ፡ ነህ፡
Venturus est	ሊመጠ፡ ነዉ፡
Venturi sumus	ልንመጠ፡ ነንና፡
Venturi estis	ልትመጡ፡ ናችሁ፡
Venturi sunt	ሊመጡ፡ ናቸዉ፡

Futurum remotum formæ activæ.

Portaturus sum	ላመጠ፡ ነኝ፡ (ይሆናል፡)
Portaturus es	ልታመጠ፡ ነህ፡
Portaturus est	ልያመጠ፡ ነዉ፡
Portaturi sumus	ልናመጠ፡ ነንና፡
Portaturi estis	ልታመጡ፡ ናችሁ፡
Portaturi sunt	ልያመጡ፡ ናቸዉ፡

Futurum de præterito formæ simplicis.

Venturus eram	ልመጠ፡ ነበርሁ፡
Venturus eras	ልትመጠ፡ ነበረህ፡
Ventura eras	ልትመጠ፡ ነበረሽ፡
Venturus erat	ሊመጠ፡ ነበረ፡
Ventura erat	ሊትመጠ፡ አበረች፡
Venturi eramus	ልንመጠ፡ ነበርነ፡
Venturi eratis	ልትመጡ፡ ነበራችሁ፡
Venturi erant	ሊመጡ፡ ነበሩ፡

Futurum de præterito formæ activæ.

Portaturus eram	ላመጠ፡ ነለርሁ፡
Portaturus eras	ልታመጠ፡ ነበረህ፡
Portatura eras	ልታመጠ፡ ነበረሽ፡
Portaturus erat	ልያመጠ፡ ኔበረ፡
Portatura erat	ልታመጠ፡ ነበረች፡

Portaturi eramus . . . . ልናመጣ ፡ ነበርን ፡
Portaturi eratis . . . . ልታመጡ ፡ ነበራችሁ ፡
Portaturi erant . . . . ልያመጡ ፡ ነበሩ ፡

Imperativus.

Veni	ና ፡ [1]	Porta	አምጣ ፡
Veni (f.)	ነይ ፡	Porta (fem.)	አምጪ ፡
Venito	ይምጣ ፡	Portato	ያምጣ ፡
Venito (f.)	ትምጪ ፡	Portato (fem.)	ታምጪ ፡
Veniamus	ንምጣ ፡	Portemus	ናምጣ ፡
Venite	ኑ ፡	Portate	አምጡ ፡
Veniunto	ይምጡ ፡	Portanto	ያምጡ ፡

Subjunctivus simplex.

Ut veniam . . .	እንድመጣ ፡	Ut portem	እንዳመጣ ፡
Ut venias	እንድትመጣ ፡	Ut portes	እንድታመጣ ፡
Ut veniat	እንዲመጣ ፡	Ut portet	እንድያመጣ ፡
Ut veniamus . .	እንድንመጣ ፡	Ut portemus . . .	እንድናመጣ ፡
Ut veniatis . . .	እንድትመጡ ፡	Ut portetis	እንድታመጡ ፡
Ut veniant . . .	እንዲመጡ ፡	Ut portent	እንድያመጡ ፡

Conditionale simplex.

Si veniam	ብመጣ ፡	Si portabo	ባመጣ ፡
Si venies	ብትመጣ ፡	Si portabis	ብታመጣ ፡
Si veniet	ቢመጣ ፡	Si portabit	ብያመጣ ፡

[1] In secundis personis numeri singularis et pluralis modi hujus, verbum *venire* mutat omnino radicales; fit monosyllabum in lingua amarica; hæ radicales ad nullos alios modos, ad nulla tempora et ad nullas alias personas hujus verbi extenduntur; perfecte idem accidit in lingua oromonica, in qua habetur *KÔTU* in singulari, et *KÔTA* in plurali; sicuti pariter in lingua arabica, in qua habetur *TÂLI* pro *veni*.

Si veniemus..... ብንመጣ ፡ Si portabimus..... ብናመጣ ፡
Si venietis...... ብትመጡ ፡ Si portabitis...... ብታመጡ ፡
Si venient...... ቢመጡ ፡ Si portabunt...... ቢያመጡ ፡

Conditionale de præterito formæ simplicis.

Si venerim .... የመጣሁ ፡ እንደሆንሁ ፡
Si veneris .... የመጣህ ፡ እንደሆንህ ፡
Si venerit .... የመጣ ፡ እንደሆነ ፡
Si venerimus .... የመጣን ፡ እንደሆንን ፡
Si veneritis .... የመጣችሁ ፡ እንደሆናችሁ ፡
Si venerint .... የመጡ ፡ እንደሆኑ ፡

Conditionale de præterito formæ activæ.

Si portaverim.................. ያመጣሁ ፡ እንደሆንሁ ፡
Si portaveris .... ያመጣህ ፡ እንደሆንህ ፡
Si portaverit .... ያመጣ ፡ እንደሆነ ፡
Si portaverimus.................. ያመጣን ፡ እንደሆንን ፡
Si portaveritis .... ያመጣችሁ ፡ እንደሆን ፡[1]
Si portaverint .... ያመጡ ፡ እንደሆን ፡

Futurum determinatum formæ simplicis.

Quum venero .... የምመጣ ፡ ጊዜ ፡
Quum veneris .... የምትመጣ ፡ ጊዜ ፡
Quum venerit .... የሚመጣ ፡ ጊዜ ፡
Quum venerimus .... የምንመጣ ፡ ጊዜ ፡
Quum veneritis .... የምትመጡ ፡ ጊዜ ፡
Quum venerint .... የሚመጡ ፡ ጊዜ ፡

Futurum determinatum formæ activæ.

Quum portavero .... የማመጣ ፡ ጊዜ ፡

[1] Verbum auxiliare እንደሆን ፡ in hoc tempore potest etiam indeclinabiliter poni, ut in recensitis duabus ultimis personis; audivi etiam sæpissime verbum normale præcedens indeclinabiliter dictum sine finalibus, et declinationem solum in fine verbi auxiliaris.

Quum portaveris	የምታመጠ ፡ ጊዜ ፡
Quum portaverit	የምያመጠ ፡ ጊዜ ፡
Quum portaverimus	የምናመጠ ፡ ጊዜ ፡
Quum portaveritis	የምታመጡ ፡ ጊዜ ፡
Quum portaverint	የምያመጡ ፡ ጊዜ ፡

Participium.

Ego perventus	መጠቼ ፡	Ego portatus	አመጠቼ ፡
Tu perventus	መጠተህ ፡[1]	Tu portatus	አመጠተህ ፡
Tu perventa	መጠቺ ፡	Tu portata	አመጠቺ ፡
Ille perventus	መጠቶው ፡	Ille portatus	አመጠቶ ፡
Illa perventa	(Deest fem.)	Illa portata	አመጠቿ ፡
Nos perventi	መጠተን ፡	Nos portati	አመጠተን ፡
Vos perventi	መጣቾሁ ፡	Vos portati	አመጠጣቾሁ ፡
Illi perventi	መጠቸው ፡	Illi portati	አመጠቸው ፡

Comparatione igitur facta inter duo allata exempla verbi simplicis et activi, poterit efformari quodcumque aliud verbum activum ex simplici per additionem litteræ characteristicæ አ immediate ante radicales, nec non poterit illud conjugari in quocumque alio modo et tempore hic non recensito, ad normam aliorum antea recensitorum. Si in conjugatione verbi nulla sit alia littera præcedens አ characteristicam hujus formæ activæ, hæc littera remanebit intacta tanquam initialis, si vero præcedat alia littera, id est, vel characteristica personalis, vel conjunctivi modi,

[1] መጠህ ፡ *vel* መጠተህ ፡ utroque modo dici potest, reduplicatio enim ultimæ radicalis ጠ in prima persona nunquam fit, in aliis vero personis fere semper fit, excepta secunda et tertia feminini generis, ut supra; reduplicatio autem hæc non est generalis pro omnibus verbis, sed pro aliquibus tantum.

tunc littera immediate præcedens fiet quarta per absorptionem <u>አ</u> formæ activæ prædictæ, uti videri potest in futuro allati verbi, et in omnibus aliis modis. Nunc ecce exemplum verbi oromonici pariter in duabus formis simplici et activa; pro prima sit verbum *videre*, ÁRGU, et pro secunda *invenire*, ÁRGACU. Igitur

Præsens vel futurum proximum.

Video	*ÁRGA* [1].	Invenio	*ARGÁḌḌA*.
Vides	*ÁRGITA*.	Invenis	*ARGÁḌTA*.
Videt	*ÁRGA*.	Invenit	*ARGÁḌḌA*.
Videt (fem.)	*ÁRGITẸ*.	Invenit (fem.)	*ARGÁḌTẸ*.
Videmus	*ÁRGINA*.	Invenimus	*ARGÁḌNA*.
Videtis	*ÁRGITU*.	Invenitis	*ARGÁḌTU*.
Vident	*ÁRGU*.	Inveniunt	*ARGÁḌḌU*.

Præteritum simplex.

Videbam	*ARGÈ*.	Inveniebam	*ARGÁḌḌE*.
Videbas	*ARGITÈ*.	Inveniebas	*ARGÁḌTE*.
Videbat	*ARGÈ*.	Inveniebat	*ARGÁḌḌE*.
Videbat (fem.)	*ÁRGITẸ*.	Inveniebat (fem.)	*ARGÁḌTẸ*.
Videbamus	*ÁRGINE*.	Inveniebamus	*ARGÁḌNE*.
Videbatis	*ÁRGITANI*.	Inveniebatis	*ARGÁḌTANI*.
Videbant	*ÁRGANI*.	Inveniebant	*ARGÁḌḌANI*.

[1] Verbum *ÁRGA* hic non accipitur pro contemplatione, vel fixatione oculi super objectum, sed potius de præsentia objecti, ita ut sæpe dicatur etiam moraliter de apprehensione alicujus ideæ incognitæ. Hoc sensu, quum hoc verbum accipit formam activam, significat *invenire*, sicuti e contra verbum hoc *invenire* sæpe etiam sumitur moraliter pro *videre*, vel possidere aliquam ideam.

Præteritum compositum.

Vidi	*ARGÊRA*[1].	Inveni	*ARGAḌḌÊRA*.
Vidisti.	*ARGITÊRTA*.	Invenisti.	*ARGAḌTÊRTA*.
Vidit	*ARGÊRA*.	Invenit.	*ARGAḌḌÊRA*.
Vidit (fem.).	*ARGÊRTẸ*.	Invenit (fem.). .	*ARGAḌTÊRTẸ*.
Vidimus	*ARGINÊRA*.	Invenimus	*ARGAḌNÊRA*.
Vidistis.	*ARGITANÎRTU*.	Invenistis	*ARGAḌTANÎRTU*.
Viderunt	*ARGANÎRU*.	Invenerunt	*ARGAḌḌANÎRU*.

Plus quam perfectum.

Videram	*ARGÈ TÛRE*.	Inveneram	*ARGÁḌḌE TÛRE*.
Videras	*ARGITÈ TÛRTE*.	Inveneras	*ARGÁḌTE TÛRTE*.
Viderat	*ARGÈ TÛRE*.	Invenerat	*ARGÁḌḌE TÛRE*.
Viderat (fem.).	*ÁRGITẸ TÛRTẸ*.	Invenerat (fem.).	*ARGÁḌTẸ TÛRTẸ*.
Videramus . . .	*ÁRGINE TÛRNE*.	Inveneramus . . .	*ARGÁḌNẸ TÛRNE*.
Videratis	*ÁRGITANI TÛRTANI*.	Inveneratis	*ARGÁḌTANI TÛRTANI*
Viderant	*ÁRGANI TÛRANI*.	Invenerant	*ARGÁḌḌANI TÛRANI*.

Futurum remotum[2].

Visurus sum	*ÁRGUF G̣IRÀ*.	Inventurus sum.	*ARGÁCUF G̣IRÀ*.
Visurus es.	*ÁRGUF G̣ÍRTA*.	Inventurus es . .	*ARGÁCUF G̣ÍRTA*.
Visurus est	*ÁRGUF G̣IRÀ*.	Inventurus est. .	*ARGÁCUF G̣IRÀ*.

[1] In hoc tempore pænultima syllaba semper valde longa est, et veluti correspondens duplici EE, ni fallor, quia prima E est consideranda tanquam characteristica præteriti simplicis *ARGÈ-ARGÁḌḌE*, et secunda E tanquam characteristica verbi auxiliaris *ÉRA* illud componentis.

[2] Hæc duo tempora sequentia componuntur ex infinitivo et verbo auxiliari substantivo; verbum normale in infinitivo indeclinabile est, pro forma simplici est *ÁRGU*, et *ARGÁCU* pro forma activa, in qua ḌA futuri vertitur in *CU* pro modo infinitivo; F finalis est characteristica futuri in participio; additio verbi auxiliaris est pro conjugatione hujus temporis, quæ perfecte eadem est ac ubi de verbo auxiliari.

Visura est......	*ÁRGUF G̣ÍRTẸ.*	Inventura est...	*ARGÁCUF G̣ÍRTẸ.*
Visuri sumus....	*ÁRGUF G̣ÍRNA.*	Inventuri sumus.	*ARGÁCUF G̣ÍRNA.*
Visuri estis.....	*ÁRGUF G̣ÍRTU.*	Inventuri estis..	*ARGÁCUF G̣ÍRTU.*
Visuri sunt.....	*ÁRGUF G̣IRÙ.*	Inventuri sunt..	*ARGÁCUF G̣IRÙ.*

Futurum de præterito.

Visurus eram.	*ÁRGUF TÛRE.*	Inventurus eram..	*ARGÁCUF TÛRE.*
Visurus eras..	*ÁRGUF TÛRTE.*	Inventurus eras..	*ARGÁCUF TÛRTE.*
Visurus erat..	*ÁRGUF TÛRE.*	Inventurus erat..	*ARGÁCUF TÛRE.*
Visura erat...	*ÁRGUF TÛRTẸ.*	Inventura erat...	*ARGÁCUF TÛRTẸ.*
Visuri eramus.	*ÁRGUF TÛRNE.*	Inventuri eramus.	*ARGÁCUF TÛRNE.*
Visuri eratis..	*ÁRGUF TÛRTANI.*	Inventuri eratis..	*ARGÁCUF TÛRTANI.*
Visuri erant..	*ÁRGUF TÛRANI.*	Inventuri erant...	*ARGÁCUF TÛRANI.*

Futurum imminens formæ simplicis[1].

Nunc visurus sum......................	*ÁRGUF GAÊRA.*
Nunc visurus es.......................	*ÁRGUF GESÊRTA.*
Nunc visurus est......................	*ÁRGUF GAÊRA.*
Nunc visura est.......................	*ÁRGUF GESÊRTẸ.*
Nunc visuri sumus.....................	*ÁRGUF GEÑÊRA.*
Nunc visuri estis.....................	*ÁRGUF GESANÎRTU.*
Nunc visuri sunt......................	*ÁRGỤF GAANÎRU.*

Futurum imminens formæ activæ.

Nunc inventurus sum...................	*ARGÁCUF GAÊRA.*
Nunc inventurus es....................	*ARGÁCUF GESÊRTA.*
Nunc inventurus est...................	*ARGÁCUF GAÊRA.*
Nunc inventura est....................	*ARGÁCUF GESÊRTẸ.*

[1] Alibi posui modum conjugandi hoc tempus per verbum *GAÊRA* in tertia persona indeclinabile; sed frequentissime etiam declinari solet ut supra; verbum *GAÊRA* perfectum verbi *GÂA* (pervenio), in hoc solo tempore inservit tanquam auxiliare ad futurum imminens indicandum solummodo. Verbum hoc irregulare est, uti videbimus suo loco de verbis irregularibus.

Nunc inventuri sumus	*ARGÁCUF GEÑÊRA.*
Nunc inventuri estis	*ARGÁCUF GESANÎRTU.*
Nunc inventuri sunt	*ARGÁCUF GAANÎRU.*

Imperativus.

Vide	*ÁRGI*[1].	Inveni	*ARGÁḌḌU.*
Videto	*ÂARGU.*	Invenito	*ÂARGAḌU.*
Videamus	*ARGÍNNA.*	Inveniamus . .	*ARGÁḌNA.*
Videte	*ÁRGA.*	Iuvenite	*ARGÁḌḌA.*
Vidento	*ÂARGA.*	Inveniunto . . .	*ÂARGAḌA.*

Subjunctivus simplex.

Ut videam . . .	*ÁKA ARGÚTTĬ.*	Ut inveniam . .	*ÁKA ARGAḌḌÚTTĬ.*
Ut videas	*ÁKA ARGITÚTTĬ.*	Ut invenias . .	*ÁKA ARGAḌTÚTTĬ.*
Ut videat	*ÁKA ARGÚTTĬ.*	Ut inveniat . .	*ÁKA ARGAḌḌÚTTĬ.*
Ut videamus . .	*ÁKA ARGINÚTTĬ.*	Ut inveniamus	*ÁKA ARGAḌNÚTTĬ.*
Ut videatis . . .	*ÁKA ARGITANÚTTĬ.*	Ut inveniatis .	*ÁKA ARGAḌTANÚTTĬ.*
Ut videant . . .	*ÁKA ARGANÚTTĬ.*	Ut inveniant .	*ÁKA ARGAḌḌANÚTTĬ.*

Conditionale simplex.

Si videbo	*JÒ ÁRGA ITÂA.*	Si inveniam . .	*ARGÁḌḌA JÒ ITĀÈ.*
Si videbis	*JÒ ÁRGITA ITÂA.*	Si invenies . . .	*ARGÁḌTA JÒ ITĀÈ.*
Si videbit	*JÒ ÁRGA ITÂA.*	Si inveniet . . .	*ARGÁḌḌA JÒ ITĀÈ.*
Si videbimus . . .	*JÒ ÁRGINA ÍTÂA.*	Si inveniemus.	*ARGÁḌNA JÒ ITĀÈ.*
Si videbitis	*JÒ ÁRGITU ITÂA.*	Si invenietis .	*ARGÁḌTU JÒ ITĀÈ.*
Si videbunt	*JÒ ÁRGU ITÂA.*	Si invenient . .	*ARGÁḌḌU JÒ ITĀÈ.*

Ad construendum futurum de præterito, res valde simplex est, particula conditionalis *JÒ*, quæ, in supra recen-

[1] Hoc verbum *ÁRGA* in modo imperativo parum in usu est; loco ipsius potius in usu est verbum *ILÂLA*, quod in secunda persona imperativi modi *ILÂLI* facit, et in secunda pluralis numeri *ILÂLA*; differentiam vero inter verbum *ÁRGA* et verbum *ILÂLA* alibi dixi.

sito tempore conditionalis simplicis, verbo in præsenti tempore addita erat, addatur præterito simplici, et dicatur *JÒ ARGÈ*, *JÒ ARGÁḌḌE*, ut supra pag. 88. Dicendum tamen quod in omni conditionali, post verbum normale addi semper potest verbum auxiliare ITÂA, vel *ITĀÈ*, juxta temporis qualitatem, vel declinando illud, uti de verbis auxiliaribus videri potest, vel indeclinabiliter in tertia persona numeri singularis illud ponendo, sed tunc particula *JÒ* non amplius ante verbum normale, sed post illud, ante verbum auxiliare supradictum, uti *ARGÁḌḌA JÒ ITĀÈ*, collocanda erit. Hæc omnia autem absolute necessaria non sunt; verbum enim ut supra conjugatum sufficit.

Participium.

Ego visus........	*ÁRGETAN.*	Ego inventus......	*ARGÁḌḌETAN.*
Tu visus.........	*ARGITÊTI.*	Tu inventus	*ARGÁḌTÊTI.*
Ille visus	*ARGÊTI.*	Ille inventus......	*ARGAḌḌÊTI.*
Nos visi	*ARGINNÊTI.*	Nos inventi.......	*ARGAḌNÊTI.*
Vos visi	*ARGITANÎTI.*	Vos inventi.......	*ARGAḌTANÎTI.*
Illi visi..........	*ARGANÎTI.*	Illi inventi	*ARGAḌḌANÎTI.*

Participium igitur ex præterito simplici componitur, addito affixo *TAN* in prima persona, et *TI* in cæteris omnibus personis. Apud Oromones confundi solet participium activum cum passivo, ita ut indifferenter accipiatur; passivitas enim vel activitas stat penes pronomen, quod semper præcedit, prius in nominativo, postea in accusativo : sic *ÁNI ÍSA ARGÁḌḌETAN* (ego eum inveniens), *HÍNNI NA ARGAḌḌÊTI* (ipse me videns, vel visus), nisi aliquando sensus discursus pronomen supponat; puta quia subjectum vel activum vel passivum antea appellatum est.

Hucusque adductum verbum pro exemplo, licet ultro sufficiat ad exponendas omnes omnino regulas pro conjugatione unius verbi in forma activa, observandum est tamen illud stricte dici non posse *activum* per simplicem formam additam, quum possit adhuc considerari tanquam formæ simplicis secundum quid, quia sub aspectu verbi *invenire* non habet suam formam simplicem; quapropter, ut natura verbi activi in sensu stricto cognoscatur, aliud exemplum brevius exponam, in temporibus futuro et præterito simplici solum.

Præsens vel futurum proximum.

Solvam	*NAN*[1] *HÎKA.*	Absolvam.......	*ÁNI HIKÁḌḌA.*
Solves	*ÁTI HÍKTA.*	Absolves	*ÁTI HIKÁḌTA.*
Solvet	*HÍNNI HÎKA.*	Absolvet	*HÍNNI HIKÁḌḌA.*
Solvemus.......	*NU HÍKNA.*	Absolvemus.....	*NU. HIKÁḌNA.*
Solvetis........	*ÍSINI HÍKTU.*	Absolvetis	*ÍSINI HIKÁḌTU.*
Solvent	*ÍSANI HÎKU.*	Absolvent	*ÍSANI HIKÁḌḌU.*

Præteritum simplex.

Solvebam	*ÁNI HIKÈ.*	Absolvebam ...	*HIKÁḌḌE.*
Solvebas	*ÁTI HÍKTE.*	Absolvebas	*HIKÁḌTE.*
Solvebat	*HÍNNI HIKÈ.*	Absolvebat	*HIKÁḌḌE.*
Solvebamus	*NU HÍKNE.*	Absolvebamus ..	*HIKÁḌNE.*
Solvebatis	*ÍSINI HÍKTANI.*	Absolvebatis ...	*HIKÁḌTANI.*
Solvebant	*ÍSANI HÎKANI.*	Absolvebant ...	*HIKÁḌANI.*

[1] In persona prima verba formæ simplicis sæpissime accipiunt pronomen *NAṆ* pro *ego,* et non *ÁNI;* hoc ultimum pronomen solet potius convenire verbis formarum compositarum, habet enim magis naturam nominativi regentis; hæc diversitas non adest in aliis personis.

Imperativum.

Solve	*HÍKI.*	Absolve	*HIKÁḌḌU*[1].
Solvite	*HÍKA.*	Absolvite	*HIKÁḌḌA.*

Hoc verbum, sicuti præcedens, a forma simplici transeundo ad formam activam non mutat sensum, sed addit tantum actionem, ita ut, pro forma in traductione latina, posuerim quidem *solvere* et *absolvere*, sed stricte unum et idem significant; verbum in forma simplici essentialiter activum est, et per formam activam determinatur ad actionem practicam, dum in sua forma simplici de actione generice solum prædicat; quapropter forma activa in verbis hujus naturæ parum in usu est, et fere semper in modo imperativo solum.

Adsunt insuper alia verba quæ accipiunt formam activam irregulariter, et non in omnibus personis; horum unum exemplum breve, uti præcedens exponere bonum esse puto.

Præsens vel futurum proximum.

Amo	*NAN ĢÁLLA.*	Diligo	*ÁNI ĢALÁḌḌA.*
Amas	[2]	Diligis	*ÁTI ĢALÁḌTA.*

[1] Hic posui solum secundas personas, quia stricte hæ duæ solæ naturam imperativi puram præbent. *HÍKI* secunda imperativi modi non debet confundi cum alio verbo, vel eodem radicitus, in eodem modo et eadem persona significans *vade* cum quodam contemptu et ira, ut quis, gravatus aliqua persona, veluti se liberet ab ea.

[2] In hac persona dicere oportebat in forma simplici *ĢÁLTA,* quod nunquam audiri solet in lingua; idem dicendum de personis prima et secunda pluralis : fere nunquam audiri solet *ĢÁLNA* et *ĢÁLTU,* sed in illis personis verbum semper accipit formam activam.

Amat	*HÍNNI GÁLLA.*	Diligit.........	*HÍNNI GALÁDDA.*
Amamus	....	Diligimus	*NU GALÁDNA.*
Amatis	....	Diligitis........	*ÍSINI GALÁDTU.*
Amant.........	*ÍSANI GÁLLU.*	Diligunt	*ÍSANI GALÁDDU.*

Præteritum simplex.

Amabam	*ÁNI GALLÈ.*	Diligebam	*GALÁDDE.*
Amabas........	*ÁTI GÁLTE* [1].	Diligebas.......	*GALÁDTE.*
Amabat........	*HÍNNI GALLÈ.*	Diligebat.......	*GALÁDDE.*
Amabat (fem.)...	*ÍSEN GÁLTE.*	Diligebat (fem.)..	*GALÁDTE.*
Amabamus	*NU GÁLNE.*	Diligebamus	*GALÁDNE.*
Amabatis.......	*ÍSINI GÁLTU.*	Diligebatis......	*GALÁDTU.*
Amabant.......	*ÍSANI GÁLLU.*	Diligebant......	*GALÁDDU.*

Imperativus.

Ama	*GÁLLU* [2].	Dilige	*GALÁDDU.*
Amate.........	*GÁLLA.*	Diligite........	*GALÁDDA.*

Hoc etiam verbum unum et idem significat, sive in sua forma simplici, sive in composita activa relata, et non major differentia intercedit quam inter verba *amare* et *diligere* recensita; quæ, posito quod differant, in gradu intentionis actionis externæ eorum differentia potius dicenda est. Verbum *GÁLLA* essentialiter activum est, et per formam activam nihil aliud addi solet, quam gradus intentionis amoris, vel aliqualis exterior expressio ejusdem.

[1] In præterito magis quam in præsenti aliquando audivi hoc verbum in forma simplici, *GÁLTE, GÁLNE, GÁLTU,* quamvis etiam rarissime in his tribus personis; hac de causa volui in hoc tempore illas ponere.

[2] In modo imperativo e contra valde in usu est sub forma simplici, *GÁLLU, GÁLLA,* magis quam sub forma ejus activa.

Fere idem dicendum de forma ejus emphatica, quæ insuper super activam addere solet intentionem amoris et ejusdem expressionem ad extra.

Nunc pro forma emphatico-activa exemplum sit verbum *intrare* GÂLU, quod quum acquirit formam emphatico-activam æquivalet verbo latino *introducere*. Hoc verbum jam per se activum non solet accipere formam activam simplicem; nunquam enim dicitur *GALÁḌḌA*; sed accipit formam emphatico-activam et dicitur GALFÁḌḌA, addendo radicalibus *GÂL* characteristicam formæ emphaticæ, quæ est FA, et post eam characteristicam formæ activæ ḌA, quæ ab emphatica indivisibilis est. Inter characteristicam formæ emphaticæ [1] et characteristicam formæ simpliciter activæ hæc intercedit differentia, quod characteristica formæ emphaticæ *FA*, in nullo modo, in nullo tempore, et in nulla persona diversa variari solet, et semper eadem erit in quacunque inflexione inveniatur verbum. E contra characteristica formæ activæ *ḌA* sæpissime variatur, vertitur enim in TA vel TE in omnibus secundis personis, vertitur in CU in modo infinitivo, quod etiam tenet quotiescunque super hanc formam construitur alia forma; sæpissime enim

[1] Quum lingua oromonica nunquam fuerit prius lingua scripta et grammaticalis, procul dubio ego primus scriptor in hac lingua debui nomenclaturam hujus formæ, imo et aliarum formarum determinare; pro cæteris omnibus aliis formis potui sequi nomenclaturas apud scriptores usitatas, sive in lingua hebraica, sive etiam in linguis nostris; pro forma emphatica vero, de qua hic quæstio est, casus diversus omnino erat, quia hæc forma omnino nova et specialis linguæ oromonicæ.

DA supradicta in concursu cum *N*, characteristica finalis personæ primæ numeri pluralis, fere ejus naturam accipere videtur, uti *ARGÁDNA*, quod *ARGÁNNA* fere pronunciatur. Hisce positis sit exemplum :

Præsens vel futurum proximum.

Intro	*GÂLA* [1].	Introduco	*GALFÁDDA* [2].
Intras	*GÁLTA*.	Introducis	*GALFÁDTA*.
Intrat	*GÂLA*.	Introducit	*GALFÁDDA*.
Intrat (fem.)	*GÁLTE*.	Introducit (fem.)	*GALFÁDTE*.
Intramus	*GÁLNA*.	Introducimus	*GALFÁDNA*.
Intratis	*GÁLTU*.	Introducitis	*GALFÁDTU*.
Intrant	*GÂLU*.	Introducunt	*GALFÁDDU*.

Præteritum simplex.

Intrabam	*GALÈ*.	Introducebam	*GALFÁDDE*.
Intrabas	*GALTÈ*.	Introducebas	*GALFÁDTE*.
Intrabat	*GALÈ*.	Introducebat	*GALFÁDDE*.
Intrabat (fem.)	*GÁLTE*.	Introducebat (fem.)	*GALFÁDTE*.
Intrabamus	*GALNÈ*.	Introducebamus	*GALFÁDNE*.
Intrabatis	*GÁLTANI*.	Introducebatis	*GALFÁDTANI*.
Intrabant	*GÂLANI*.	Introducebant	*GALFÁDDANI*.

[1] Hoc verbum formæ emphaticæ potest significare *introducere*, aliquando etiam *restituere;* dicitur enim de re introducenda in aliquem locum, et de ære restituendo indifferenter *GALFÁDDA* (introducite, restituite).

[2] Quod dixi supra, hoc verbum non habere formam activam simplicem, hoc intelligendum est de forma supradicta cum characteristica *DA* quia, uti videbitur postea, forma activa aliquam varietatem exhibet.

Præteritum compositum.

Intravi	*GALÊRA.*	Introduxi	*GALFADḌÊRA.*
Intravisti	*GALTÊRTA.*	Introduxisti	*GALFAḌTÊRTA.*
Intravit	*GALÊRA.*	Introduxit	*GALFADḌÊRA.*
Intravit (fem.)	*GALTÊRTẸ.*	Introduxit (fem.)	*GALFAḌTÊRTẸ.*
Intravimus	*GALNÊRA.*	Introduximus	*GALFAḌNÊRA.*
Intravistis	*GALTANÎRTU.*	Introduxistis	*GALFAḌTANÎRTU.*
Intraverunt	*GALANÎRU.*	Introduxerunt	*GALFADḌANÎRU.*

Plus quam perfectum formæ simplicis.

Intraveram	*GALÈ TÛRE.*
Intraveras	*GALTÈ TÛRTE.*
Intraverat	*GALÈ TÛRE.*
Intraverat (fem.)	*GÁLTẸ TÛRTẸ.*
Intraveramus	*GALNÈ TÛRNE.*
Intraveratis	*GÁLTANI TÛRTANI.*
Intraverant	*GÂLANÌ TÛRANI.*

Plus quam perfectum formæ emphatico-activæ.

Introduxeram	*GALFÁDḌE TÛRE.*
Introduxeras	*GALFÁḌTE TÛRTE.*
Introduxerat	*GALFÁDḌE TÛRE.*
Introduxerat (fem.)	*GALFÁḌTẸ TÛRTE.*
Introduxeramus	*GALFÁḌNE TÛRNE.*
Introduxeratis	*GALFÁḌTANI TÛRTANI.*
Introduxerant	*GALFÁDḌANI TÛRANI.*

Futurum remotum formæ simplicis [1].

Intraturus sum	*GẠLUF GIRÀ.*	Introducturus sum	*GẠLFÁCUF GIRÀ.*
Intraturus es	*GẠLUF GÍRTA.*	Introducturus es	*GẠLFÁCUF GÍRTA.*

Etc.

[1] Tria hæc sequentia tempora de futuro diversæ conditionis semper componuntur ex infinitivo indeclinabiliter, cui additur littera characteristica futuri F in fine, deinde verbum auxiliare ut supra pro diversi-

Sic de omnibus aliis personis, uti in aliis verbis antecedentibus quoad conjugationem verbi auxiliaris.

Futurum de præterito.

Intraturus eram. *GÁLUF TÛRE.* Introducturus eram. *GALFÁCUF TÛRE.*
Intraturus eras. *GÁLUF TÛRTE.* Introducturus eras.. *GALFÁCUF TÛRTE.*
Etc.

Cæteræ personæ ut supra in plus quam perfecto circa conjugationem verbi auxiliaris, in quo solum cadit differentia personalis.

Futurum imminens formæ simplicis.

Nunc intraturus sum . . . . *GÁLUF GAÊRA.*
Nunc intraturus es. *GÁLUF GESÊRTA.*
Nunc intraturus est . . . . *GÁLUF GAÊRA.*
Nunc intratura est (fem.). . . . . *GÁLUF GESÊRTE.*
Nunc intraturi sumus. . . . . *GÁLUF GEÑÊRA.*
Nunc intraturi estis. . . . . *GÁLUF GESANÎRTU.*
Nunc intraturi sunt . . . . *GÁLUF GAANÎRU.*

Futurum imminens formæ emphatico-activæ.

Nunc introducturus sum. . . . . *GALFÁCUF GAÊRA.*
Nunc introducturus es. . . . . *GALFÁCUF GESÊRTA.*
Nunc introducturus est . . . . *GALFÁCUF GAÊRA.*
Nunc introductura est (fem.). . . . . *GALFÁCUF GESÊRTE.*
Nunc introducturi sumus . . . . *GALFÁCUF GEÑÊRA.*
Nunc introducturi estis. . . . . *GALFÁCUF GESANÎRTU.*
Nunc introducturi sunt . . . . *GALFÁCUF GAANÎRU.*

Imperativus.

Intra. . . . . *GÂLI.* Introduc. . . . *GALFÁDDU.*

tate temporis, a quo pendet conjugatio; in forma emphatica infinitivus accipit cu in fine propter formam activam ipsi essentialiter unitam.

Intrato..........	*ÂGALU.*	Introducito.....	*ÂGALFADDU.*
Intremus........	*GÂLNA.*	Introducamus...	*GALFÁDNA.*
Intrate..........	*GÂLA.*	Introducite.....	*GALFADDA.*
Intranto.........	*ÂGALA.*	Introducunto....	*ÂGALFÁDDA.*

Subjunctivus simplex.

Ut intrem..	*ÁKA GALÚTTĬ.*	Ut introducam...	*ÁKA GALFADÚTTĬ.*
Ut intres...	*ÁKA GALTÚTTĬ.*	Ut introducas....	*ÁKA GALFADTÚTTĬ.*
Ut intret...	*ÁKA GALÚTTĬ.*	Ut introducat....	*ÁKA GALFADDÚTTĬ.*
Ut intremus.	*ÁKA GALNÚTTĬ.*	Ut introducamus..	*ÁKA GALFADNÚTTĬ.*
Ut intrêtis..	*ÁKA GALTANÚTTĬ.*	Ut introducatis...	*ÁKA GALFADTANÚTTĬ.*
Ut intrent..	*ÁKA GALANÚTTI.*	Ut introducant...	*ÁKA GALFADDANÚTTĬ.*

Pro conditionali futuro addatur particula *jò* ante verbum in præsenti; pro conditionali præterito addatur eadem particula ante præteritum simplex; in utroque casu addi potest verbum auxiliare ITÂA in fine, uti in præcedentibus verbis jam dictum est.

Participium.

Ego ingressus....	*GÁLETAN.*	Ego introductus...	*GALFÁDDETAN.*
Tu ingressus....	*GALTÊTI.*	Tu introductus....	*GALFADTÊTI.*
Ille ingressus....	*GALÊTI.*	Ille introductus....	*GALFADNÊTI.*
Illa ingressa.....	*GALTÊTI.*	Illa introducta.....	*GALFADTÊTI.*
Nos ingressi.....	*GALNÊTI.*	Nos introducti.....	*GALFADNÊTI.*
Vos ingressi.....	*GALTANÎTI.*	Vos introducti.....	*GALFADTANÎTI.*
Illi ingressi.....	*GALANÎTI.*	Illi introducti.....	*GALFADDANÎTI.*

Idem verbum et quædam alia paucissima accipiunt aliquando quamdam formam participantem de activa et de emphatica, sed magis ad primam pertinentia, quia inducunt litteram characteristicam formæ activæ, uti in infinitivo invenitur, in omnibus temporibus, necnon supra se

induunt sæpe adhuc formam emphaticam. Ad hanc explicandam supradictum verbum sub triplici forma exponam in temporibus præsenti, et præterito simplici.

Præsens vel futurum proximum. — Intro. Introduco.

Ego	GÂLA[1]	GÁLCA	GALCIFÁḌḌA.
Tu	GÂLTA	GÁLCITA	GALCIFÁḌTA.
Ille	GÂLA	GÁLCA	GALCIFÁḌḌA.
Nos	GÂLNA	GÁLCINA	GALCIFÁḌNA.
Vos	GÂLTU	GÁLCITU	GALCIFÁḌTU.
Illi	GÂLU	GÁLCU	GALCIFÁḌḌU.

Præteritum simplex. — Intrabam. Introducebam.

Ego	GALÈ	GALCÈ	GALCIFÁḌḌE.
Tu	GALTÈ	GÁLCITE	GALCIFÁḌTE.
Ille	GALÈ	GALCÈ	GALCIFAḌḌE.
Nos	GALNÈ	GÁLCINE	GALCIFÁḌNE.
Vos	GÁLTANI	GÁLCITANI	GALCIFÁḌTANI.
Illi	GÁLANI	GÁLCANI	GALCIFÁḌḌANI.

Imperativus. — Intra. Introduc.

Tu	GÂLI	GÁLCI[2]	GALCIFÁḌḌU.
Vos	GÂLA	GÁLCA	GALCIFÁḌḌA.

[1] Posui hic formam simplicem præcedentem, habentem idem significatum, solummodo pro comparatione facienda cum duabus formis sequentibus, habentibus etiam fere eamdem significationem cum præcedentibus, addita solum intentione actionis.

[2] Quod hæc secunda forma verbi sit particularis in hac persona imperativi conspicitur, in qua tanquam forma activa deberet dicere GALÁḌḌU, et dicit GÁLCI juxta modum fere omnium formarum simplicium.

Participium. — Ingressus. Introductus.

Ego	*GÁLETAN*	*GÁLCETAN*	*GALCIFÁḌḌETAN.*
Tu	*GALTÊTI*	*GALCITÊTI*	*GALCIFÁḌTÊTI.*
Ille	*GALÊTI*	*GALCÊTI*	*GALCIFÁḌḌÊTI.*
Nos	*GALNÊTI*	*GALCINNÊTI*	*GALCIFAḌNÊTI.*
Vos	*GALTANÎTI*	*GALCITANÎTI*	*GALCIFAḌTANÎTI.*
Illi	*GALANÎTI*	*GALCANÎTI*	*GALCIFAḌḌANÎTI.*

Ex tribus allatis verbis, primum significat *intrare*, in quo agens et subjectum passivum actionis idem est intrans; in secundo agens idem est, sed subjectum passivum actionis *introductionis* distinctum est; qua de causa latine loquendo *introducere* dicimus, quod significat[1] *ducere intra;* in tertio, forma emphatica adhuc ejusdem naturæ est, agens enim in ea non variatur quidem, sed materia actionis distincta est, uti in præcedenti; illi autem addit emphasim potius rhetoricam et logicam quam reapse grammaticalem; qua de causa, tertium verbum supradictum debemus adhuc latine vertere per verbum *introducere*, et consequenter hanc formam emphaticam simpliciter activam dicere ; e contra, uti videbimus postea de forma causativa, subjectum agens per eam mutatur.

[1] Si attente considerabimus linguam latinam et alias ab ea descendentes, inveniemus easdem originaliter subjectas iisdem compositionibus verborum ex radicibus primitivis, sic latinum *aperio* et *adaperio* perfecte eumdem sensum habent nunc, non autem antiquitus; sic verbum *allecto* est verbum activum valens *facio lætum,* in alio genere. Apud nos compositiones transformatæ sunt in radicales specificas; in istis linguis vero adhuc subjiciuntur quibusdam legibus, secundum quas adhuc compositiones fiunt.

Ad naturam formæ præfatæ activæ pertinet etiam verbum *tólca* (*compono* vel *præparo*), nec non paucissima aliqua alia quæ eodem modo conjugantur. *Tólca* est verbum formæ activæ supradictæ, efformatum ex verbo simplici *tóla* (*convenit*, vel *bonum est*), quod quum sit neutrum, addit formam activam c ut fiat activum ad ideam præparationis essentialiter activam exprimendam, ita ut *tólca* valeat *bonum* vel *conveniens facio*.

Ceteræ autem modificationes et difficultates formam activam spectantes quum relationem habeant ad formam causativam, eas vel in sequenti capite exponam, vel in appendice quam post omnes formas compositas apponere cogar, absolvam.

CAPUT SEXTUM.

DE FORMA VERBORUM CAUSATIVA.

Forma causativa verborum dicitur, quando verbum, vi radicalium ejus, prædicatur de actione cujus subjectum, directe et immediate operans, diversum et distinctum est ab eo quod verbum immediate regit, quodque, non operans, sed causa operationis tantum dicitur[1]; hæc igitur est differentia inter formam activam et causativam, quod, in forma activa, erit quidem quæstio de actione ad intra vel ad extra a subjecto regente operata, nunquam vero de appellatione alterius subjecti operantis actionem a verbo prædicatam; e contra, in forma causativa, appellatur aliud subjectum ad operandam actionem a verbo prædicatam, præter illud quod in discursu figurat tanquam regens verbum ipsum : sic **አስገደለ** ፡ AG̣ESÎSE (*occidere fecit*), occisor non regit verbum, bene vero ille qui influit solum in occisionem; e contra **ገደለ** ፡ AG̣ESE (*occidit*), idem est occisor et regens verbum occisionem eamdem prædicans.

Characteristica hujus formæ stricte est solum hæc littera **ስ**, sed quia forma causativa in lingua amarica indivisibilis est a forma activa, ideo litteræ characteristicæ

[1] Quodam modo dici potest quod etiam hujus formæ causativæ inveniuntur vestigia in lingua latina; verba enim *assuefacio*, *benefacio*, et fere infinita similia, procul dubio exhibent ideam cujusdam formæ verborum causativæ antiquæ, quæ nunc vix sensibilis nobis est.

hujus formæ hæ duæ dici possunt አሰ, prima tanquam specifica formæ activæ, quæ semper invenitur, et secunda tanquam specifica formæ causativæ[1]. Hæ autem litteræ immediate ante radicales collocari debent, prius ሰ, postea አ omnium prima; immediate ante አ veniunt characteristicæ personales, si adsint, vel litteræ characteristicæ modi subjunctivi quando adsunt.

Pro lingua oromonica vero characteristica formæ causativæ est SA, vel SISA, juxta exigentiam antecedentium, vel radicalium, vel formarum, quibus semper affigitur tanquam finalis. Quando forma causativa construitur super formam activam vel emphaticam, tunc unica syllaba SA addi debet pro characteristica hujus formæ, uti KOCĪSA, in quo CI est forma activa, et *SA* pro causativa; quando vero forma causativa immediate construitur super verbum formæ simplicis, tunc ordinarie duplex syllaba SISA additur, uti *BEKSĪSA* (*cognoscere facio*); dixi *ordinarie*, quia in hoc ultimo casu rarissimæ adsunt exceptiones.

Characteristica formæ causativæ collocari semper debet, vel immediate post CI characteristica formæ activæ vel emphaticæ, uti KOCĪSA, *KOCIFA*CĪSA (*arare, fodere faciam*); vel collocari debet immediate post ultimam radicalem consonantem, uti *BEKSĪSA*, in quo *BÉK* radicales sunt, et *SĪSA* characteristica formæ causativæ. Dixi *imme-*

[1] Quod አ, in forma causativa, non sit essentialis characteristica formæ, sed tantum ratione formæ activæ semper causativam comitantis, ex hoc colligitur quod, quando forma causativa reduplicari debet, tunc reduplicatur quidem littera ሰ, non vero littera አ; sic in hoc verbo አሰሰተመረ ፡ ሰ duplex invenitur, non vero አ.

diate post ultimam radicalem consonantem, quia ut plurimum vocalis eliditur, quum in hac lingua non sit essentialis, nisi rarissime, sed potius inservit ut characteristica personæ; sit in exemplum *BÊKA*, *BEKSÎSA*, ubi ultima A in *BÊKA* non invenitur in forma causativa *BEKSÎSA*. Hoc etiam occurrit ante formam activam præcedentem, si super eam construatur, uti in *KOCÎSA*, ubi ultima littera A in *KÓTA*, etiam eliditur; imo observandum, circa elisionem istarum compositionum, quod, quando ultima radicalis est syllaba dentalis ejusdem naturæ cum syllaba characteristica addenda, uti TA et CI in *KÓTA-KOCÎSA*, tunc ultima consonans radicalis T transformatur in C, uti in exemplo sæpius citato conspicitur [1].

Circa modum conjugandi verba ad formam causativam pertinentia, nulla omnino differentia conjugationis verborum hujus formæ a verbis aliarum formarum invenitur in lingua amarica, in qua, littera quæcunque characteristica formarum, tanquam radicalis, semel introducta et affixa verbo, hoc semper eodem modo conjugari solet in omnibus omnino temporibus et personis indicativi modi, aliquæ tantum minimæ differentiæ inveniuntur in modis imperativo, subjunctivo et infinitivo, quæ tamen non se

[1] Hæc lex transformationis litteræ radicalis ultimæ, quando invenitur in concursu cum altera ejusdem naturæ, adeo generalis est in hac lingua, ut sæpissime occurrat, non solum in concurrentia litterarum characteristicarum sequentis formæ, sed etiam in concurrentia characteristicarum personalium, uti *ARGÁḌḌA*, quod in prima pluralis pronunciatur veluti *ARGÁNNA*, quia D littera dentalis invenitur in concursu cum N adformanti personam primam pluralis, quæ etiam dentalis est.

tenent ex parte formarum, bene vero ex parte verbi ipsius [1].

Modus conjugandi verba ad formam causativam pertinentia aliquam differentiam exhibet tamen in lingua oromonica, in qua, quum characteristica formæ causativæ immediate post radicales verbi, vel post characteristicas aliarum formarum præcedentium, sit, et immediate ante characteristicas personales, in personis secundis utriusque numeri, et in persona prima numeri pluralis, SA characte-

[1] In lingua amarica, aliqua verba in secunda persona imperativi modi retinent ultimam syllabam completam, quam habent in tertia præteriti simplicis, uti ገዘ ፡ (*emebat*), et ገዘ ፡ (*eme*), quod pronunciatur *GAZZÁ* in utroque casu; e contra aliqua alia verba elidunt ultimam vocalem, et ultimam consonantem unire solent syllabæ præcedenti, ita ut bisyllabum verbum fiat monosyllabum in dicta persona modi imperativi, v. g. ሰጠ ፡ (*dabat*) in secunda imperativi facit ሰጥ ፡, quod litteris latinis SÈT diceretur et scriberetur. Verba autem quæ in dicta persona imperativi modi retinent ultimam vocalem, eam retinere solent etiam in subjunctivo modo; sic dicitur እን-ዲሰጥ ፡ (*ENDISÉT, ut det*), e contra እንዲገዘ ፡ (*ENDIGAZZÁ, ut emat*), ubi eadem vox tertiæ personæ subjunctivi et secundæ imperativi inservit. Eadem differentia invenitur etiam in modo infinitivo, in quo aliqua verba elidunt unam syllabam in fine, dum aliqua alia non solum eam retinent, sed addunt insuper litteram ት post eam, uti መገዘት ፡, መሔድ ፡ (*MEGAZAT, emere; MAHIÉD, ire*); in primo enim radicalibus ገዘ ፡, ultra መ initialem, quæ est characteristica modi infinitivi, additur in fine littera ት, dum in secundo radicalibus ሔድ additur initialis characteristica መ pro infinitivo, et finalis fit sexta pure consonans, quæ necessario additur syllabæ præcedenti; hæc tamen lex pro infinitivo non est tam constans quam supradicta.

ristica formæ causativæ, quando invenitur in concursu cum TA, vel TE, vel TU, secundarum personarum, necnon cum NA, vel NE, vel NU, adfixis primæ personæ numeri pluralis, tunc, amissa sua vocali, transformatur in F, uti *KOCĪSA* (*fodere*, vel *arare facio*) in secunda dicit *KOCĪFTA* in singulari, et *KOCĪFTU* pro plurali, necnon *KOCĪFNA* pro prima pluralis. In verbis vero ubi characteristica formæ causativæ duplex est, uti *BEKSĪSA*, sola secunda transformatur in F, et dicitur *BEKSĪFTA* (*cognoscere facis*).

Hæc est fere unica differentia, quæ intercedit in conjugatione verborum formæ causativæ, a verbis aliarum formarum; quæ tamen differentia non a forma repetenda videtur, quia extenditur etiam ad omnia alia verba habentia pro ultima radicali SA, licet simplicia, uti *AÇÉSA* (*occido*), quæ in secunda persona facit *AÇÉFTA*, et sic de aliis.

Observandum tandem quod forma causativa, licet stricte reduplicari possit in utraque lingua, rarissime tamen reduplicari solet in lingua amarica, excepto casu, quod forma causativa adoptata inveniatur in aliquo verbo tanquam radicalis, uti dictum est de forma simplici secundum quid. E contra frequentissime reduplicari solet in lingua oromonica; circa quam tamen observandum insuper, quod si occurrat reduplicari forma causativa, tunc non immediate reduplicatur una characteristica ipsius post aliam, sed ordinarie post primam formam causativam, verbum prius induit formam emphatico-activam, et postea super eam accipiet iterum formam causativam, v. g. *KÓTA* (*fodiam*), *KOCĪSA* (*fodere faciam*) *KOCISIFÁḌḌA* (*impello ut fodere faciat*), et *KOCISIFACĪSA* (*fortiter faciam ut*

fodere faciant); in hoc ultimo exemplo habentur quatuor formæ, ante omnes CI activa simplex super quam constructa est causativa prima SI, postea venit emphatico-activa FA-CI, tandem causativa ultima SA.

Hisce præmissis, sit nunc prius exemplum amaricum formæ causativæ; ad quod intelligendum præmittam formam simplicem, uti feci de forma activa; igitur sit pro exemplo verbum ነገሠ። (*regnabat*).

Præsens vel futurum proximum.

		Regnare	
Regnabo....	እነግሣለሁ።	faciam....	አስነግሣለሁ።
Regnabis....	ትነግሣለህ።	facies.....	ታስነግሣለህ።
Regnabis (f.).	ትነግሣለሽ።	facies (f.)..	ታስነግሣለሽ።
Regnabit....	ይነግሣል።	faciet.....	ያስነግሣል።
Regnabit (f.).	ትነግሣለች።	faciet (f.)..	ታስነግሣለች።
Regnabimus..	እንነግሣለን።	faciêmus..	አስነግሣለን።
Regnabitis...	ትነግሣላችሁ።	facietis....	ታስነግሣላችሁ።
Regnabunt...	ይነግሣሉ።	facient....	ያስነግሣሉ።

Præteritum simplex.

		Regnare	
Regnabam...	ነገሥሁ።	faciebam...	አስነገሥሁ።
Regnabas....	ነገሥህ።	faciebas...	አስነገሥህ።
Regnabas (f.).	ነገሥሽ።	faciebas (f.)	አስነገሥሽ።
Regnabat....	ነገሠ።	faciebat...	አስነገሠ።
Regnabat (f.).	ነገሠች።	faciebat (f.)	አስነገሠች።
Regnabamus..	ነገሥን።	faciebamus.	አስነገሥን።
Regnabatis...	ነገሣችሁ።	faciebatis..	አስነገሣችሁ።
Regnabant...	ነገሡ።	faciebant..	አስነገሡ።

Præteritum compositum[1].

Regnavi..... ነገሥያለሁ። Regnare feci... አስነገሥያለሁ።

[1] Hoc tempus componitur ex participio præterito et ex verbo auxiliari አለሁ።, in tempore præsenti, de quo ubi de verbo auxi-

Regnavisti . . .	ነገሠኻል ፡	Regnare	fecisti	አስነገሠኻል ፡
Regnavisti (f.)	ነገሠሻል ፡		fecisti (f.) . .	አስነገሠሻል ፡
Regnavit	ነገሦዋል ፡		fecit	አስነገሦዋል ፡
Regnavit (f.) . .	ነገሦዋለች ፡		fecit (f.) . .	አስነገሦዋለች ፡
Regnavimus . .	ነገሠናል ፡		fecimus . . .	አስነገሠናል ፡
Regnavistis . . .	ነገሣችሁዋል ፡		fecistis	አስነገሣችሁዋል ፡
Regnaverunt . .	ነገሡዋል ፡		fecerunt . . .	አስነገሡዋል ፡

Plus quam perfectum formæ simplicis.

Regnaveram [1]	ነገሤ ፡ ነበርሁ ፡
Regnaveras	ነገሠሀ ፡ ነሀረሀ ፡
Regnaveras (fem.)	ነገሠሽ ፡ ነበረሽ ፡
Regnaverat	ነገሠው ፡ ነበረው ፡
Regnaverat (fem.)	ነገሠች ፡ ነበረች ፡
Regnaveramus	ነገሠን ፡ ነበርን ፡
Regnaveratis	ነገሣችሁ ፡ ነበራችሁ ፡
Regnaverant	ነገሡው ፡ ነበሩ ፡

Plus quam perfectum formæ causativæ.

Regnare feceram	አስነገሤ ፡ ነበርሁ ፡
Regnare feceras	አስነገሠሀ ፡ ነበረሀ ፡
Regnare feceras (fem.)	አስነገሠሽ ፡ ነበረሽ ፡
Regnare fecerat	አስነገሠው ፡ ነበረ ፡
Regnare fecerat (fem.)	አስነገሠች ፡ ነበረች ፡
Regnare feceramus	አስነገሠን ፡ ነበርን ፡
Regnare feceratis	አስነገሣችሁ ፡ ነበራችሁ ፡
Regnare fecerant	አስነገሡው ፡ ነበሩ ፡

liari substantivo plura dixi; quum autem participium componatur ex præterito simplici et pronomine personali adfixo immediate post radicales ነገሠ ፡, ad recte componendum hoc tempus igitur sufficit unire præteritum simplex verbo auxiliari, ita ut pronomen finale præteriti simplicis absorbeat አ verbi auxiliaris, et fiat quarta, excepta prima persona singularis, in qua pronomen variatur.

[1] Regnaveram, id est, *regnavi-eram*, bene consideratum verbum

Futurum remotum simplicis formæ.

Regnaturus sum................	ልነግሥ ፡ ነኝ ፡
Regnaturus es.................	ልትነግሥ ፡ ነህ ፡
Regnatura es (fem.)...........	ልትነግሥ ፡ ነሽ ፡
Regnaturus est................	ሊነግሥ ፡ ነው ፡
Regnatura est (fem.)...........	ሊትነግሥ ፡ ነት ፡
Regnaturi sumus...............	ልንነግሥ ፡ ነንና ፡
Regnaturi estis................	ልትነግሡ ፡ ናችሁ ፡
Regnaturi sunt.................	ሊነግሡ ፡ ናቸው ፡

Futurum remotum formæ causativæ.

Regnare facturus sum...........	ላስነግሥ ፡ ነኝ ፡ (ይሆናለሁ ፡)
Regnare facturus es............	ልታስነግሥ ፡ ነህ ፡
Regnare factura es (fem.)........	ልታስነግሥ ፡ ነሽ ፡
Regnare facturus est...........	ልያስነግሥ ፡ ነው ፡
Regnare factura est (fem.)........	ልታስነግሥ ፡ ነት ፡
Regnare facturi sumus..........	ልናስነግሥ ፡ ነንና ፡
Regnare facturi estis............	ልታስነግሡ ፡ ናችሁ ፡
Regnare facturi sunt............	ልያስነግሡ ፡ ናቸው ፡

Futurum de præterito formæ simplicis.

Regnaturus eram...............	ልነግሥ ፡ ነበርሁ ፡
Regnaturus eras...............	ልትነግሥ ፡ ነበርህ ፡
Regnatura eras (fem.)..........	ልትነግሥ ፡ ነበረሽ ፡
Regnaturus erat...............	ሊነግሥ ፡ ነበረ ፡
Regnatura erat (fem.)...........	ሊትነግሥ ፡ ነበረች ፡
Regnaturi eramus..............	ልንነግሥ ፡ ነበርን ፡
Regnaturi eratis...............	ልትነግሡ ፡ ነበራችሁ ፡
Regnaturi erant...............	ሊነግሡ ፡ ነበሩ ፡

latinum in suo plus quam perfecto exhibet perfecte eamdem compositionem, quam exhibent verba linguarum amaricæ et oromonicæ in eodem tempore; verbum ipsum auxiliare quo componitur perfecte idem significatum habet, imo et easdem irregularitates.

Futurum de præterito formæ causativæ.

Regnare facturus eram.	ላስነግሥ ፡ ነበርሁ ፡
Regnare facturus eras.	ልታስነግሥ ፡ ነበርህ ፡
Regnare factura eras (fem.).	ልታስነግሥ ፡ ነበርሽ ፡
Regnare facturus erat.	ልያስነግሥ ፡ ነበረ ፡
Regnare factura erat (fem.)	ልታስነግሥ ፡ ነበረች ፡
Regnare facturi eramus	ልናስነግሥ ፡ ነበርን ፡
Regnare facturi eratis.	ልታስነግሡ ፡ ነበራችሁ ፡
Regnare facturi erant.	ልያስነግሡ ፡ ነበሩ ፡

Lingua amarica habet etiam suum futurum imminens, etiam de præterito; quod tamen stricte non est simplex conjugatio verbi, sed potius compositio propositionis. Hucusque illud tacui, nunc semel producam in sola forma causativa.

Futurum imminens.

Nunc regnare facturus sum.	ላስነግሥ ፡ ደረስያለሁ ፡[1]
Nunc regnare facturus es.	ልታስነግሥ ፡ ደረስኻል ፡
Nunc regnare facturus est.	ልያስነግሥ ፡ ደረስዋል ፡
Nunc regnare facturi sumus	ልናስነግሥ ፡ ደረሰናል ፡
Nunc regnare facturi estis.	ልታስነግሡ ፡ ደርሳችዋል ፡
Nunc regnare facturi sunt.	ልያስነግሡ ፡ ደርሱዋል ፡

Futurum imminens de præterito.

Prope regnare facturus eram.	ላስነግሥ ፡ ደረሴ ፡ ነበርሁ ፡[2]

[1] Hoc verbum ደረሰ ፡ (*pervenit, maturavit, perfectum est*) est verbum normale respondens perfecte verbo oromonico *GAÈ;* in hac specie futuri imminentis officium præstat verbi auxiliaris; licet hoc tempus non possit dici simplex conjugatio verbi, sed potius compositio sermonis, quum tamen non possit aliter haberi hoc futurum, cæterum in utraque lingua valde usitatum, mihi visum est illud hic exponere.

[2] Hoc tempus componitur ex participio futuro ልነግሥ ፡ et ex plus quam perfecto verbi ደረሰ ፡; ex hoc tempore igitur duo alia tempora haberi possunt.

Prope regnare	facturi factur^us		
		eras	ሊታስነግሥ ፡ ደረስህ ፡ ነበረህ ፡
		erat	ሊያስነግሥ ፡ ደረሰው ፡ ነበረ ፡ [1]
		eramus	ሊናስነግሥ ፡ ደረስን ፡ ነበርን ፡
		eratis	ሊታስነግሡ ፡ ደረሳችሁ ፡ ነበራችሁ ፡
		erant	ሊያስነግሡ ፡ ደረሱው ፡ ነበሩ ፡

Imperativus.

Regna	ንግሥ ፡	Regnare fac	አስነግሥ ፡
Regnato	ይንግሥ ፡	Regnare facito	ያስነግሥ ፡
Regnemus	ንንግሥ ፡	Regnare faciamus	ናስነግሥ ፡
Regnate	ንግሡ ፡	Regnare facite	አስነግሡ ፡
Regnanto	ይንግሡ ፡	Regnare faciunto	ያስነግሡ ፡

Subjunctivus formæ simplicis.

Ut regnem	እንደነግሥ ፡
Ut regnes	እንድትነግሥ ፡
Ut regnet	እንዲነግሥ ፡
Ut regnemus	እንደንነግሥ ፡
Ut regnetis	እንደትነግሡ ፡
Ut regnent	እንዲነግሡ ፡

Subjunctivus formæ causativæ.

Ut regnare faciam	እንደስነግሥ ፡
Ut regnare facias	እንደታስነግሥ ፡
Ut regnare faciat	እንደያስነግሥ ፡
Ut regnare faciamus	እንደናስነግሥ ፡ [2]
Ut regnare faciatis	እንደታስነግሡ ፡
Ut regnare faciant	እንዲያስነግሡ ፡

[1] ነበረው ፡ In hoc verbo auxiliari, sicuti etiam in præcedenti, finalis est pronomen personale, quod in omnibus præteritis semper adformans est; in omnibus aliis personis sensibile est; in pronunciatione, in tertiis personis vero vix est sensibilis, qua de causa aliquando illud omisi, dicendo simpliciter ነበረ ፡, et in plurali ነበሩ ፡

[2] Quum in hoc tempore, et fere in omnibus temporibus subjunc-

Conditionale, sive de futuro, sive de præterito, potest dupliciter fieri, vel per litteram conditionalem ብ immediate ante radicales, vel per litteram የ pariter affixam ante radicales. In primo casu potest adjungi verbum auxiliare እንደሆን ፡ indeclinabiliter pro omnibus personis; sed non est absolute necessarium. In secundo casu autem dictum verbum auxiliare absolute necessarium est. Si agatur de conditionali futuro, verbum normale cum characteristicis personalibus præfixis temporis præsentis erit; si vero agatur de præterito, tunc verbum normale erit in præterito simplici. Ne multiplicentur inutiliter exempla, duas tantum personas ex unoquoque in forma causativa tantum exponam.

Conditionale simplicis formæ.

Si regnabo .... ብነግሥ ፡ (እንደሆን ፡)
Si regnabis .... ብትነግሥ ፡ (እንደሆን ፡)
Si regnabit, etc .... ቢነግሥ ፡ (እንደሆን ፡)

Conditionale formæ causativæ.

Si regnare faciam .... ባስነግሥ ፡ (እንደሆን ፡)

tivi modi, extraneus in lingua amarica facile confundere possit verbum affirmativum cum negativo, semel pro semper observare bonum est differentiam consistere in eo quod verbum affirmativum formæ causativæ vel etiam solum activæ, unam አ habeat tantum; e contra duas habeat verbum negativum; in verbo supradicto እንደማስነግ ሥ ፡ una tantum አ invenitur quæ est characteristica formæ, absorpta a littera ማ quarta, et in aliis personis a respectiva characteristica personali; si ageretur de verbo eodem negativo dicere oporteret እንዳማስነግሥ ፡, in quo duæ sunt litteræ አ, una in littera ዳ quarta, et secunda in ማ pariter quarta.

Si regnare facies......... ብታስነግሥ ፡ (እንደሆን ፡)
Si regnare faciet, etc...... ብያስነግሥ ፡ (እንደሆን ፡)

Idem futurum conditionale formæ simplicis.

Ego si regnabo.......... የነገሥሁ ፡ እንደሆን ፡
Tu si regnabis, etc....... የነገሥህ ፡ እንደሆን ፡

Idem futurum conditionale formæ causativæ.

Ego si regnare faciam..... ያስነገሥሁ ፡ እንደሆን ፡
Tu si regnare facies, etc... ያስነገሥህ ፡ እንደሆን ፡

Futurum conditionale de præterito formæ simplicis.

Si regnaverim .... የነገሥሁ ፡ ብሆን ፡ እንደሆንሁ ፡
Si regnaveris, etc........ የነገሥህ ፡ ብሆን ፡ እንደሆንህ ፡

Futurum conditionale de præterito formæ causativæ.

Si regnare fecerim....... ያስነገሥሁ ፡ ብሆን ፡ እንደሆንሁ ፡
Si regnare feceris, etc..... ያስነገሥህ ፡ ብሆን ፡ እንደሆንህ ፡

Futurum conditionale determinatum formæ simplicis.

Quum regnavero .... የምነግሥሁ ፡ ጊዜ ፡
Quum regnaveris, etc..... የምትነግሥህ ፡ ጊዜ ፡

Futurum conditionale determinatum formæ causativæ.

Quum regnare fecero..... የማስነግሥሁ ፡ ጊዜ ፡
Quum regnare feceris, etc.. የማስነግሥህ ፡ ጊዜ ።

Idem futurum determinatum ad tempus, omittendo litteras finales ሁ ፡ et ህ ፡ dicendo simpliciter የምነግሥ ፡ የማስነግሥ ፡ ጊዜ ፡ tunc amittet de certitudine futuritionis, et conditio erit solum determinata ad circumstantiam regni, non temporis.

Participium gerundivum formæ simplicis.

Ego regnans........................ ስነግሥ ፡
Tu regnans........................ ስትነግሥ ፡
Ille regnans........................ ሲነግሥ ፡
Nos regnantes........................ ስንነግሥ ፡
Vos regnantes........................ ስትነገሡ ፡
Illi regnantes........................ ሲነገሡ ፡

Participium gerundivum formæ causativæ.

Ego regnare faciens........................ ሳስነግሥ ፡
Tu regnare faciens........................ ስታስነግሥ ፡
Ille regnare faciens........................ ስያስነግሥ ፡
Nos regnare facientes........................ ስናስነግሥ ፡
Vos regnare facientes........................ ስታነገሡ ፡
Illi regnare facientes........................ ስያስነገሡ ፡

Participium futurum ex futuro remoto accipiatur, omisso verbo auxiliari; igitur sit de participio præterito :

Participium præteritum formæ simplicis.

Ego regnatus........................ ነገሤ ፡
Tu regnatus........................ ነገሠህ ፡
Ille regnatus........................ ነገሠው ፡
Nos regnati........................ ነገሠን ፡
Vos regnati........................ ነገሣችሁ ፡
Illi regnati........................ ነገሡው ፡

Participium præteritum formæ causativæ.

Ego regnare factus........................ አስነገሤ ፡
Tu regnare factus........................ አስነገሠህ ፡
Ille regnare factus........................ አስነገሠው ፡
Nos regnare facti........................ አስነገሠን ፡
Vos regnare facti........................ አስነገሣችሁ ፡
Illi regnare facti........................ አስነገሡው ፡

Igitur in tota sua extensione si attente allatum verbum perpendatur, invenitur nullam adesse differentiam conjugationis inter verbum formæ simplicis et idem verbum sub forma causativa, excepta additione litterarum formam constituentium; consequenter facillime poterit quis quæcunque alia verba simplicia ad formam causativam transformare, si hujus formæ accipiendæ capacia sint.

Ad conjugationem autem verbi, cujuscunque formæ illud sit, hæc regula pro lingua amarica observetur : prius quærenda tertia persona præteriti simplicis ut cognoscantur radicales verbi; deinde dicti præteriti completa conjugatione apprehensa, additis addendis, ad normam ejusdem, conjugatio cujuscunque alterius præteriti facile apprehendi poterit. Ex persona tertia dicti præteriti studeat quis invenire secundam personam numeri singularis imperativi modi; qua apprehensa, fere omnia alia tempora subjunctivi modi ex ea facile componere poterit. Modum tandem infinitivum addiscat, qui ad plura etiam alia componenda inserviet. Sit nunc exemplum formæ causativæ pro lingua oromonica.

Præsens vel futurum proximum.

Construam	*GÁRRA.*	Construere faciam	*GARSÎSA.*
Construes	*GÁRTA.*	Construere facies	*GARSÎFTA.*
Construet	*GÁRRA.*	Construere faciet	*GARSÎSA.*
Construet (fem.) . . .	*GÁRTE*[1].	Construere faciet (fem.).	*GARSÎFTE.*

[1] *GÁRTI* dicitur etiam mulier vetula, fœcunditate exhausta; masculus ejusdem ætatis dicitur *GÁRSA*; SA vertitur in TI pro genere feminino, etiam pluries in nominibus, licet pro istis lex satis constans non sit,

Construemus....	*g̣árna*.	Construere faciemus.	*g̣arsīfna*.
Construetis....	*g̣ártu*.	Construere facietis..	*g̣arsīftu*.
Construent......	*g̣árru*.	Construere facient..	*g̣arsīsu*.

Præteritum simplex.

		Construere		
Construebam....	*g̣arrè*[1].		faciebam...	*g̣arsīse*.
Construebas.....	*g̣artè*.		faciebas....	*g̣arsīfte*.
Construebat.....	*g̣arrè*.		faciebat.....	*g̣arsīse*.
Construebat (f.)..	*g̣árte̩*.		faciebat (f.)..	*g̣arsifte̩*.
Construebamus..	*g̣arnè*.		faciebamus...	*g̣arsīfne*.
Construebatis....	*g̣ártani*.		faciebatis....	*g̣arsīftani*.
Construebant....	*g̣árrani*.		faciebant....	*g̣arsīsani*.

Præteritum compositum.

		Construere		
Construxi......	*g̣arrêra*.		feci........	*g̣arsisêra*.
Construxisti.....	*g̣artêrta*.		fecisti......	*g̣arsiftêrta*.
Construxit......	*g̣arrêra*.		fecit.......	*g̣arsisêra*.
Construxit (fem.).	*g̣artêrṭe̩*.		fecit (fem.)..	*g̣arsiftêrte̩*.
Construximus....	*g̣arnêra*.		fecimus.....	*g̣arsifnêra*.
Construxistis....	*g̣artanîrtu*.		fecistis......	*g̣arsiftanîrtu*.
Construxerunt...	*g̣arranîru*.		fecerunt.....	*g̣arsisanîru*.

Plus quam perfectum formæ simplicis.

Construxeram...........................	*g̣arrè tûre*.
Construxeras...........................	*g̣artè tûrte*.
Construxerat...........................	*g̣arrè tûre*.

uti videbimus. Etymologia nominum *g̣ársa* et *g̣árti* esset *fabricator domus* in sensu probabiliter morali accipiendo *domum* pro *familia*.

[1] Hoc verbum *g̣árra* dicitur exclusive solummodo de fabricatione domorum, et nunquam de alio genere fabricationis. Si ageretur de fabricatione telæ, pro *texere* haberetur *dôva* (*texo*), et sic specificæ fabricationes ut plurimum proprium nomen et verbum habent in lingua oromonica, ad diversitatem linguæ amaricæ, in qua verbum ሠራ፡ (fabricabat) fere pro omni genere fabricationum usurpari solet.

Construxerat (fem.) . . . . *G̣ÁRTẸ TÛRTẸ.*
Construxeramus . . . . *G̣ÁRNÈ TÛRNE.*
Construxeratis . . . . *G̣ÁRTANI TÛRTANI.*
Construxerant . . . . *G̣ÁRRANI TÛRANI.*

Plus quam perfectum formæ causativæ.

Construere feceram . . . . *G̣ÁRSĪSE TÛRE.*
Construere feceras . . . . *G̣ARSĪFTE TÛRTE.*
Construere fecerat . . . . *G̣ARSĪSE TÛRE.*
Construere fecerat (fem.) . . . . *G̣ARSĪFTẸ TÛRTẸ.*
Construere feceramus . . . . *G̣ARSĪFNE TÛRNE.*
Construere feceratis . . . . *G̣ARSĪFTANI TÛRTANI.*
Construere fecerant . . . . *G̣ARSĪSANI TÛRANI.*

Futurum remotum formæ simplicis.

Constructurus sum . . . . *G̣ÁRRUF G̣IRÀ.*
Constructurus es, etc . . . . *G̣ÁRRUF G̣ÍRTA.*

Futurum remotum formæ causativæ.

Construere facturus sum . . . . *G̣ARSĪSUF G̣IRÀ.*
Construere facturus es, etc . . . . *G̣ARSĪSUF G̣ÍRTA.*

Sic de omnibus aliis personis, addendo infinitivo *G̣ÁRRU*, *G̣ARSĪSU*, litteram *F* pro participio futuro construendo, postea declinando verbum *G̣IRÀ;* si loco hujus verbi auxiliaris *G̣IRÀ* poneretur verbum *ITÁA*, indeclinabiliter, tunc futuri remoti minueretur certitudo futuritionis.

Futurum de præterito simplicis formæ.

Constructurus eram . . . . *G̣ÁRRUF TÛRE.*
Constructurus eras, etc . . . . *G̣ÁRRUF TÛRTE.*

Futurum de præterito formæ causativæ.

Construere facturus eram . . . . *G̣ÁRSĪSUF TÛRE.*
Construere facturus eras, etc . . . . *G̣ÁRSĪSUF TÛRTE.*

Sic in ceteris omnibus aliis personis, verbum normale indeclinabiliter uti in præcedenti, declinando solum verbum auxiliare *TÛRE*, uti in præcedentibus; nunc de futuro imminente.

Futurum imminens formæ simplicis.

Prope constructurus sum. . . . . *ÇÁRRUF GAÊRA.*
Prope constructurus es, etc . . . . *ÇÁRRUF GESÊRTA.*

Futurum imminens formæ causativæ.

Prope construere facturus sum . . . . *ÇARSĪSUF GAÊRA.*
Prope construere facturus es, etc. . . . . *ÇARSISUF GESÊRTA.*

Sic pariter de ceteris personis, declinando verbum auxiliare *GAÊRA*, uti in præcedentibus, ubi de futuro imminenti; ut autem habeatur futurum imminens de præterito, addi debet verbum *TÛRE* sic:

Futurum imminens de præterito formæ simplicis.

Prope constructurus eram. . . . . *ÇÁRRUF GAÈ TÛRE.*
Prope constructurus eras, etc. . . . . *ÇÁRRUF GÉSITE TÛRTE.*

Futurum de præterito formæ causativæ.

Prope construere facturus eram. . . . . *ÇARSĪSUF GAÈ TÛRE.*
Prope construere facturus eras, etc. . . . . . . *ÇARSĪSUF GÉSITE TÛRTE.*

Sic de aliis personis, declinando verbum *GAÈ*, uti in præterito simplici de eo dicendum, ubi de verbis irregularibus.

Imperativus.

Construe . . . . *ÇÁRRI*[1]. Construere fac . . . . *ÇARSĪSI.*

[1] *ÇÁRRI*, hic secunda persona imperativi verbi *construere domum*, uti nomen significat *quosdam homines* cognitos, de quibus sermo præ-

Construito	ÂG̣ARRU.	Construere facito	AG̣ARSĪSU.
Construamus.	G̣ÁRNA.	Construere faciamus . . .	G̣ARSĪFNA [1].
Construite	G̣ÁRRA.	Construere facite.	G̣ARSĪSA.
Construunto	ÂG̣ARRA.	Construere faciunto. . . .	AG̣ÁRSĪSA.

Subjunctivus simplex formæ simplicis.

Ut construam	ÁKA G̣ARRÚTTĬ.
Ut construas	ÁKA G̣ARTÚTTĬ.
Ut construat.	ÁKA G̣ARRÚTTĬ.
Ut construamus	ÁKA G̣ARNÚTTĬ.
Ut construatis.	ÁKA G̣ARTANÚTTĬ.
Ut construant.	ÁKA G̣ARRANÚTTĬ.

Subjunctivus simplex formæ causativæ.

Ut construere faciam	ÁKA G̣ARSISÚTTĬ.
Ut construere facias	ÁKA G̣ARSIFTÚTTĬ.
Ut construere faciat	ÁKA G̣ARSISÚTTĬ.
Ut construere faciamus.	ÁKA G̣ARSIFNÚTTI.
Ut construere faciatis	ÁKA G̣ARSIFTANÚTTĬ.
Ut construere faciant.	ÁKA G̣ARSISANÚTTĬ.

Conditionale futurum formæ simplicis.

Si construam	JÒ G̣ÁRRA (ITĀÈ).
Si construas, etc.	JÒ G̣ÁRTA (ITĀÈ).

cessit, vel qui paulo ante cum interlocutoribus erant, ita ut dicendo G̣ÁRRI ÉSA G̣IRÛ ? valeret uti si diceretur, *illi homines ubi sunt?* Probabilius imo vox G̣ÁRRI significat homines qui supponuntur esse tanquam objectum vel causa discursus, et tunc appareret aliqua etymologica origo a verbo de quo hic sermo est.

[1] G̣ÁRNA, G̣ARSĪFNA, hic tanquam imperativus usurpantur, sed stricte est perfecta personalitas primæ pluralis temporis præsentis, quia modus imperativus stricte secundas personas tantum habet, uti sæpius notavi.

Conditionale futurum formæ causativæ.

Si construere faciam .... *jò garsīsa (itāè).*
Si construere facies, etc. .... *jò garsīfta (itāè).*

Sic de cæteris personis, uti in tempore præsenti semper conjugando verbum normale. Circa verbum auxiliare *itāè* non est essentiale; in præterito, ut supra, positum, intelligitur de actione futura, conditione perfecta; si vero loco præteriti ponatur præsens *itâa*, tunc futuritio conditionis magis remota erit.

Conditionale de præterito simplicis formæ.

Si construxerim .... *jò garrè (itāè).*
Si construxeris, etc. .... *jò gartè (itāè).*

Conditionale de præterito formæ causativæ.

Si construere fecerim .... *jò garsīse (itāè).*
Si construere feceris, etc. .... *jò garsīfte (itāè).*

Sic de aliis personis, conjugando verbum normale uti in præterito simplici; ex quo compertum est, etiam in lingua oromonica, subjunctiva omnia conjugari semper et construi, vel ex præsenti, quum agitur de futuro, vel ex præterito simplici, quum agitur de præterito quocunque, excepto subjunctivo simplici, quod participat de utroque, de præsenti videlicet in singulari, et de præterito in plurali.

Conditionale determinatum formæ simplicis.

Quando construam .... *jômu gárra.*
Quando construes, etc. .... *jômu gárta.*

Conditionale determinatum formæ causativæ.

Quando construere faciam . . . . *JÔMU GARSÎSA.*
Quando construere facies, etc. . . . . *JÔMU GARSÎFTA.*

Şic de ceteris personis conjugando verbum normale uti in præsenti.

Conditionale determinatum de præterito formæ simplicis.

Postquam construxerim . . . . *ÉRGE GARRÈ.*
Postquam construxeris, etc . . . . *ÉRGE GARTÈ.*

Conditionale determinatum de præterito formæ causativæ.

Postquam construere fecerim. . . . . *ÉRGE GARSÎSE.*
Postquam construere feceris, etc. . . . . *ÉRGE GARSÎFTE.*

Sic etiam de ceteris personis, conjugando verbum normale in præterito simplici.

Participium gerundivum formæ simplicis[1].

Ego construens. . . . . *ÚTU GÁRRU.*
Tu construens. . . . . *ÚTU GÁRTU.*
Ille construens . . . . *ÚTU GÁRRU.*
Nos construentes. . . . . *ÚTU GÁRNU.*
Vos construentes. . . . . *ÚTU GÁRTANU.*
Illi construentes. . . . . *ÚTU GÁRRANU.*

Participium gerundivum formæ causativæ.

Ego construere faciens . . . . *ÚTU GARSÎSU.*
Tu construere faciens . . . . *ÚTU GARSÎFTU.*

[1] Hoc tempus inservit sive pro præterito determinato *dum construerem,* sive etiam pro futuro, absque ulla omnino mutatione.

Ille construere faciens .... *ÚTU G̣ÁRSĪSU.*
Nos construere facientes.................... *ÚTU G̣ARSĪFNU.*
Vos construere facientes.................... *ÚTU G̣ARSĪFTANU.*
Illi construere facientes .... *ÚTU G̣ARSĪSANU.*

Participium perfectum formæ simplicis.

Ego constructus .... *G̣ÁRRETAN.*
Tu constructus.......................... *G̣ARTÊTI.*
Ille constructus.......................... *G̣ARRÊTI.*
Nos constructi.......................... *G̣ARNÊTI.*
Vos constructi.......................... *G̣ARTANÎTI.*
Illi constructi.......................... *G̣ARRANÎTI.*

Participium perfectum formæ causativæ.

Ego construere factus .... *G̣ARSĪSETAN.*
Tu construere factus.................... *G̣ARSIFTÊTI.*
Ille construere factus.................... *G̣ARSISÊTI.*
Nos construere facti.................... *G̣ARSIFNÊTI.*
Vos construere facti.................... *G̣ARSIFTANÎTI.*
Illi construere facti.................... *G̣ARSISANÎTI.*

Hoc participum responderet potius ablativo absoluto linguæ latinæ *facto, constructo, persoluto.*

Hucusque allatum exemplum exhibet formam causativam constructam immediate super formam simplicem. Nunc duo tempora pro exemplo sint formæ emphaticæ super causativam ; igitur, ut transformatio seu constructio clarior sit super allatum verbum :

Præsens vel futurum proximum.

Construere facio................ *G̣ARSĪSA* ..... *G̣ARSIFÁḌḌA.*
Construere facis................ *G̣ARSĪFTA*..... *G̣ARSIFÁḌTA.*
Construere facit................ *G̣ARSĪSA* ..... *G̣ARSIFÁḌḌA.*

Construere facit (fem.) .... G̣ARSÎFTẸ ..... G̣ARSIFÁḌTẸ[1].
Construere facimus .... G̣ARSÎFNA ..... G̣ARSIFÁḌNA.
Construere facitis .... G̣ARSÎFTU ..... G̣ARSIFÁḌTU.
Construere faciunt .... G̣ARSÎSU ...... G̣ARSIFÁḌḌU.

Præteritum simplex.

Construere faciebam .... G̣ARSÎSE ..... G̣ARSIFÁḌḌE.
Construere faciebas .... G̣ARSÎFTE ..... G̣ARSIFÁḌTE.
Construere faciebat .... G̣ARSÎSE ..... G̣ARSIFÁḌḌE.
Construere faciebamus .... G̣ARSÎFNE ..... G̣ARSIFÁḌNE.
Construere faciebatis .... G̣ARSÎFTANI ... G̣ARSIFÁḌTANI.
Construere faciebant .... G̣ARSÎSANI .... G̣ARSIFÁḌḌANI.

Præteritum compositum.

Construere feci .... G̣ARSISÊRA .... G̣ARSIFAḌḌÊRA.
Construere fecisti, etc. .... G̣ARSIFTÊRTA .. G̣ARSIFAḌTÊRTA.

Participium perfectum.

Ego construere factus .... G̣ARSÎSETAN ... G̣ARSIFÁḌḌETAN.
Tu construere factus, etc. .... G̣ARSIFTÊTI ... G̣ARSIFAḌTÊTI.

Sic omnes alii modi et tempora conjugari possunt, uti supra de forma emphatica, quæ in hac compositione finalis est[2]. Nunc sit exemplum de forma causativa reduplicata.

[1] Forma emphatica super causativam constructa non mutat sensum verbi, sed tantum vehementiorem reddit actionem; qua de causa rarissime in aliis temporibus additur, at frequentissime in modo imperativo ad præceptum roborandum.

[2] In omnibus reduplicationibus, vel finalis est forma emphatica, et tunc conjugatio ad modum dictæ formæ erit, uti prius ubi de forma emphatica, quæ tamen non differt ab activa, quia emphatica habet activam pro finali; vel finalis est forma causativa, et tunc conjugatio uti de forma causativa in præcedenti exemplo et sequenti.

Præsens seu futurum proximum.

Construere facio	ṢARSIFÁḌḌA	ṢARSIFACĪSA[1].
Construere facis	ṢARSIFÁḌTA	ṢARSIFACĪFTA.
Construere facit	ṢARSIFÁḌḌA	ṢARSIFACĪSA.
Construere facimus	ṢARSIFÁḌNA	ṢARSIFACĪFNA.
Construere facitis	ṢARSIFÁḌTU	ṢARSIFACĪFTU.
Construere faciunt	ṢARSIFÁḌḌU	ṢARSIFACĪSU.

Sic conjugari debent omnes alii modi et omnia alia tempora ad modum formæ causativæ antea ad extensum positæ, quia ipsa finalis est. In primo horum verborum ṢAR-SI-FA-ḌḌA, formæ tres sunt, SI-FA-ḌḌA; in secundo ṢAR-SI-FA-CI-SA, formæ quatuor sunt, SI-FA-CI-SA. In primo verbo ex duobus sensus non mutatur, quia forma emphatica causativæ addita vehementiam actionis tantum addit; in secundo autem verbo ṢARSIFACĪSA sensus mutatur, uno gradu removens actionem prædicatam a verbo, ita ut in causativa simplici, ṢARSÍSA valeat *construere facio;* ṢARSIFACĪSA vero valeat *facio ut construere faciat;* in quo subjectum regens verbum ṢARSIFACISA, per alium subjectum tertium influit in personam immediate et per se construentem.

Ad emphasim hujus verbi formæ causativæ duplicis, posset iterum in fine addi forma emphatica et dici ṢARSIFACISIFÁḌḌA, et sic haberetur duplex causativa et duplex

[1] Hæc forma causativa reduplicata adhuc satis in usu est in lingua apud personas alicujus qualitatis eminentis, quæ non immediate operantur, sed per officiales inferiores præcipiunt operationes cujuscunque generis; habet locum præcipue in ordine militari et hierarchico cujuscunque generis.

emphatica, quin tamen mutetur sensus; quia stricte sola causativa sensum mutat, mutando subjectum[1].

[1] Quum forma emphatica sit tantum pro emphasi cujuscunque verbi, et addi soleat sæpissime in modo imperativo, in omni casu formæ causativæ reduplicatæ potest supponi, quamvis minus frequenter adhiberi soleat, ad evitandam nimis longam articulationem verbi parum commodam.

CAPUT SEPTIMUM.

DE FORMA VERBORUM PASSIVA.

Forma passiva verborum non est quid particulare linguis, sive amaricæ, sive oromonicæ, sive etiam linguis semiticis; sed fere omnium omnino linguarum proprietas est. Philologice enim loquendo pernecesse est exprimere utrum actio indicata a verbo sit a subjecto illud regente peracta, an ab alio extraneo.

Lingua amarica valde utitur forma passiva, sicuti apud nos; e contra in lingua oromonica usus verbi passivi minor est. Circa usum formæ passivæ tamen differentia maxima est in omnibus linguis. Linguæ nostræ utuntur forma passiva etiam in tempore præsenti fere omnium verborum; linguæ amarica et oromonica non utuntur ea in tempore præsenti, nisi rarissime, et quando agitur de aliquibus verbis essentialiter passivis. Nam in tempore præsenti introducere solent agentem tanquam regentem verbum; sic, v. g., ut dicant *doceor*, dicere solent *docent me.* Lingua oromonica minus quam amarica forma passiva utitur hoc sensu, quod, non solum ea non utatur in tempore præsenti, sed sæpissime etiam non utitur in tempore præterito; sic, ut dicant *occisus est*, Abyssini dicunt ተገደለ ፡ Oromones vero dicere solent *ÍSA AGÊSANI* (*illum occiderunt*), et rarissime dicunt *AGESAMÈ* (*occisus est*).

Lingua latina sæpe utitur forma passiva ad exprimenda

verba neutra, uti *moritur, mortuus est;* e contra, linguæ tam amarica quam oromonica ea non utuntur. Imo, in his linguis, verba essentialiter neutra nullam omnino formam accipere solent; sed verba neutra per formam simpliciter simplicem exprimere solent : sic pro *moritur* lingua amarica ይሞታል ፡ habet, et lingua oromonica DŪA dicit.

In lingua amarica forma passiva exprimitur per litteram characteristicam ተ immediate ante radicales, ita ut hæc nunquam cedat locum alteri affixo, et tanquam radicalis illius verbi in passivum transformati haberi debeat. Si contingat construere aliam formam super passivam, uti causativa, immediate ante radicales stabit præfixum formæ passivæ; postea veniet præfixum formæ causativæ : sic verbum አወቀ ፡ (*cognoscebat*), ut passivum fiat, addit ተ, quæ tamen, absorbens primam radicalem verbi አ, fit quarta ታ et dicit ታወቀ ፡ (*cognoscebatur*); si vero occurrat hoc verbum addere formam causativam, ante ታ addit immediate አስ, et dicet አስታወቀ ፡ (*faciebat cognoscere*), quod latine *significabat*[1], *ostendebat*, diceretur. Sed quum hæc idea osten-

[1] Verbum *significare* derivare videtur a *signum facere*, verbum *ostendere* autem ex *tendere* vel *aperire os*. Ex hoc compertum videtur patres nostros composuisse voces ex primariis elementis, vel articulatis vel inarticulatis linguæ. Ars componendi adeo increvit apud nos, ut ex decem speciebus vocum, maxime verborum, saltem sex vel septem sint compositæ. Qua de causa voces et complicationes linguarum nostrarum adeo multiplicatæ sunt in comparatione linguarum populorum barbarorum, ut certo quodam modo nos juste gloriari debeamus de opulentia linguarum nostrarum. E contra populi barbari elegerunt potius multiplicare leges et formas quam voces; qua ratione satis

sionis per se veluti simplex habeatur, forma adepta a verbo *scire* ut transformetur in verbum *ostendere*, veluti radicalis considerata, uti diximus ubi de forma *simplici secundum quid*, poterit verbum *scire* secundam formam passivam inducere et dicere ታስታወቀ ፡ (*ostendebatur*), qua reduplicata dici deberet relative ad verbum *scire*, simplex vero passiva relative ad verbum *ostendere*. Imo omittendo formam causativam, ተታወቀ ፡ dici potest per formam mutuam, reduplicando simpliciter litteram characteristicam passivi, uti dictum est de forma mutua.

In lingua oromonica forma passiva exprimitur per litteram characteristicam M immediate post radicales collocata, ita ut tanquam radicalis considerari debeat, et nunquam locum cedat alteri affixo cujuscunque generis, etiam alterius formæ, saltem ordinarie; nisi alia forma tanquam radicalis verbi considerari debeat, uti in casibus formæ simplicis secundum quid dictum est : sic *ligo* dicitur oromonice HÍDA, *ligor* vero HÍDAMA dicitur. Si casu hoc verbum passivum recipere debeat formam causativam, hæc super passivam construitur dicendo HIDAMSÍSA (*facio ut ligetur*), in quo characteristica formæ passivæ amittit solum suam vocalem A et remanet simplex consonans M, im-

categorice et perfecte se exprimere possunt per longe minorem numerum vocum, quia una apud eos per formas multiplicatur, et valet duas, tres, et etiam quatuor nostras. Libenter alteri relinquam quæstionem, utrum perfectior dicenda sit multiplicitas vocum quam paucitas, quæ tamen sufficiat. Quod certum est, studium linguarum, quod olim schola matris dicebatur, nunc ludimagistrorum ac discipulorum ingenia plurimum fatigat.

mediate ante formam causativam. Si tandem hoc verbum passivo-causativum admittere debeat formam passivam reduplicatam, hæc super causativam construetur, et dicetur *HIDAMSÍSAMA*, in quo forma passiva duplex conspicitur, sed hoc fere nunquam audivi.

Nunc ad exemplum procedere volens juxta ordinem præcedentem, prius ab amarico incipiam, dupliciter verbum *ligari* exponens : prius in sua forma activa simplici, deinde in sua forma passiva pro comparatione.

Præsens vel futurum proximum.

Ligo	አሰራለሁ ፡[1]	Ligor	እታሰራለሁ ፡
Ligas.......	ታሰራለህ ፡	Ligaris	ትታሰራለህ ፡
Ligas (fem.)..	ታሰራለሽ ፡	Ligaris (fem.)..	ትታሰራለሽ ፡
Ligat.......	ያሰራል ፡	Ligatur.......	ይታሰራል ፡
Ligat (fem.)..	ታሰራለች ፡	Ligatur (fem.)..	ትታሰራለች ፡
Ligamus	እናሰራለን ፡	Ligamur......	እንታሰራለን ፡
Ligatis......	ታሰራላችሁ ፡	Ligamini	ትታሰራላችሁ ፡
Ligant......	ያሰራሉ ፡	Ligantur......	ይታሰራሉ ፡

Præteritum simplex.

Ligabam	አሰረሁ ፡	Ligabar	ታሰርሁ ፡
Ligabas.....	አሰረህ ፡	Ligabaris	ታሰረህ ፡
Ligabas (f.)..	አሰረሽ ፡	Ligabaris (fem.).	ታሰረሽ ፡
Ligabat	አሰረ ፡	Ligabatur.....	ታሰረ ፡

[1] Quum hoc verbum sit formæ activæ, in sua forma prima, አ initialis tanquam radicalis est, quæ semper absorbetur a characteristica formæ passivæ ተ, proinde hæc fit semper quarta ታ. Elegi hoc verbum pro exemplo, quia præ omnibus a me cognitum; quum enim a fidei catholicæ hostibus pluries ligatus essem, veniebant ad me multi, partim bona, partim mala mente; sicque potui hoc verbum satius audire, nec illud facile mihi memoria excidet.

Ligabat (f.)..	አሰረች ፡	Ligabatur (f.)..	ታሰረች ፡
Ligabamus...	አሰርና ፡	Ligabamur....	ታሰርና ፡
Ligabatis....	አሰራችሁ ፡	Ligabamini....	ታሰራችሁ ፡
Ligabant....	አሰሩ ፡	Ligabantur....	ታሰሩ ፡

Præteritum compositum.

Ligavi	አሰርያለሁ ፡	Ligatus fui....	ታሰርያለሁ ፡
Ligavisti	አሰርኸል ፡	Ligatus fuisti. .	ታሰርኸል ፡
Ligavisti (f.)..	አሰርሽል ፡	Ligata fuisti...	ታሰርሽል ፡
Ligavit	አሰርዋል ፡	Ligatus fuit....	ታሰርዋል ፡
Ligavit (f.)...	አሰርታል ፡	Ligata fuit	ታሰርታል ፡
Ligavimus...	አሰርናል ፡	Ligati fuimus..	ታሰርናል ፡
Ligavistis....	አሰራችሁዋል ፡	Ligati fuistis...	ታሰራችሁዋል ፡
Ligaverunt...	አሰሩዋል ፡	Ligati fuerunt..	ታሰሩዋል ፡

Plus quam perfectum formæ activæ simplicis.

Ligaveram...............	አሰሬ ፡ ነበርሁ ፡
Ligaveras	አሰረህ ፡ ነበረህ ፡
Ligaverat	አሰረው ፡ ነበረ ፡
Ligaveramus.............	አሰረን ፡ ነበርን ፡
Ligaveratis	አሰራችሁ ፡ ነበራችሁ ፡
Ligaverant	አሰሩው ፡ ነበሩ ፡

Plus quam perfectum formæ passivæ.

Ligatus fueram	ታሰሬ ፡ ነበርሁ ፡
Ligatus fueras............	ታሰረህ ፡ ነበረህ ፡
Ligatus fuerat............	ታሰረው ፡ ነበረ ፡
Ligati fueramus..........	ታሰረን ፡ ነበርን ፡
Ligati fueratis............	ታሰራችሁ ፡ ነበራችሁ ፡
Ligati fuerant............	ታሰሩው ፡ ነበሩ ፡

Futurum remotum formæ activæ simplicis.

Ligaturus sum............	ላሰር ፡ ነኝ ፡ (ይሆናል ፡)

Ligaturus es.............	ልታሰር ፡ ነህ ፡[1] (ይሆናል ፡)
Ligaturus est.............	ልያሰር ፡ ነው ፡ (ይሆናል ፡)
Ligaturi sumus...........	ልናሰር ፡ ነንና ፡ (ይሆናል ፡)
Ligaturi estis.............	ልታሰሩ ፡ ናችሁ ፡ (ይሆናል ፡)
Ligaturi sunt.............	ልያሰሩ ፡ ናቸው ፡ (ይሆናል ፡)

Futurum remotum formæ passivæ.

Ligandus sum.............	ልታሰር ፡ ነኝ ፡ (ይሆናል ፡)
Ligandus es.............	ልትታሰር ፡ ነህ ፡ (ይሆናል ፡)
Ligandus est.............	ሊታሰር ፡ ነው ፡ (ይሆናል ፡)
Ligandi sumus...........	ልንታሰር ፡ ነንነ ፡ (ይሆናል ፡)
Ligandi estis.............	ልትታሰሩ ፡ ናችሁ ፡ (ይሆናል ፡)
Ligandi sunt.............	ሊታሰሩ ፡ ናችው ፡ (ይሆናል ፡)

Hoc idem verbum eodem modo conjugatum potest inservire pro futuro de præterito et pro futuro imminenti, sive de præsenti, sive de præterito, per solam mutationem verbi auxiliaris. Sic pro futuro de præterito:

Futurum de præterito formæ activæ simplicis.

Ligaturus eram...........	ላሰር ፡ ነበርሁ ፡
Ligaturus eras, etc........	ልታሰር ፡ ነበረህ ፡

Futurum de præterito formæ passivæ.

Ligandus eram...........	ልታሰር ፡ ነበርሁ ፡
Ligandus eras, etc.........	ልትታሰር ፡ ነበረህ ፡

[1] In hac persona verbum activum convenit cum prima passivi, sed facile dignoscitur, quum discursus sit in persona secunda, in qua duplex ተ semper invenitur, una characteristica personalis semper sexta, et secunda characteristica formæ passivæ, quæ quarta erit quando littera sequens est ኦ, quum agitur de forma passiva. Si una tantum ተ inveniatur in persona secunda, signum est verbum activum esse.

Sic de aliis personis, conjugando auxiliare ut supra in plus quam perfecto. Pro futuro autem imminenti :

Futurum imminens formæ activæ simplicis.

Prope ligaturus sum .... ላስር ፡ ደረስያለሁ ፡
Prope ligaturus es......... ልታስር ፡ ደረስኻል ፡
Prope ligaturus est, etc...... ልይስር ፡ ደረስዋል ፡

Futurum imminens formæ passivæ.

Prope ligandus sum........ ልታሰር ፡ ደረሲያለሁ ፡
Prope ligandus es......... ልትታሰር ፡ ደረሰኻል ፡
Prope ligandus est, etc..... ሊታሰር ፡ ደረሰዋል ፡

Sic de ceteris personis conjugando verbum auxiliare uti in præterito perfecto. Si vero verbum auxiliare idem conjugetur uti in plus quam perfecto, tunc habebitur imminens de præterito.

Futurum imminens de præterito formæ activæ simplicis.

Prope ligaturus eram........ ላስር ፡ ደረሴ ፡ ነለርሁ ፡
Prope ligaturus eras, etc.... ልታስር ፡ ደረሰህ ፡ ነበረህ ፡

Futurum imminens de præterito formæ passivæ.

Prope ligandus eram .... ልታሰር ፡ ደረሴ ፡ ነበርሁ ፡
Prope ligandus eras, etc.... ልትታሰር ፡ ደረሰህ ፡ ነበረህ ፡

Imperativus modus stricte non habet passivum nisi in tertiis personis et in prima pluralis, quæ revera ad imperativum nonnisi secundum quid pertinent.

Imperativus.

Liga.........	እሰር ፡	Ligare......	(Deest pass.)
Ligato	ይሰር ፡	Ligator.....	ይታሰር ፡

Ligemus	ናሰር ።	Ligemur	ንታሰር ።
Ligate	እሰሩ ።	Ligamini	(Deest pass.)
Liganto	ያሰሩ ።	Ligantor	ይታሰሩ ።

Deficiente spatio pro utraque columna, in sequentibus modis et temporibus hujus verbi omittam columnam verbi activi.

Subjunctivus passivus simplex.

Ut liger	እንድታሰር ።
Ut ligeris	እንድትታሰር ።
Ut ligetur	እንዲታሰር ።
Ut ligemur	እንድንታሰር ።
Ut ligemini	እንድትታሰሩ ።
Ut ligentur	እንዲታሰሩ ።

Conditionale passivum futurum.

Si ligatus fuero....	ብታሰር ። (*vel* የታሰርሁ ።) እንደሆንሁ ።[1]
Si ligatus fueris ...	ብትታሰር ። (*vel* የታሰርህ ።) እንደሆንህ ።
Si ligatus fuerit ...	ቢታሰር ። (*vel* የታሰረው ።) እንደሆነ ።
Si ligati fuerimus ..	ብንታሰር ። (*vel* የታሰርን ።) እንደሆንን ።
Si ligati fueritis ...	ብትታሰሩ ። (*vel* የታሰራችሁ ።) እንደሆናችሁ ።
Si ligati fuerint....	ቢታሰሩ ። (*vel* የታሰሩው ።) እንደሆኑ ።

Conditionale passivum de præterito.

Si ligatus fuissem..	ታሰሬ ። ብሆን ። እንደሆን ።
Si ligatus fuisses ...	ታሰረህ ። ብትን ። እንደሆን ።
Si ligatus fuisset ...	ታሰረው ። ቢሆን ። እንደሆን ።
Si ligati fuissemus..	ታሰረን ። ብንሆን ። እንደሆን ።
Si ligati fuissetis ...	ታሰራችሁ ። ብትሆኑ ። እንደሆን ።
Si ligati fuissent ...	ታሰሩው ። ቢሆኑ ። እንደሆን ።

[1] Jam dixi alibi verbum auxiliare እንደሆን ። in conditionalibus posse indeclinabiliter adhiberi.

Futurum passivum determinatum.

Quum ligatus fuero . . . . የታሰርሁ ፡ ጊዜ ፡
Quum ligatus fueris, etc. . . . . የታሰርህ ፡ ጊዜ ፡

Sic de ceteris personis, verbum normale ut supra, addendo solum præformantem የ, et particulam ጊዜ ፡

Præteritum passivum determinatum.

Quum ligatus essem. ታሰሬ ፡ የነበርሁ ፡ ጊዜ ፡ (*vel* ሳለሁ ፡)[1]
Quum ligatus esses.. ታሰረህ ፡ የነበረህ ፡ ጊዜ ፡ (*vel* ሳለህ ፡)
Quum ligatus esset.. ታሰረው ፡ የነበረ ፡ ጊዜ ፡ (*vel* ሳለው ፡)
Quum ligati essemus ታሰረን ፡ የነበርን ፡ ጊዜ ፡ (*vel* ሳለን ፡)
Quum ligati essent.. ታሰራችሁ ፡ የነበራችሁ ፡ ጊዜ ፡ (*vel* ሳላችሁ ፡)
Quum ligati essent.. ታሰሩ ፡ የነበሩ ፡ ጊዜ ፡ (*vel* ሳሉ ፡)

Quum participium ad multas alias compositiones inserviat, ideo prius participium passivum simplex, deinde pro modulo aliud participium particulæ causali unitum exponam.

Participium passivum simplex.

Ego ligatus . . . . ታሰሬ ፡ (*vel* ታሰርሁ ፡[2])
Tu ligatus . . . . ታሰረህ ፡

[1] የነበርሁ ፡ ጊዜ ፡ et ሳለሁ ፡ quasi idem significant, et indifferenter unum pro altero accipi solent, quamvis secundum auxiliare forsitan magis usitatum sit, præcipue quum agitur de re habita in certo tempore.

[2] Participium passivum sequitur in omnibus præteritum simplex, excepta prima persona, in qua pronomen finale ሁ ፡ vertitur in ዬ, vel expressam, vel absorptam. Tempora fere omnia in præterito accipiunt formam propriam a præterito simplici vel a participio; differentia in sola prima persona numeri singularis invenitur.

Ille ligatus.................... ታሰረው ።
Nos ligati.................... ታሰረን ።
Vos ligati.................... ታሰራችሁ ።
Illi ligati.................... ታሰሩው ።

Participium passivum particulæ causali unitum.

Ego quia ligatus................ ስለ ። ታሰሬ ። (*vel* ታሰርሁ ።)
Tu quia ligatus................ ስለ ። ታሰረህ ።
Ille quia ligatus................ ስለ ። ታሰረው ።
Nos quia ligati................ ስለ ። ታሰረን ።
Vos quia ligati................ ስለ ። ታሰራችሁ ።
Illi quia ligati................ ስለ ። ታሰሩው ።

Infinitivus.

Ligare............ ማሰር ። Ligari........... መታሰር ።

Ex hoc verbo et ex aliis præcedentibus satis constat per varias formas verborum quascunque nullo modo variari conjugationem verborum in lingua amarica, sed quæstionem esse solum de additione radicalium. Non idem dicendum de lingua oromonica, in qua diversitas formarum aliquam diversitatem in conjugatione verborum infert.

Pro exemplo formæ passivæ in lingua oromonica utor verbo *sepelire*, *sepeliri*, quod oromonice AWÁLU, AWÁLAMU dicitur; quia hoc verbum est fere unicum, ut certe scio, usitatum in fere omnibus suis temporibus et modis sub forma passiva; cetera autem, saltem in tempore præsenti, inusitata sunt sub dicta forma. Hic etiam, sicuti de amarico feci, præcedere faciam formam simplicem, ut quisque pro nutu possit per comparationem constructionem ejusdem formæ addiscere.

Præsens vel futurum proximum.

Sepelio.......	*AWÁLA*[1].	Sepelior......	*AWÁLAMA*.
Sepelis.......	*AWÁLTA*.	Sepeliris......	*AWALÁMTA*.
Sepelit.......	*AWÁLA*.	Sepelitur.....	*AWÁLAMA*.
Sepelit (fem.)..	*AWÁLTẸ*.	Sepelitur (fem.).	*AWALÁMTẸ*.
Sepelimus.....	*AWÁLNA*.	Sepelimur....	*AWALÁMNA*.
Sepelitis......	*AWÁLTU*.	Sepelimini....	*AWALÁMTU*.
Sepeliunt.....	*AWÁLU*.	Sepeliuntur...	*AWÁLAMU*.

Præteritum simplex.

Sepeliebam....	*AWALÈ*.	Sepeliebar....	*AWALAMÈ*.
Sepeliebas....	*AWALTÈ*.	Sepeliebaris...	*AWALÁMTE*.
Sepeliebat....	*AWALÈ*.	Sepeliebatur...	*AWALAMÈ*.
Sepeliebat (f.)..	*AWÁLTẸ*.	Sepeliebatur (f.).	*AWALÁMTẸ*.
Sepeliebamus..	*AWÁLNE*.	Sepeliebamur..	*AWALÁMNE*.
Sepeliebatis...	*AWÁLTANI*.	Sepeliebamini..	*AWALÁMTANI*.
Sepeliebant...	*AWÁLANI*.	Sepeliebantur..	*AWALÁMANI*.

Præteritum perfectum.

Sepelivi......	*AWALÊRA*.	Sepultus sum..	*AWALAMÊRA*.
Sepelivisti.....	*AWALTÊRTA*.	Sepultus es....	*AWALAMTÊRTA*.
Sepelivit......	*AWALÊRA*.	Sepultus est...	*AWALAMÊRA*.
Sepelivit (fem.).	*AWALTÊRTẸ*.	Sepulta est....	*AWALAMTÊRTẸ*.
Sepelivimus...	*AWALNÊRA*.	Sepulti sumus..	*AWALAMNÊRA*.
Sepelivistis....	*AWALTANÎRTU*.	Sepulti estis...	*AWALAMTANÎRTU*.
Sepeliverunt...	*AWALANÎRU*.	Sepulti sunt...	*AWALAMANÎRU*.

[1] *AWÁLA* significat etiam sepulcrum, quia prima persona præsentis sæpissime solet dare nomen substantivum. Oromones satis colunt sepulcra suorum maxime majorum. Mortuos suos solent sepelire ante portam domus eorum, in distantia paucorum passuum, maxime patrem et matrem; plurium autem passuum juxta minorem eorum cognationem, mares ad dexteram, fœminas ad sinistram. Super sepul-

Plus quam perfectum formæ activæ.

Sepeliveram	AWALÈ TÛRE
Sepeliveras	AWALTÈ TÛRTE.
Sepeliverat	AWALÈ TÛRE.
Sepeliverat (fem.)	AWÁLTE TÛRTE.
Sepeliveramus	AWÁLNE TÛRNE.
Sepeliveratis	AWÁLTANI TÛRTANI.
Sepeliverant	AWÁLANI TÛRANI.

Plus quam perfectum formæ passivæ.

Sepultus fueram	AWALAMÈ TÛRE.
Sepultus fueras	AWALÁMTE TÛRTE.
Sepultus fuerat	AWALAMÈ TÛRE.
Sepulta fuerat	AWALÁMTE TÛRTE.
Sepulti fueramus	AWALÁMNE TÛRNE.
Sepulti fueratis	AWALÁMTANI TÛRTANI.
Sepulti fuerant	AWÁLAMANI TÛRANI.

Futurum remotum formæ activæ.

Sepulturus sum	AWÁLUF GIRÀ.
Sepulturus es, etc	AWÁLUF GÍRTA.

cra facere solent sacrificia expiatoria, in quibus sacrificator est filius, etiam anniculus, pro proprio patre; et, pro ceteris, paterfamilias. In sepulcro ponunt pecuniam, utensilia et edulia omnis generis juxta uniuscujusque facultatem, statum et copiam. Cadaver collocari solet uti dormiens a latere dextro. Etymologia hujus verbi AWÁLA videtur mihi derivare ex WAL, WALÍTTI, voces quæ inserviunt ad exprimendas et componendas omnes ideas reciprocitatis, uti *simul* et *invicem* in lingua latina ; consequenter AWÁLA valeret sicuti *in unum coeo*, vel *revertor*, quasi cum Genesi dicere vellent Oromones : « de terra sumpti in terram revertimur. » Admiranda quoque hujus verbi affinitas cum verbo gallico *avaler*, « deglutire. »

Futurum remotum formæ passivæ.

Sepeliendus sum .... *AWÁLAMUF ĢIRÀ.*
Sepeliendus es, etc .... *AWÁLAMUF ĢÍRTA.*

Sic de ceteris personis conjugando solum auxiliare *ĢIRÀ* uti in præcedentibus videri potest.

Futurum de præterito formæ activæ.

Sepulturus eram .... *AWÁLUF TÛRE.*
Sepulturus eras, etc .... *AWÁLUF TÛRTE.*

Futurum de præterito formæ passivæ.

Sepeliendus eram .... *AWÁLAMUF TÛRE.*
Sepeliendus eras, etc .... *AWÁLAMUF TÛRTE.*

Sic de ceteris personis conjugando auxiliare *TÛRE*, ut supra in plus quam perfecto.

Futurum imminens formæ activæ.

Ego prope sepulturus .... *AWÁLUF GAÊRA.*
Tu prope sepulturus .... *AWÁLUF GESÊRTA.*
Ille prope sepulturus .... *AWÁLUF GAÊRA.*
Nos prope sepulturi .... *AWÁLUF GEÑÊRA.*
Vos prope sepulturi .... *AWÁLUF GESANÎRTU.*
Illi prope sepulturi .... *AWÁLUF GAANÎRU.*

Futurum imminens formæ passivæ.

Ego prope sepeliendus .... *AWÁLAMUF GAÊRA.*
Tu prope sepeliendus .... *AWÁLAMUF GESÊRTA.*
Ille prope sepeliendus .... *AWÁLAMUF GAÊRA.*
Nos prope sepeliendi .... *AWÁLAMUF GEÑÊRA.*
Vos prope sepeliendi .... *AWÁLAMUF GESANÎRTU.*
Illi prope sepeliendi .... *AWÁLAMUF GAANÎRU.*

Futurum imminens de præterito formæ activæ.

Prope sepulturus eram . . . . *AWÁLUF GAÈ TÛRE.*
Prope sepulturus eras, etc. . . . . *AWÁLUF GÊSE TÛRTE.*

Futurum imminens de præterito formæ passivæ.

Prope sepeliendus eram . . . . *AWÁLAMUF GAÈ TÛRE.*
Prope sepeliendus eras, etc . . . . *AWÁLAMUF GÊSE TÛRTE.*

Sic de ceteris personis : in prima numeri pluralis *GÊÑE TÛRNE*, in secunda *GÊSANI TÛRTANI*, et in tertia *GÂANI TÛRANI*, quia conjugatio in solum auxiliare cadit.

Imperativus activus et passivus.

Sepeli	*AWÁLI.*	Sepelire	*AWÁLAMI*[1].
Sepelito	*ÂAWÁLU.*	Sepelitor	*ÂAWÁLAMU*[2].
Sepeliamus	*AWÁLNA.*	Sepeliamur	*AWALÁMNA.*
Sepelite	*AWÁLA.*	Sepelimini	*AWÁLAMA.*
Sepeliunto	*ÂAWÁLA.*	Sepeliuntor	*ÂAWÁLAMA.*

Subjunctivus simplex formæ activæ.

Ut sepeliam . . . . *ÁKA AWALÚTTĬ.*
Ut sepelias . . . . *ÁKA AWALTÚTTĬ.*
Ut sepeliat . . . . *ÁKA AWALÚTTĬ.*
Ut sepeliamus . . . . *ÁKA AVALNÚTTĬ.*
Ut sepeliatis . . . . *ÁKA AWALTANÚTTĬ.*
Ut sepeliant . . . . *ÁKA AVALANÚTTĬ.*

Subjunctivus simplex formæ passivæ.

Ut sepeliar . . . . *ÁKA AWALAMÚTTĬ.*
Ut sepeliaris . . . . *ÁKA AWALAMTÚTTĬ.*

[1] Nunquam illud audivi.

[2] In hoc exemplo secutus sum potius regulas generales verborum passivorum quam usum popularem, fere nullum in praxi, sicut dixi ab initio hujus capitis.

Ut sepeliatur. . . . . *ÁKA AWALAMÚTTĬ.*
Ut sepeliamur . . . . *ÁKA AWALAMNÚTTĬ.*
Ut sepeliamini. . . . . *ÁKA AWALAMTANÚTTĬ.*
Ut sepeliantur. . . . . *ÁKA AWALAMANÚTTĬ.*

Pro ceteris subjunctivi temporibus, deficiente spatio, omittam formam simplicem, et solius formæ passivæ exemplum erit.

Conditionale futurum.

Si fuero sepultus. . . . . *ÁNI AWALAMÈ JÒ ITÁA.*
Si fueris sepultus. . . . . *ÁTI AWALÁMTE JÒ ITAÂTA.*
Si fuerit sepultus . . . . *HÍNNI AWALAMÈ JÒ ITÂA.*
Si fuerit sepulta. . . . . *ÍSẸN AWALÁMTẸ JÒ ITAÂTẸ.*
Si fuerimus sepulti. . . . . *NU AWALÁMNE JÒ ITAÂNNA.*
Si fueritis sepulti. . . . . *ÍSINI AWALÁMTANI JÒ ITAÂTU.*
Si fuerint sepulti . . . . *ÍSANI AWALÁMANI JÒ ITÂU.*

Pro futuro simplici poterat etiam dici simpliciter *ÁNI JÒ AWÁLÀMA*, *ÁTI JÒ AWALÁMTA* (*ego si sepeliar, tu si sepeliaris*), addendo simpliciter particulam conditionalem *JÒ* tempori præsenti.

Supradictum tempus conditionale futurum poterit inservire pro conditionali de præterito, si verbum auxiliare in fine de præsenti vertatur in præteritum simplex dicendo *JÒ ITAÈ*, *JÒ ITAÂTE*, *JÒ ITAÈ*, *JÒ ITAÂNNE*, *JÒ ITAÂTANI*, *JÒ ITÂANI*.

Præteritum determinatum.

Quum essem sepultus. . . . . *AWALAMÈ ÚTU ÁNI GỊRÀ.*
Quum esses sepultus. . . . . *AWALÁMTE ÚTU ÁTI GỊRTA.*
Quum esset sepultus. . . . . *AWALAMÈ ÚTU HÍNNI GỊRÀ.*
Quum esset sepulta. . . . . *AWALÁMTẸ ÚTU ÍSẸN GỊRTẸ.*

Quum essemus sepulti	AWALÁMNE ÚTU NU GÍRNA.
Quum essetis sepulti............	AWALÁMTANI ÚTU ÍSINI GÍRTU.
Quum essent sepult............	AWALÁMANI ÚTU ÍSANI GIRÙ.

Ad præteritum autem indeterminatum sed perfectum exprimendum, sic dicendum foret AWALAMÈ ÉRGA ANI TAÈ [1] (*sepultus postquam ego fui*); verbum AWALAMÈ, ut supra in præterito simplici conjugando, et verbum ITAÈ in fine, pariter in præterito simplici uti de verbis auxiliaribus invenitur.

Participium activum et passivum.

Ego sepeliens....	AWÁLETAN.	Ego sepultus	AWALÁMETAN.
Tu sepeliens.....	AWALTÊTI.	Tu sepultus	AWALAMTÊTI.
Ille sepeliens....	AWALÊTI.	Ille sepultus.....	AWALAMÊTI.
Nos sepelientes...	AWALNÊTI.	Nos sepulti......	AWALAMNÊTI.
Vos sepelientes...	AWALTANÎTI.	Vos sepulti......	AWALAMTANÎTI.
Illi sepelientes...	AWALANÎTI.	Illi sepulti......	AWALAMANÎTI.

[1] ANI TAÈ. Debuissem dicere ÁNI ITAÈ, quia I initialis radicalis est hujus verbi, ad distinguendum hoc verbum a verbo TÍA (sedeo), sed omissa est propter vocalem eamdem finalem pronominis præcedentis, quia in praxi non solet pronunciari.

CAPUT OCTAVUM.

DE VERBIS IRREGULARIBUS VEL QUASI IRREGULARIBUS.

Verba irregularia dicuntur illa quæ recedunt a legibus generalibus et communibus in conjugatione sive modorum, sive temporum, sive etiam personarum. Circa modos, tempora et personas, irregularia verba aliqua adsunt, tam in lingua amarica quam in oromonica, quæ sicuti eadem sunt in utraque lingua (imo [1] possem dicere in omnibus fere linguis æthiopicis et orientalibus), easdemque anomalias exhibentia, ideo de iis ante omnia alia, in unum hic sermo sit.

Hæc verba sunt duo, unum affirmativum, et alterum negativum. Verbum affirmativum est verbum *venire* (መምጣት ፡) (DÛFU), quod est verbum regulare, sive in lingua amarica, sive in lingua oromonica, exceptis secundis personis modi imperativi, pro quibus cessat verbum supradictum; in omnibus aliis normale et regulare est; et pro duabus illis personis subintrat aliud verbum, aliis radicalibus expressum, quod tamen nullos alios modos,

[1] Verba de quibus hic quæstio est eamdem perfecte anomaliam et irregularitatem exhibent in lingua arabica, in qua *veni* dicitur TAÂLI, et *nescio* dicitur (ni fallor) MAALIÇĬ. Primum non habet nisi secundas personas imperativi; secundum habet hanc solam personam. Idem perfecte evenit in lingua sidamica, in aliis vero videant alii.

nulla alia tempora et nullas alias personas habet; quod ut cognoscatur totum modum imperativum hic exponam :

	Amarice.	Oromonice.
Veni	ና ።	KÔTU.
Venito	ይምጣ ።	ADÛFU.
Veniamus	ንምጣ ።	DÚFNA.
Venite	ኑ ።	KÔTA.
Veniunto	ይምጡ ።	AADÛFA.

Igitur ና ። in singulari, et ኑ ። in plurali, sicuti KÔTU et KÔTA in lingua oromonica, perfecte aliud verbum exhibent in suis radicalibus a verbo normali *venire*. Attamen extra has duas personas imperativi modi nullibi apparet; consequenter est verbum irregulare in modis, temporibus et personis quibus caret. Verbum autem መጣ ። oromonice DUFÈ (*veniebat*), quod in omnibus aliis regulare est, quum careat duabus supradictis personis imperativi modi, in hoc etiam irregulare dici debet.

Verbum negativum irregulare, pro utraque lingua, est አንጃ ። amarice, et MÓḌI oromonice; quæ respondent verbo latino *nescio* in hac sola prima persona temporis præsentis; quia pro aliis omnibus personis, temporibus et modis, adest negativum verbi *scire*, quod in sua forma negativa verbum est regulare, habens etiam personam primam præsentis, in qua dicit አላውቅም ። (*nescio*), cujus affirmativum አውቃለሁ ። (*scio*) etiam regulare est. Dictum verbum አንጃ ። et MÓḌI habet solam primam personam temporis præsentis, et usitatissimum est in casu practico, dum quis interrogatur de aliqua re, et per se directe significat *nescio;* sed dicitur sæpe ad declinandam

responsionem; et aliquando videtur exprimere potius dubium quam ignorantiam totalem quæstionis. Hoc verbum, in utraque lingua, licet negativum, recedit tamen totaliter a forma negativa aliorum verborum, ita ut potius adverbium quam verbum dici deberet.

Postea veniunt verba auxiliaria, quæ in utraque lingua pollent tantum tempore vel præsenti, vel præterito simplici, uti verba ነኝ ፡, አለሁ ፡, et ነበረ ፡ in lingua amarica; deinde verba *ģirà*, *tûre* et *êra* finalis præteriti perfecti, in lingua oromonica; de quibus omnibus jam satis dictum est in capite III hujus lectionis.

In sola lingua amarica adest verbum *dicere* ማለት ፡ quod in pluribus temporibus præteriti, nec non in modis imperativo et subjunctivo, mutat suas radicales; quod pariter facit sub forma passiva. (De hoc videatur cap. III, art. 4, *De verbis auxiliaribus secundum quid.*)

In eadem lingua amarica solum adsunt aliqua verba quæ reduplicant radicalem aliquam ad formam mutuam acquirendam. (Vid. cap. IV, art. 2, paragr. 2, hujus lectionis.)

Tandem in eadem lingua, non secus ac in oromonica [1], adsunt aliqua verba, quæ in decursu conjugationis

[1] Quod dicitur hic de verbis linguæ oromonicæ intelligi debet de sola forma activa, quam aliqua verba accipere solent in aliquibus personis vel temporibus, in quibus amittunt formam simplicem. Sic verbum *jâda* (*cogito*) formæ simplicis, ut tale in secunda persona deberet dicere *jáḍta*, quod nunquam audiri solet, sed dicitur *jadáḍta*, in eadem secunda persona, quod est formæ activæ. Pariter verbum *ģálla* (*amo*), ut formæ simplicis, usitatum est in prima per-

accipiunt formam vel activam vel passivam in aliquibus tantum temporibus vel modis; aliqua etiam in præterito perfecto et plus quam perfecto induere solent tanquam radicalem ተ in fine, uti ሰራ ፡ ሰርቶ ፡, ቀራ ፡ ሰርቶ ፡, (*construebat*, *construxerat; relinquebat*, *reliquerat*) et similia. Quæ omnia tamen usus et consuetudo melius docebunt.

In lingua amarica aliæ notabiles irregularitates non adsunt; e contra admiranda valde ejusdem regularitas [1], quum nunquam mutet modum conjugandi sua verba cujuscunque formæ et qualiscunque naturæ sint, sive quoad initiales, sive quoad finales; ita ut, semel cognito modo conjugandi unum verbum in quolibet suo modo, tempore et persona, omnia omnino verba ad normam ejusdem semper et invariabiliter conjugari debeant quoad initiales et finales, salva forma, quæ in additione radicalium consistit.

In lingua oromonica e contra adsunt verba quæ ego volo appelare *irregularia*, quamvis stricte talia non sint, sed vera verba normalia et regularia in suo genere. Hæc potius dici deberent ad conjugationes speciales pertinentia; sed, quum pauca sint, et inter ea etiam diverso modo

sona præsentis et in paucissimis aliis personis, non vero in secunda persona, in qua nunquam audiri solet *ǵálta*, sed *ǵaládta*, quod est formæ activæ; sic de aliis personis hujus verbi quorumdamque aliorum verborum.

[1] Quod dicitur de lingua amarica, ni fallor, idem dicendum de hebraica et de multis aliis linguis semiticis cum aliqua moderatione, quod tamen libenter alteri judicandum remitto.

conjugari soleant, ne pro paucis verbis diversas statuam conjugationes verborum, elegi potius ea inter verba irregularia adscribere, quia recedunt ab ordine generali conjugationis aliorum verborum in secundis personis utriusque numeri et in prima numeri singularis, quamvis ceteroquin polleant omnibus omnino modis, temporibus et personis, nec non ordinem propriæ conjugationis semper invariabiliter servent.

Ut verba igitur omnia quæ recedunt ab ordine generali aliorum verborum in conjugatione melius innotescant, tabulas[1] transcribam verborum omnium omnino conjugationum in personis prima et secunda temporis præsentis, seu futuri proximi, quæ sufficiunt ad demonstrationem de qua hic quæstio est. In prima tabula ponam verba formæ simplicis, quæ exhibent generalissimum et quasi universalem modum conjugationis; postea venient illa quæ minimam variationem patiuntur; exinde ea quæ majorem irregularitatem exhibent; et tandem illa pauca quæ maxime a communi forma recedunt.

Tabula prima. — Tabula hæc continet verba in quibus variatio secundæ personæ est simplex littera t post ultimam consonantem radicalem.

[1] Pro facilitate his linguis studentium, tabulas verborum, quæ cæteroquin breves sufficerent pro comparatione practica, notabiliter augebo, ut in complexu hujus opusculi studens vocabularium sufficiens inveniat ad sibi comparandam eam linguæ suppellectilem, quæ ad paulisper confabulandum cum indigenis sufficiat, dum varias verborum species addiscere coactus erit.

	1ª pers. sing.		2ª pers. sing.	1ª pers. plur.
Aperio	BÂNA	Aperis	BÁNTA	BÁNNA.
Bibo	DÛGA	Bibis	DÚGTA	DÚGNA.
Cædo	MÛRA [1]	Cædis	MÚRTA	MÚRNA.
Claudo	CÛFA	Claudis	CÚFTA	CÚFNA.
Compono	TÓLCA	Componis	TÓLCITA	TÓLCINA.
Contraho (matrim.)	FÛDA	Contrahis	FÚḌTA	FÚḌNA.
Descendo	BÛA	Descendis	BÛTA	BÚNNA.
Desidero	KAǴÉLA	Desideras	KAǴÉLTA	KAǴÉLNA.
Doleo	GÁDDA	Doles	GÁḌTA	GÁḌNA.
Dormio	RÂFA	Dormis	RÁFTA	RÁFNA.
Extraho (aquam)	ORÂBA	Extrahis	ORÁBḌA	ORÁBNA.
Genero	DÁLCA	Generas	DÁLCITA	DÁLCINA.
Heredito	DÂLA	Hereditas	DÁLTA	DÁLNA.
Insufflo	AFÛFA	Insufflas	AFÚFTA	AFÚFNA.
Irascor	DEKÁMA	Irasceris	DEKÁMTA	[2]
Pinguesco	CÔMA	Pinguescis	CÓMTA	CÓMNA.
Pulso	TÛMA [3]	Pulsas	TÚMTA	TÚMNA.
Remaneo	ÂFA	Remanes	ÁFTA	ÁFNA.
Resplendeo	CÓRRA [4]	Resplendes	CÓRTA	CÓRNA.

[1] Hoc verbum significat *cædere, recidere,* sed etiam *decidere, definire,* sicut apud Latinos, nisi quod apud istos adest affinitas etymologica, dum apud illos verbum materialiter idem est; idem accidit in amarico de verbo ቈረጠ ፡ (*cædebat*).

[2] Hic non posui primam personam pluralis, quia non absolute necessarium est, quum, ex regulis jam ab initio statutis, et sæpe in præcedentibus exemplis allatis, T in secunda singularis vertitur in N in prima pluralis. Quando spatium permittet, aliquando primam pluralis, aliquando secundam ejusdem numeri ponam pro simplici exercitatione.

[3] Hoc verbum designat operationes omnes et artes malleatorias, vel in quibus adest pulsatio, percussio et fit rumor, uti ars textilis omnis, quæ in regionibus æthiopicis in honore non sunt.

[4] Hoc verbum accepi hic pro *resplendere*, sed significat potius *ra-*

	1ª pers. sing		2ª pers. sing.	1ª pers. plur.
Sano	FAJÎA	Sanas	FAJÎTA	FAJÍNNA.
Satior	KÛFA	Satiaris	KÚFTA	KÚFNA.
Superbio	KÔRA	Superbis	KÓRTA	KÓRNA.
Supero	CÂLA	Superas	CÁLTA	CÁLNA.
Transeo (flumen)	CÊA	Transis	CÊTA	CÉNNA.
Video	ILÂLA	Vides	ILÁLTA	ILÁLNA.
Extraho (sang. cornu)	KÔBA [1]	Extrahis	KÓDDA	KÓBNA.
Mentior	SÔBA	Mentiris	SÓBDA	SÓBNA.
Pluo	RÔBA	Pluis	RÓBDA	RÓBNA.
Privor	DÁBA	Privaris	DÁBDA	DÁBNA.

Hucusque relata verba in prima hac tabula exhibent communem et generalissimum modum conjugandi omnia alia. Tota conjugatio eorum in hoc consistit, quod, post ultimam consonantem, ante ejus vocalem, addatur T in secundis personis utriusque numeri, et N in prima pluralis, ita ut littera addita faciat syllabam cum ejus vocali, et ultima consonans radicalis sit addenda syllabæ præcedenti.

TABULA SECUNDA. — In sequenti tabula exponuntur verba quæ retinent quidem *TA* vel *TU*, *NA* vel *NE*, vel *TE*, in fine; sed vel ultimam vocalem post radicales retinent, vel eam mutant, vel etiam ultimam consonantem radicalem redu-

dios emittere; CÓRRA dicuntur radii solares intrantes in domum per fenestram.

[1] Hoc verbum et tria sequentia hic posui, quia etsi non in prima persona numeri pluralis, bene vero in secundis a regula recedunt. Generatim quum verbum habeat ultimam radicalem *BA BE*, in secunda persona loco T erit D, quæ tamen inclinat ad T.

Populi æthiopici omnes extrahunt sanguinem mediante quodam cornu et aspiratione. Actionem hujus extractionis per verbum *KÔBA* regulare exprimunt.

plicant ante characteristicam personalem supradictam, in secundis personis utriusque numeri, et in prima pluralis.

	1ª pers. sing.		2ª pers. sing.	1ª pers. plur.
Aspicio	*ÁRGA*	Aspicis	*ÁRGITA* . . .	*ÁRGINA*.
Clamo	*ÉYYO*	Clamas	*ÉYYITA* . . .	*ÉYYINA*.
Custodio (gregem),	*TÍXA*	Custodis	*TÍXITA* . . .	*TÍXINA*.
Extendo (meips.).	*DIRÍRSA* . . .	Extendis	*DIRÍRSITA* .	*DIRÍRSINA*.
Fugio	*SÓKKA* [1] . . .	Fugis	*SÓKKITA* . .	*SÓKKINA*.
Mutuor	*LIKÊSA* [2] . .	Mutuaris	*LIKÊSITA* . .	*LIKÊSINA*.
Parturio	*DEÊSA*	Parturis	*DEÊSITA* . .	
Patientia utor.	*ÓBSA*	Patientia uteris.	*ÓBSITA* . . .	*ÓBSINA*.
Patior *vel* coarctor.	*DIPPÁḌḌA* .	Pateris *vel* coarctaris. .	*DIPPÁTTA* . .	*DIPPÁNNA*.
Percutio	*RÚKUTA* . .	Percutis	*RUKÚTTA* . .	*RUKÚTNA*.
Prohibeo	*DÓRWA* . . .	Prohibes	*DÓRWITA* . .	*DÓRWINA*.
Projicio	*GÂTA*	Projicis	*GÁTTA*	*GÁTNA*.
Purgo	*KULLÊSA* . .	Purgas	*KULLÊSITA* .	*KULLÊSINA*.
Refrigero	*KABANÊSA* .	Refrigeras	*KABANÊSITA*	
Rideo	*KÓLFA*	Rides	*KÓLFITA* . .	*KÓLFINA*.
Salto	*SÍRBA* [3] . . .	Saltas	*SÍRBITA* . . .	*SÍRBINA*.
Sto	*DÂBA* [4] . . .	Stas	*DAVAḌTA* . .	

[1] Hoc verbum non debet confundi cum *SÔKA*, *SÓKTA* (quadro, quadras) quod dicitur de ligno, de lapide, præsertim de sale petra, quod quadrari solet, et sal tritum residuum *SÔKA* appellatur.

[2] Verba *LIKÊSA*, *DEÊSA* et *KABANÊSA*, habent terminationem formæ causativæ, licet nullomodò ad eamdem formam pertineant, neque ejusdem conjugationem sequantur; qua de causa in hac tabula posita sunt.

[3] Oromones populi distinguere non solent cantum a saltatione, quæ eadem voce appellant. In circulis suis cantare et saltare solent, et hoc communi vocabulo *SÍRBA* appellant, quamvis apud eos cantus et cantilenæ adsint absque saltatione.

[4] Hoc verbum in secunda persona accipit formam activam, et ge-

	1ª pers. sing.		2ª pers. sing.	1ª pers. plur.
Sugo.......	*TÛTA*	Sugis.........	*TÚTTA*....	*TÚTNA*.
Transeo.....	*DÉRVA* ...	Transis	*DÉRVITA* ..	*DÉRVINA*..

Verba hujusce secundæ tabulæ stricte eamdem habent conjugationem ac verba primæ tabulæ; sed tantummodo vel retinent vocalem ultimam ante litteram personalem, vel eam mutant, vel reduplicant litteram personalem ipsam; quod non potest dici diversitas conjugationis. Cetera non secus ac verba primæ tabulæ conjugantur.

Tabula tertia. — Verba tertiæ tabulæ sunt verba quæ reipsa videntur recipere aliquam formam, et ad normam formæ ejusdem conjugari debent, licet sint verba simplicia sicuti cetera omnia. Prius exponam ea quæ accedunt ad formam activam; postea illa quæ ad emphaticam, tandem illa quæ ad causativam.

1° Verba quæ accedunt ad formam activam.

	1ª pers. sing.		2ª pers. sing.	Infinitivus.
Consolor....	*GAMÁḌḌA*.....	Consolaris...	*GAMÁḌTA* ...	*GAMÁCU*[1].
Frigesco	*DAMÓḌḌA*.....	Frigescis....	*DAMÓḌTA* ...	*DAMÓCU*.
Invenio.....	*ARGÁḌḌA*.....	Invenis	*ARGÁḌTA*....	*ARGÁCU*.
Invideo.....	*GOMÁḌḌA*.....	Invides	*GOMÁḌTA* ...	*GOMÁCU*.
Loquor.....	*DUBÁḌḌA*.....	Loqueris	*DUBÁḌTA*....	*DUBÁCU*.
Manduco....	*ÑÁDA*.......	Manducas...	*ÑÁḌTA*.....	*ÑÁCU*.
Quæro......	*BARBÁḌḌA*....	Quæris.....	*BARBÁḌTA*...	*BARBÁCU*
Recipio.....	*FUDÁḌḌA*.....	Recipis.....	*FUDÁḌTA* ...	*FUDÁCU*.

neratim eam retinet in omnibus secundis personis, et in prima numeri pluralis.

[1] Hic, loco primæ personæ pluralis, volui ponere infinitivum, quia forma activa sola mutat infinitivum *cu;* idem dicendum de forma emphatica, propter activam ipsi adnexam.

2° Verba quæ accedunt ad formam emphaticam.

	1ª pers. sing.		2ª pers. sing.	Infinitivus.
Amico	*MICCIEFÁḌḌA*[1]	Amicas	*MICCIEFÁḌTA*	//
Assuefio[2]	*BARFÁḌḌA*	Assuefis	*BARFÁḌTA*	//
Calefio	*OAFÁḌḌA*	Calefis	*OAFÁḌTA*	*OAFÁCU.*
Cognatus fio	*FIROMFÁḌḌA*	Cognatus fis	*FIROMFÁḌTA*	//
Respiro	*AFURFÁḌḌA*	Respiras	*AFURFÁḌḌA*	//

3° Verba accedentia ad formam causativam.

Calefacio[3]	*OASÍSA*	Calefacis	*OASÎFTA*	*OASÎSU.*
Fatigo	*DIPPÎSA*	Fatigas	*DIPPÍFTA*	*DIPPÎSU.*
Tædio afficio	*ḌEḌḌABSÎSA*	Tædio afficis	*ḌEḌABSÍFTA*	//
Vestio	*OWÎSA*	Vestis	*OWÍFTA*	*OWÎSU.*

Hæc omnia verba debent conjugari juxta exempla antecedentia. Octo prima veluti spectantia ad formam activam; quinque sequentia tanquam pertinentia ad formam emphaticam, quæ tamen non differt ab activa, quam finalem semper habet. Quatuor ultima tandem, tanquam verba formæ causativæ. Quod dicimus de supradictis verbis, de quibuscunque aliis similibus verbis dicendum erit.

Tabula quarta. — In quarta tandem tabula veniunt aliqua verba quæ ego *irregularia* appello, quia a supradictis omnibus recedunt. Hæc insuper duplicis generis sunt. Primum genus est eorum quæ in secundis personis

[1] Quinque verba sequentia, quoad majorem partem sunt verba composita ex nomine per adjunctionem formæ emphaticæ; quia Oromones, ubi deficit verbum, illud componunt addendo nomini formam emphaticam, quæ dat actionem nomini etiam abstracto.

[2] Subintellige *cum aliquo*.

[3] Actio ab hoc verbo, sicut et tribus sequentibus, prædicata, non nisi in hominem tendit.

et in prima pluralis videntur accipere de forma causativa dicendo *lakâa*, *lakófta*, quamvis ad illam formam nullomodo pertineant, et illius sensum non exhibeant.

	1ª pers. sing.		2ª pers. sing.	1ª pers. plur.
Caco......	*bobâa*.....	Cacas......	*bobófta*[1]...	//
Concupisco.	*gomgâa*....	Concupiscis..	*gomgófta*...	//
Esurio....	*belâa*.....	Esuris......	*belófta*....	*belófna*.
Inebrior...	*mecâa*.....	Inebriaris...	*mecófta*...	//
Mingo....	*fingâa*.....	Mingis......	*fingófta*...	//
Nudus sum.	*kullâa*....	Nudus es....	*kullófta*...	//
Numero...	*lakâa*.....	Numeras....	*lakófta*....	*lakófna*.
Præparo...	*koppâa*....	Præparas....	*koppófta*...	//
Tædet me..	*mogâa*.....	Tædet te....	*mogófta*...	//

Secundum genus est eorum quæ in secundis personis et in prima pluralis differunt ab omnibus omnino aliis verbis, ita ut omittant etiam litteram T in secundis, et N in prima pluralis.

	1ª pers. sing.		2ª pers. sing.	1ª pers. plur.
Accendo...	*bobâa*.....	Accendis....	*bobêsa*....	.
Audio.....	*dagâa*.....	Audis......	*dagêsa*....	*dagêña*.
Ploro.....	*bôa*.......	Ploras......	*bôsa*......	*bôña*.
Possum...	*dendâa*....	Potes......	*dendêsa*...	*dendêña*.
Removeo...	*fagâa*.....	Removes....	*fagêsa*....	*fagêña*.
Sedeo.....	*tâa*.......	Sedes......	*teêsa*.....	*teêña*.
Sufficio....	*gâa*.......	Sufficis.....	*gêsa*......	*gêña*.

Verba igitur hujusce ultimæ tabulæ in prima persona,

[1] Hic novem hujus generis verba posui, et septem generis sequentis; generis utriusque posui solummodo ea quæ mihi occurrerunt memoriæ dum scriberem. Certum est nonnisi pauca alia existere quæ in discursu practico statim cognosci poterunt a prima et secunda persona ipsius numeri singularis, ut supra.

omnia similia et ad eamdem conjugationem pertinentia videntur; novem priora perfecte uti verba causativa sunt conjuganda quoad secundas personas et primam pluralis, et in ceteris personis uti simplicia. Ceterorum autem hic duo exempla proponam, ad quorum normam omnia similia conjugari poterunt. Sit igitur pro exemplo verbum *GÂA* (sufficiebat), utpote qui inservit aliquando uti auxiliare, cui addam verbum *DAGÂA*.

Præsens vel futurum proximum.

Ego sufficio....	*ÁNI GÂA.*	Ego audio.....	*ÁNI DAGÂA.*
Tu sufficis.....	*ÁTI GÊSA.*	Tu audis......	*ÁTI DAGÊSA.*
Ille sufficit....	*HÍNNI GÂA.*	Ille audit.....	*HÍNNI DAGÂA.*
Illa sufficit....	*ÍSEN GÊSE.*	Illa audit.....	*ISEN DAGÊSE.*
Nos sufficimus..	*NU GÊÑA.*	Nos audimus...	*NU DAGÊÑA.*
Vos sufficitis..	*ÍSINI GÊSU.*	Vos auditis....	*ÍSINI DAGÊSU.*
Illi sufficiunt...	*ÍSANI GÂU.*	Illi audiunt...	*ÍSANI DAGÂU.*

Præteritum simplex.

Sufficiebam....	*GAÈ.*	Audiebam.....	*DAGAÈ.*
Sufficiebas....	*GÊSE.*	Audiebas.....	*DAGÊSE.*
Sufficiebat....	*GAÈ.*	Audiebat.....	*DAGAÈ.*
Sufficiebat (f.)..	*GÊSITE.*	Audiebat (fem.).	*DAGÊSITE*[1].
Sufficiebamus..	*GÊÑE.*	Audiebamus...	*DAGÊÑE.*
Sufficiebatis...	*GÊSANI.*	Audiebatis....	*DAGÊSANI.*
Sufficiebant....	*GÂANI.*	Audiebant....	*DAGÂANI.*

[1] Hæc species verborum non satis regularis est circa tertiam personam generis feminini. Nam, ut ab initio notavi, est veluti lex generalis quod tertia persona hujus generis conjuganda est tanquam secunda persona, uti videri potest in omnibus exemplis præcedentibus, cum sola distinctione quod ultima vocalis sit *E* inclinans ad *I*. E contra

Perfectum compositum.

Suffeci	*GAÊRA.*	Audivi	*DAGAÊRA.*
Suffecisti	*GESÊRTA.*	Audivisti......	*DAGESÊRTA.*
Suffecit	*GAÊRA.*	Audivit.......	*DAGAÊRA.*
Suffecit (fem.)..	*GESÊRTẸ*[1].	Audivit (fem.)..	*DAGESÊRTẸ.*
Suffecimus....	*GEÑÊRA.*	Audivimus	*DAGEÑÊRA.*
Suffecistis.....	*GESANÎRTU.*	Audivistis.....	*DAGESANÎRTU.*
Suffecerunt....	*GAANÎRU.*	Audiverunt....	*DAGAANÎRU.*

Plus quam perfectum.

Suffeceram....	*GAÈ TÛRE.*	Audiveram....	*DAGAÈ TÛRE.*
Suffeceras.....	*GÊSE TÛRTE.*	Audiveras.....	*DAGÊSE TÛRTE*
Suffecerat.....	*GAÈ TÛRE.*	Audiverat.....	*DAGAÈ TÛRE.*
Suffecerat (f.)..	*GÊSẸ TÛRTẸ*	Audiverat (fem.).	*DAGÊSẸ TÛRTẸ.*
Suffeceramus ..	*GÊÑE TÛRNE.*	Audiveramus...	*DAGÊÑE TÛRNE.*
Suffeceratis....	*GÊSANI TÛRTANI.*	Audiveratis....	*DAGÊSANI TÛRTANI.*
Suffecerant....	*GÂANI TÛRANI.*	Audiverant....	*DAGÂANI TÛRANI.*

Futurum remotum efformatur mediante infinitivo indeclinabili cum additione *F* in fine, nec non verbi *ẸIRÀ* in quod solum cadit conjugatio : sic dicitur *GÂUF*, vel *DAGÂUF ẸIRÀ... ẸÎRTA*, uti in præcedentibus videri potest. Idem dicendum pro futuro de præterito, in quo, loco verbi auxiliaris *ẸIRÀ* poni debet verbum *TÛRE*, conjugatum ut supra in plus quam perfecto.

Pro futuro imminenti vero, idem verbum *GÂA* inservit

verba de quibus hic quæstio est aliquando hanc legem sequuntur, aliquando vero addunt *TẸ* personæ secundæ.

[1] *GESÊRTẸ* sæpissime auditur de virgine satis adulta ad matrimonium contrahendum, nec non de muliere proxime paritura, ut dicatur, *matura est ad matrimonium*, et *proxima ad partum.*

pro auxiliari et pro normali; pro auxiliari in præterito perfecto, et pro normali, ut supra in infinitivo cum additione *F* in fine : sic dicitur *GÂUF GAÊRA*, *GÂUF GESÊRTA*, ut supra in perfecto circa verbum auxiliare *GAÊRA*. Idem dicendum de verbo *DAGÂUF*, et de omnibus aliis, quum in hoc tempore hæc verba non recedant ab omnibus aliis regularibus.

Imperativus primi verbi.

Tu suffice[1]	*GÊSI*.
Ille sufficito.	*ÂGAU* vel *ÂGESU*[2].
Nos sufficiamus	*GÊSINA*.
Vos sufficite	*GÊSA*.
Illi sufficiunto	*ÂGAA* vel *ÂGESA*.

[1] Latinum fere nunquam dicit *suffice*, sed, in hac persona, *fac ut sufficias* dicere solet, et sic pariter omnes linguæ nostræ; quia hoc verbum uti neutrum non est capax præcepti in persona secunda. Hæc videtur ratio propter quam, in lingua oromonica, hæc verba in persona secunda videntur accedere ad formam causativam.

[2] *ÂGAU* vel *ÂGESU* dixi, quia hoc verbum, sicuti fere omnia alia hujus naturæ, solet induere quamdam aliam formam semi-causativam, quum agitur de casu alicujus actionis ad extra. Verbum accipit *SA* in fine, non tanquam forma causativa, sed tanquam radicalis, quum in secunda persona non soleat conjugari juxta regulas formæ causativæ, sed veluti forma simplex; dicit enim *DAGÊSA*, *DAGÊSITA*, et non *DAGSÎFTA*, vel *DAGESÎFTA*, uti vellet forma causativa. Qua de causa vocavi hanc formam *semi-causativam*. Hæc igitur forma solet subintrare aliquando, et addi huic speciei verborum, præcipue verbo *GÂA*, de quo hic quæstio est, et dicit *GÊSA*, *GÊSITA*, *GÊSINA*; ita ut persona secunda verbi *GÂA* supradicti fiat persona prima hujus verbi regularis, quod etiam significat *sufficere*, quando agitur de aliqua vi vel materia ad aliquid faciendum; non vero quando agitur de cessatione ac-

Imperativus secundi verbi.

Tu audi	DAGÂI[1] vel DAGÊSI vel DAGEFÁḌḌU.
Ille audito	ÂDAGAU.
Nos audiamus	DAGEFÁḌNA.
Vos audite	DAGÂA vel DAGEFÁḌḌA.
Illi audiunto	ÂDAGAA.

Subjunctivus simplex.

Ut sufficiam	ÁKA GAÚTTĬ.	Ut audiam	ÁKA DAGAÚTTĬ.
Ut sufficias	ÁKA GESÚTTĬ.	Ut audias	ÁKA DAGESÚTTĬ.
Ut sufficiat	ÁKA GAÚTTĬ.	Ut audiat	ÁKA DAGAÚTTĬ.
Ut sufficiamus	ÁKA GEÑÚTTĬ.	Ut audiamus	ÁKA DAGEÑÚTTĬ.
Ut sufficiatis	ÁKA GESANÚTTĬ.	Ut audiatis	ÁKA DAGESANÚTTĬ.
Ut sufficiant	ÁKA GAANÚTTĬ.	Ut audiant	ÁKA DAGAANÚTTĬ.

Conditionale.

Si suffecerim	GAÈ JÒ ITÂA.	Si audierim	DAGAÈ JÒ ITÂA.
Si suffeceris	GÊSE JÒ ITÂA.	Si audieris	DAGÊSE JÒ ITÂA.
Si suffecerit	GAÈ JÒ ITÂA.	Si audierit	DAGAÈ JÒ ITÂA.
Si suffecerimus	GÊÑE JÒ ITÂA.	Si audierimus	DAGÊÑE JÒ ITÂA.
Si suffeceritis	GÊSANI JÒ ITÂA.	Si audieritis	DAGÊSANI JÒ ITÂA.
Si suffecerint	GÂANI JÒ ITÂA.	Si audierint	DAGÂANI JÒ ITÂA.

tionis, sed significat *pervenire, dirigere* et *facere ut* aliquid *sufficiat;* in quo haberet naturam formæ causativæ, quamvis non sit, imo formam causativam recipiat dicendo GESĪSA, GESĪFTA (*facio ut perveniat*). Hoc verbum igitur est quod in imperativo modo supra allato subintrat, in certis personis, verbo GÂA. Accidit hic quod accidit in lingua latina, in verbis *vivificare, lætificare, fabricare, fabrefacere,* quæ, licet verbum *facere* jam includant in suis radicalibus, possunt tamen in discursu recipere iterum verbum *facere* sine repetitione, quum dicitur *vivificare facere, facere ut fabrefiat.*

[1] Propter citatam rationem etiam verbum *audire* in lingua oro-

Præteritum determinatum.

Quum sufficerem...	*ÚTU GÂU.*	Quum audirem ..	*ÚTU DAGÂU.*
Quum sufficeres ...	*ÚTU GÊSU.*	Quum audires...	*ÚTU DAGÊSU.*
Quum sufficeret ...	*ÚTU GÂU.*	Quum audiret ...	*ÚTU DAGÂU.*
Quum sufficeremus.	*ÚTU GÊÑU.*	Quum audiremus.	*ÚTU DAGÊÑU.*
Quum sufficeretis ..	*ÚTU GÊSANU.*	Quum audiretis..	*ÚTU DAGÊSANU.*
Quum sufficerent ..	*ÚTU GÂANU.*	Quum audirent ..	*ÚTU DAGÂANU.*

Participium.

Ego sufficiens.....	*GÂETAN.*	Ego audiens.. ..	*DAGÂETAN.*
Tu sufficiens......	*GESÊTI.*	Tu audiens	*DAGESÊTI.*
Ille sufficiens	*GAÊTI.*	Ille audiens.....	*DAGAÊTI.*
Nos sufficientes....	*GEÑÊTI.*	Nos audientes ...	*DAGEÑÊTI* [1].
Vos sufficientes....	*GESANÎTI.*	Vos audientes ...	*DAGESANÎTI.*
Illi sufficientes	*GAANÎTI.*	Illi audientes....	*DAGAANÎTI.*

Talia sunt verba quæ certo modo irregularia dicuntur, quæque dignosci in praxi semper poterunt a secunda persona temporis præsentis, quæ mutat TA in SA finalem.

Quum autem hæc verba majorem exhibeant irregularitatem sub eorum forma negativa, breve exemplum ejusdem hic addere necessarium puto.

monica raro dicit *DAGÂI*, sæpe *DAGÊSI*, sæpissime emphatice *DAGEFÁDDU.*

[1] In hac persona posui in traductione latina *sufficientes*, *audientes*, sed poteram dicere in ablativo *sufficientibus*, *audientibus*; quia allatum participium pro omni casu est, imo magis ablativo absoluto nostro respondere videtur. Quum autem participium in hac lingua unicum tempus habeat, poteram etiam dicere *auditis*; imo melius, quia participium præsens potest suppleri per *ÚTU*, ut supra.

Pro præsenti vel futuro proximo.

Non sufficio.....	*ENGÂU.*	Non audio.....	*ENDAGÂU.*
Non sufficis.....	*ENGÊSU.*	Non audis......	*ENDAGÊSU.*
Non sufficit.....	*ENGÂU.*	Non audit......	*ENDAGÂU.*
Non sufficit (fem.).	*ENGÊSU.*	Non audit (fem.).	*ENDAGÊSU.*
Non sufficimus...	*ENGÊÑU.*	Non audimus....	*ENDAGÊÑU.*
Non sufficitis....	*ENGÊSANU.*	Non auditis.....	*ENDAGÊSANU.*
Non sufficiunt...	*ENGÂANU.*	Non audiunt....	*ENDAGÂANU.*

Verba negativa, uti suo loco notavimus, habent tantum unum præteritum, quod sequens est fere invariabile pro omnibus personis, uti :

Præteritum.

Non suffeci.....	*ENGÊÑE.*	Non audivi.....	*ENDAGÊÑE.*
Non suffecisti....	*ENGÊÑE.*	Non audivisti....	*ENDAGÊÑE.*
Non suffecit.....	*ENGÊÑE.*	Non audivit.....	*ENDAGÊÑE.*
Non suffecimus...	*ENGÊÑE.*	Non audivimus...	*ENDAGÊÑE.*
Non suffecistis...	*ENGÊÑITANU.*	Non audivistis...	*ENDAGÊÑITANU.*
Non suffecerunt..	*ENGÊÑANU.*	Non audiverunt..	*ENDAGÊÑANU.*

Huic tempori si addatur verbum auxiliare *TÛRE* conjugatum uti de more, habebitur plus quam perfectum.

Imperativus.

Tu non suffice[1]..	*ENGÁIN.*	Tu non audi....	*ENDAGÁIN.*
Vos non sufficite..	*ENGÁINA.*	Vos non audite...	*ENDAGÁINA.*

[1] Uti jam diximus de affirmativo, difficile est exprimere latine sensum genuinum hujus verbi in secunda persona modi imperativi. Hic verbum amittit omnino sensum verbi *sufficere*, et significaret potius *ne appropinques*, vel *ne tangas*, vel *ne pervenias*. Ex hoc colligitur quod, in his linguis, quum voces et verba plures habeant sensus, in

Subjunctivus simplex primi verbi.

Ut non sufficiam	*ÁKA ẸNGAÚTTĬ.*
Ut non sufficias	*ÁKA ẸNGESÚTTĬ.*
Ut non sufficiat	*ÁKA ẸNGAÚTTĬ.*
Ut non sufficiamus	*ÁKA ẸNGEÑÚTTĬ.*
Ut non sufficiatis	*ÁKA ẸNGESANÚTTĬ.*
Ut non sufficiant	*ÁKA ẸNGAANÚTTĬ.*

Subjunctivus simplex secundi verbi.

Ut non audiam	*ÁKA ẸNDAGAÚTTĬ.*
Ut non audias	*ÁKA ẸNDAGESÚTTĬ.*
Ut non audiat	*ÁKA ẸNDAGAÚTTĬ.*
Ut non audiamus	*ÁKA ẸNDAGEÑÚTTĬ.*
Ut non audiatis	*ÁKA ẸNDAGESANÚTTĬ.*
Ut non audiant	*ÁKA ẸNDAGAANÚTTĬ.*

Quæ dixi hucusque de verbis ultro sufficientia sunt ad instruendum lectorem sive circa varias formas verborum, sive etiam circa modum conjugationis eorumdem. Si ex una parte aliqua obscuritas remanserit, vel ex altera parte prolixitas nimia aut etiam confusio aliqua adsit, hoc novitati materiarum per se obscurarum semel concedatur; prima enim hujus generis elucubratio est.

quibusdam temporibus et modis idem verbum magis ad unum sensum accedit quam ad alium, et aliquando unum verbum, quod in uno sensu non haberet imperativum modum, illud tamen habebit sub altero sensu. Ex quo, ni fallor, quum proprium sit omnibus linguis semiticis orientalibus, maxime antiquis et biblicis, nascitur maxima difficultas interpretandi sacros codices, et aliquæ differentiæ quæ inveniuntur inter varios textus eorumdem. Pro eorum enim interpretatione maxima peritia illarum linguarum antiquarum elementariarumque necessaria est.

Quod spectat ad linguam amaricam processus conjugationis verborum ipsius adeo regularis est et uniformis, ut unicum exemplum ultro sufficere potuisset. Verbum etenim, cujuscunque formæ sit, processum ejus conjugativum, cuilibet tempori et modo proprium, nunquam variat, sive quoad initiales; sive quoad finales cuilibet personæ proprias. Forma autem quæcunque nullam aliam variationem inducit verbo quam additionem aliquarum litterarum tanquam radicalium radicalibus primitivis. Hæ vero litteræ radicalibus additæ fere invariabiles sunt in se et aliquam tantum variationem patiuntur quoad vocalem. In hac lingua tota variatio est penes characteristicas personales, quæ variant pro varietate personæ, temporis et modi; deinde etiam in pronominalibus affixis, de quibus paulo infra agendum.

In lingua oromonica autem variationes personales longe simpliciores sunt quam in lingua amarica. In illa enim variationes præformantes personarum nullæ omnino sunt, sed omnes adformantes et finales; istæ autem aliquas diversitates exhibent pro diversitate naturæ verborum et diversitate formarum. Variationes quæ pendent a diversitate formæ verbi constantes sunt et nunquam variantur sub dicta forma; variationes vero quæ pendent a diversa natura verborum simplicium, hæ magis complexæ sunt, quas in tabulis ultimis, ubi de verbis irregularibus, serio meditari oportet. In lingua oromonica igitur, ut apprehendatur diversa conjugatio verborum, prius attendendum est utrum aliquod verbum formam aliquam habeat, vel adoptatam, vel naturalem.

Si habet, tunc conjugatio fit juxta formam ejus, uti in exemplis demonstratum est. Si vero non habet, tunc immediate post radicalem *T* addenda est in secundis personis pro characteristica personali, et *N* in prima pluralis. Hæc est lex generalis pro omnibus verbis formæ simplicis. Sed quæstio est solummodo de ultima vocali efformante ultimam syllabam verbi, quæ de lege ordinaria, relicta propria consonante radicali ultima, transfertur in finem ut faciat syllabam cum characteristica personali, et relinquit propriam consonantem radicalem ultimam vacuam; quæ proinde copulanda est syllabæ præcedenti, uti videri potest in verbis primæ tabulæ.

Ab hac lege ordinaria recedunt solum verba illa quæ in radicalibus suis habent penultimam syllabam terminantem cum consonanti, quæ quum inde non possit sibi copulare ultimam consonantem radicalem ad syllabam faciendam, ultima radicalis consonans consequenter debet necessario vel retinere suam vocalem, ut syllabam per se faciat, vel aliam vocalem accipere. Sic verba *ÓBSA* et *SÍRBA* debent in secunda persona facere *ÓBSITA*, et *SÍRBITA*, quia primæ syllabæ *OB* et *SIR* jam consonantes adformantes habent nempe *B* et *R*; consequenter non possunt sibi copulare consonantes *S* et *B*; ideo hæ ultimæ debent facere syllabam per se, et consequenter vel retinere propriam vocalem, vel aliam sibi comparare, ut syllabam per se faciant. Videatur de hoc tabula secunda, in qua inveniuntur insuper aliqua verba ad primam tabulam stricte pertinentia, uti *TÛTA*, *TÚTTA*, *TÓLCA*, *TÓLCITA*, et aliqua alia, huic secundæ tabulæ addita, quia

exhibent aliquam variationem; primum enim *TÔTA*, quum addat solum *T* de lege ordinaria, admittit reduplicationem hujus consonantis; secundum vero *TÓLCA*[1], quum dicit *TÓLCITA*, vocalem *I* adjungit.

Fere idem dicendum de aliis verbis ejusdem tabulæ secundæ, uti *LIKÊSA*, *LIKÊSITA*, *KULLÊSA*, *KULLÊSITA*, et alia hujus generis, quæ accipiunt quidem aliquid de forma causativa, sed tanquam simplicia sunt, et ut simplicia conjugari solent. Hæc enim, sicuti supradicta, addunt etiam vocalem *I* ante characteristicam personæ secundæ, propter *S* ipsis essentialem.

Cetera autem omnia verba fere eodem modo conjugari solent, a verbis formæ simplicis primæ tabulæ parum diverso, non exclusis verbis formam quamcunque induentibus; quia omnia semper induunt *TA*, vel *TE*, vel *TU*, vel *TANI*, in secundis personis; et *NA*, vel *NE*, vel *NU*, in prima numeri pluralis, ac consequenter differentia processus conjugationis, etiam in lingua oromonica, minima est, et importat omissionem tantum, vel additionem aliquarum vocalium, vel mutationem aliquarum consonantium, uti *S* in *F*, in forma causativa, et *Ḍ* in *T* in formis activis, nec non paucissima alia.

Remanent verba in quarta tabula relata, et illa qui-

[1] In alphabeto latino littera *C* habet duplicem sonum, acutum nempe, quando copulatur cum *A*, *O* et *U*, et dulcem quum invenitur in concursu cum *E* vel *I*. In oromonica vero lingua, quum *C* unicum sonum, nempe dulcem, habeat, *I* non est necessaria ad indicandum hunc sonum dulcem, quando *C* ponitur ante vocalem; ideo verbum *TÓLCA*, dicendo *TÓLCITÀ* in secunda persona, admittit veram additio-

dem sola, quæ in secunda numeri singularis persona, loco *TA* habent *SA*, quæ paucissima sunt; et ex his paucissimis major pars possunt adhuc transformari in verba regularia, induendo formam semi-causativam, uti duo supra in longum conjugata *GÂA* et *DAGÂA*, quæ, amittendo naturam neutram, transformantur in *GÊSA*, *GÊSITA*, *DAGÊSA*, *DAGÊSITA*, verba omnino regularia, quæ sicuti omnia alia regulariter conjugantur [1].

nem vocalis *I*, ac proinde verbum hoc ad categoriam de qua hic agitur certo pertinere dicendum est.

[1] Fere omnia hæc verba possunt sic transformari, relinquendo tamen naturam pure neutram, exceptis verbis *TÂA*, et *DENDÂA* (*sedeo*, et *possum*). Horum primum in imperativo habet *TÂI* (*sede*); secundum vero in eodem modo et persona transit etiam ad formam supradictam, et dicit *DENDÊSI*. Sed tunc non amplius significat *posse*, id est *pollere potentia et facultate* ad aliquid in actu primo simpliciter operandum, uti in aliis personis et temporibus, sed significat potius *patientiam habere, sustinere*.

LECTIO TERTIA.

DE PRONOMINIBUS.

Ordinem etymologicum nec non grammaticorum morem si sequerer, mihi prius de nomine quam de pronomine disserendum esset; pronomen enim vox est quæ nominis vices gerit, et hac ratione ducti grammatici omnes de illo post nomen sermonem instituunt. Sed officii ordinem secutus, quemadmodum volui nomini præmittere verba, ita nunc eidem præmitto pronomen, quia major est in his linguis quam in nostris pronominum usus[1]. Ceterum in his linguis, sicuti in orientalibus semiticis fere omnibus[2], pronomina ut plurimum verbis inseruntur tanquam affixa, quorum ideo veluti corollaria esse debent.

[1] In linguis omnibus elementariis et primitivis, ad quas procul dubio accedere debent præ nostris linguæ sive amarica sive oromonica, usus pronominum maximus est. Sæpe sine nomine loquuntur simplici verbo et pronomine, et nomine ut plurimum non utuntur, nisi quando idea discursui adeo peregrina est ut nequeat supponi vel pronomine suppleri. Hujus veritatis passim exempla occurrunt in sacris codicibus ipsis, licet in traductione eorum interpretes progressum linguarum non sequi non potuerunt; quum enim Deus Moysi proprium nomen dare renuerit, ad probandum existentiam sibi essentialiter convenire, pronomine usus est dicendo : *Ego sum qui sum.*

[2] De ceteris linguis judicium libenter alteri relinquam. Hanc vero

Pronomen igitur quum sit aliud personale, aliud possessivum, aliud demonstrativum, aliud indefinitum, et aliud relativum, de singulis hic agendum erit quinque capitibus distinctis, ordinem comparativum semper tenendo, ubi possibile erit, inter duas linguas.

CAPUT PRIMUM.

DE PRONOMINE PERSONALI.

Si *pronomen* antiqui Latini dixerunt, quia vices nominis gerit, æquo jure poterant a græco idiomate illud dicere *proto-nomen*, id est prima vox, quia revera nulla est vox tam elementicia in qualibet lingua. Si autem hoc dici potest de pronomine cujuscunque generis, præ omnibus certe dicendum est de pronomine personali. Humana enim familia in tribus et linguas dividitur; ita ut sæpe occurrat invenire duos populos sede vicinos, lingua autem alienos, ne unam quidem vocem habentes communem quoad radices [1]. Aliquod signum tamen retinet fere semper in pro-

esse characteristicam proprietatem linguæ hebraicæ et chaldaicæ, omnes his linguis satis initiati pro certo habent; hanc quoque esse proprietatem characteristicam linguæ amaricæ, quæ infra scribenda sunt satius demonstrabunt, quum hæc lingua cum hebraica sit valde affinis. Attamen non idem dicendum de lingua oromonica, quæ pronomina verbis affigere non solet bene vero solis nominibus.

[1] Hoc vere mirabiliter evenit inter linguam amaricam et oromonicam; hæ duæ linguæ nullo modo inter se conveniunt quoad radicales terminorum, quamvis abyssini et oromones populi, non solum inter se vicini, sed quam maxime inter se mixti, et veluti confusi dici debeant et sint.

nomine personali quarumdam personarum[1]. Quare primo pronomen personale, præ omnibus primitivum et elementicium, exponendum est. De eo igitur pro diversitate personarum in diversis articulis agemus.

ARTICULUS PRIMUS.

DE PRONOMINE PRIMÆ PERSONÆ.

Pronomen personale primæ personæ in casu recto est pro lingua amarica, እኔ፡ vel እኜ፡[2] nisi affixum verbo sit, quia tunc est vel የ, vel ሁ፡, et *ÁNI* vel *ÁNA* in lingua oromonica. In lingua amarica ኔ est *nun* Hebræorum cum *iod; nun* est radicalis et essentialis huic pronomini tanquam semitico, *iod* vero magis accedit ad linguas nostras. Hoc pronomen, in casu recto, quando affixum est verbo, ordinarie amittit *nun* et retinet solum *iod*, uti videri potest in participio እዱሬኔ፡, et in præterito composito እዱሬግዩ ለሁ፡ quod ex participio et verbo auxiliari componitur. In lingua oromonica, quando hoc pronomen solitarie sine verbo expresso profertur, magis *ÁNA* dicitur; quando vero

[1] Tres sunt personæ quæ præbent in pronomine aliquam affinitatem in linguis humanæ familiæ, præsertim apud semiticas stirpes, prima scilicet et secunda numeri singularis, et prima pluralis; in ceteris fere nulla est affinitas.

[2] Vix practice distingui potest in pronunciatione inter እኔ፡ et እኜ፡; utrumque vidi usitatum apud amaricos scriptores. Hæ duæ litteræ ኔ, ኜ, sunt idem *nun;* prima pura est, secunda autem addit signum amaricum pro *Ñ* hispanica et pro *GN* in lingua latina, quam diverso modo legunt nostri Europæi in alphabeto hujus linguæ; diversus autem modus legendi syllabam *gna*, apud nos, probaret litte-

immediate ante verbum est, tunc *ÁNI* veluti regens dici solet, ex. gr. : *WAKÁJONKÈ ÁNA, ÁNI MALÈ WÀK ẸNGIRÙ* (*Deus tuus ego, me*[1] *ultra Deus non adest*). Aliquando autem pronomen hoc, in eodem casu, ad emphasim exprimendam, amittit *A* initialem, et dicit simpliciter *NA*[2], sed tunc addere solet post se *TU*, tanquam affixum, ex. gr. : *NÁTTU GÔḌA* vel *GODÈ* (*ego faciam*, vel *feci*), sicuti ille qui aliquo jure gloriatur de aliquo facto, vel prætendit jus faciendi aliquid; et tunc sonat *pertinet ad me facere*, vel *ego fui qui feci*.

Pronomen personale primæ personæ in casu obliquo est littera ኝ in amarico quando est affixum alicui verbo, et ኔ, quando regitur ab aliqua præpositione, ex. gr. : ገደለኝ ፡, ይገድለኛል ፡ (*occidit me, occidet me*), ubi ኝ in primo, et ኛ in secundo (quæ eædem litteræ sunt, sub vocali sexta et quarta) sunt pronomen *me*. Pariter de secundo sint sequentia exempla : የኔ ፡ ነው ። (*mei est*), ለ ኔ ፡ ተነገረ ፡ (*mihi locutus est*), እኔን ፡ ሰደደ ፡ (*me misit*), ከኔ ፡ ወጠ ፡ (*ex me exivit*), በኔ ፡ ሆነ ፡ (*in me factum est*).

ram *Ñ*, quæ multum in usu est apud Italos et Hispanos, esse *nun* corrupta, uti evenit apud Abyssinos.

[1] Hic in traductione posui *me* et non *ego*, quia latine *ultra* regit accusativum, quod non evenit in lingua oromonica, in qua *MALÈ* (ultra, extra, quidem) hunc casum non regit ac ideo tanquam *ego* considerari debet, regens verbum *ẸNGIRÙ*.

[2] Quum hoc pronomen exuere soleat in hoc casu recto primam vocalem *A*, sicut in omnibus casibus obliquis, præcipua radicalis pronominis ejusdem videtur potius *N*, quæ nunquam amittitur in lin-

In lingua oromonica vero pronomen personale primæ personæ, in casu obliquo, est *NA* supradictum semper præcedens verbum a quo regitur, et quidem sine affixo in accusativo simplici, quando agitur de verbo sine motu; sed cum affixo *TI* in aliis casibus et etiam in accusativo, quando agitur de motu vel de actione quacunque, in qua quæstio sit de causa, de loco et similibus, ex. gr. : *NA AGESÈ* (*me occidit*), *NÁTTI KENNÈ* (*mihi dedit*), *NÁTTI ITAÈ* (*in me factum est*), *NÁTTI DALATÈ* (*ex me natus*), *NÁTTI DUFÈ* (*ad me venit*), quia in hac lingua nulla est præpositio regens casus quoscunque, uti videbitur de nominum declinationibus.

ARTICULUS SECUNDUS.

DE PRONOMINE PERSONALI SECUNDÆ PERSONÆ.

Pronomen personale secundæ personæ (in quo magis universaliter conveniunt inter se[1] fere omnes linguæ humanæ familiæ), sive in lingua amarica, sive in lingua oromonica, mutare solet omnino radicales suas, quum transit de casu recto in casum obliquum, vel quum in lingua amarica affixum verbi est.

guis semiticis, excepta lingua sidamica, in qua, loco *NA*, *TA* invenitur, et excepto casu supradicto linguæ amaricæ, in quo pronomen hoc fit affixum verbo, quando accipit *iod*.

[1] Dicendo quod conveniunt, intelligendum est cum aliqua latitudine; linguæ enim semiticæ radicali *T* sæpe addunt non solum aliquam vocalem, sed etiam aliquam consonantem, uti አንተ ፡ in amarico, dum linguæ nostræ fere omnes non addunt nisi vocalem, quam mutant pro diversitate casus, in quo hoc pronomen invenitur, uti *tu* et *te*.

Hoc pronomen igitur in lingua amarica, quando separatim a verbo ponitur, sive simpliciter et indeterminate uti አንተ ፡, sive regens aliquod verbum, uti አንተ ፡ ነህ ፡ vel in feminino አንቺ ፡ ነሽ ፡ (*tu es*), አንተ ፡ ትወዳለህ ፡ (*tu amas*), semper significat *tu*. Quando vero in eodem casu regente affixum est verbi alicujus, tunc mutat suas radicales et per litteram characteristicam finalem ህ vel ኽ exprimitur, uti አለህ ፡ (*tu es*), ገደለህ ፡ (*tu occidisti*), in quibus ህ finalis valet *tu*. Si vero agatur de casu obliquo, tunc distinguendum est casus obliquus pronominis affixi, vel pronominis separati. Si affixum sit, ut supra, ኽ immediate post radicales erit, uti እገድልኽለሁ ፡ (*occidam te*) et ይገድልኽል ፡ (*occidet te*), ubi littera ኽ, antepenultima in primo verbo, penultima vero in secundo, pronomen *te* est; si vero separatim sumitur, uti supra dictum est de prima persona, አንተ ፡ suæ præpositioni unitum erit, ex. gr : ለንተ ፡ ተነገረ ፡ (*tibi locutus est*), አንተን ፡ ገደለ ፡ (*te occidit*), ከንተ ፡ ተወለደ ፡ (*ex te natus est*), በንተ ፡ ላይ ፡ ነው ፡ (*te super est*), በንተ ፡ ስም ፡ ሆነ ፡ (*in tuo nomine factum est*).

In lingua oromonica pronomen personale secundæ personæ, vel regit, vel regitur, videlicet, vel est in casu nominativo regente verbum, vel in alio casu obliquo quum a verbo regitur; in hac lingua enim generatim nulla est præpositio regens, uti supra notavi. In casu nominativo regente pronomen personale est *áti* semper præcedens[1]

[1] In lingua oromonica rarius quam in lingua amarica verbum sine pronomine regente usurpatur, præsertim quando aliud sub-

verbum, uti *ÁTI BÉKTA* (*tu scis*), *ÁTI ÑÁḌTA* (*tu manducas*); *ÁTI ILÁLUF DUFTÈ* (*tu ad videndum venisti*). In casu vero obliquo pronomen hoc mutat omnino radicales suas et loco *ÁTI* erit *SI*, quod valet pro omnibus casibus obliquis, ex : gr : *SI AG̣ÊSA* (*te occidam*), *SI BÊKA* (*te cognosco*). Hoc autem in constructione ponitur immediate ante verbum a quo regitur, et post nomen vel pronomen regens verbum, uti *ÁNI SI ÁRGA* (*ego te video*).

ARTICULUS TERTIUS.

DE PRONOMINE PERSONALI TERTIÆ PERSONÆ.

In hac persona pronomen personale ordinarie mutare solet suas radicales pro diversitate linguarum [1], ac ideo fere nulla affinitas radicalium invenitur inter linguam amaricam et oromonicam; in lingua amarica enim hoc pronomen mutatur pro diversitate generis, nec non quando

jectum regens verbum paulo ante non est nominatum in propositione. Dicendo autem quod pronomen præcedit, intelligitur non immediate in hac lingua; ordo enim constructionis propositionum, ut subjectum regens, id est vel nomen vel pronomen, ponatur ante omnia, exigit, postea alia accessoria propositionis sequuntur, et ultimo loco semper verbum.

[1] Dixi *in hac persona pronomen personale ordinarie mutare solere suas radicales pro diversitate linguarum;* hoc tamen non stricte intelligendum est, quia etiam in hac persona occurrit aliqua affinitas, imo identitas inter aliquas linguas, licet non tam generaliter uti evenit in supra allatis personis : ex. gr : maxima identitas inter pronomen personale tertiæ personæ linguarum latinæ et italicæ, *ipse-esso*, et idem pronomen in casu obliquo *ISA*, uti infra videbitur de lingua oromonica.

affixum fit, in lingua oromonica vero mutatur solum pro diversitate generis, quia hæc lingua pronomina personalia affixa verbo non habet.

In lingua amarica pronomen tertiæ personæ in casu nominativo regente est እርሱ ፡ (*ipse*, *ille*), እርስዋ ፡ (*ipsa*, *illa*); non mutatur autem in omni casu obliquo, quotiescunque separatum est a verbo, sed tum addit præpositionem, sic ex : gr : ለርሱ ፡ ሰጠ ፡ (*illi* vel *ipsi* [*viro*] *dedit*), vel ለርስዋ ፡ ሰጠ ፡ (*illi* vel *ipsi* [*feminæ*] *dedit*), እርሱን ፡ vel እርስዋን ፡ ገደለ ፡ (*ipsum*, *illum*, vel *ipsam*, *illam*, *occidit*), ከርሱ ፡ vel ከርስዋ ፡ ተወለደ ፡ (*ex illo* vel *ex illa natus est*), በርሱ ፡ vel በርስዋ ፡ ተስፋ ፡ አደረገ ፡ (*in illo* vel *in illa speravit* [1]). Quum autem pronomen hoc affixum est verbo, tunc mutat omnino radicales suas; ut enim dicant Abyssini *occidet illum*, dicunt ይገድሉታል ፡; *occidet illam*, ይገድላታል ፡. Addunt pro masculino genere ውት ፡, et pro feminino genere አት ፡ immediate post radicales, et ante verbum auxiliare et characteristicam temporis præsentis. Eædem litteræ, sive pro masculino sive pro feminino adduntur ut finales in præterito, v. g. ገደሉት ፡ (*occidit eum*), ገደላት ፡ (*occidit eam*), ubi in primo ው invenitur absorpta ab ultima radicali ሉ ፡, et አ ab ultima eadem radicali ላ.

[1] In lingua amarica, quia non habent verbum *sperare*, illud construunt addendo nomini *spei* verbum *facere*, et dicunt Abyssini *spem facit* pro *speravit*. Oromones e contra, licet possint per formam activam additam nomini ÁBDI (*spes*) verbum efformare, in hoc sequuntur Abyssinos, sed non utuntur verbo *facere*, bene vero verbo *habere* et pro *spero* dicunt : ÁBDI KÁBA (spem habeo).

In lingua oromonica pronomen personale tertiæ personæ est *HÍNNI* (*ipse*), *ÍSEN* (*ipsa*), pro casu nominativo regente; uti *HÍNNI GÓDA* (*ipse facit*), *HÍNNI ADÊMA* (*ipse vadit*), *ÍSEN DÚFTE* (*ipsa veniet*); pro casibus obliquis vero, quando separatur a verbo, tunc est *ÍSA* (*ipsum*), *ÍSE* (*ipsam*), v. g. *ÍSA* vel *ÍSE AGÊSA* (*eum* vel *eam occidet*), *ÍSAF* vel *ÍSEF KÉNNI* (*ei da*), *ISÁTTI* vel *ISÉTTI DALATÈ* (*ex eo*, vel *ex ea natus est*), *ISÁTTI* vel *ISÉTTI AGESÈ* (*cum eo* vel *cum ea occidit*). Quum autem pronomen hoc affigitur præpositioni motum ad aliquid indicanti, tunc amittit primam syllabam, v. g. *GÁRASÁTTI* vel *GÁRÀSÍTTI DÛFA* (*ad eum* vel *ad eam veniet*[1]), ubi *GÁRA* est præpositio motus *ad*, *SI* et *SA* vero sunt pronomina, *TI* autem est signum casus, uti videbitur.

ARTICULUS QUARTUS.

DE PRONOMINE PERSONALI PRIMÆ PERSONÆ PLURALIS.

Fere omnes familiæ humanæ conveniunt, ut dixi, in pronomine personali hujus personæ primæ pluralis circa radicalem ejus præcipuam *nun*. Abyssini mutant *nun* in *Ñ* quando pronomen hoc per se subsistit; retinent illam quando verbo pronomen affixum est. Oromones vero in hoc fere nobiscum sunt.

In lingua amarica igitur pronomen personale hujus

[1] In hoc casu motus, pronomen personale confunditur cum pronomine possessivo, sic v. g. ut dicant : *ad me veniet*, *GÁRAKÓTI DÛFA* dicunt; *ad te*, *GÁRAKÉTI*; *ad nos*, *GÁRAKEÑÁTTI*; *ad vos*, *GÁRAKESANÍTTI*; *ad eos*, *GÁRASANÍTTI*. Ubi de possessivo, videbitur quomodo *KO*, *KE*, *SA*, *KÊÑA*, *KÉSANI* et *SANI*, affixa nomini alicui, sunt pronomina possessiva, quæ hic affixa particulæ *GÁRA* tanquam personalia usurpantur.

primæ pluralis est እኛ ፡ sive pro casu nominativo regente, sive pro aliis casibus, nisi affixum sit; v. g.

እኛ ፡ እናደርጋለን ፡ .... Nos faciemus.
የኛ ፡ ገንዘብ ፡ ነው ፡ [1]....... Nostrum æs est.
ለኛ ፡ ተናገረ ፡............. Nobis locutus est.
እኛን ፡ ገደለ ፡............. Nos occidit.
ከኛ ፡ ውስጥ ፡ ወጣ ፡........ Ex nobis exiit.
በኛ ፡ ውስጥ ፡ ነበረ ፡........ Inter nos erat.

Quum autem affixum est pronomen hoc, tunc in casu nominativo confunditur cum characteristica finali personæ <u>ን</u>, v. g.

እናስተምራለን ፡........... Nos doçemus.
አስተማረን ፡.............. Docebamus *vel* docuimus.

In casibus obliquis vero temporis præsentis est eadem littera <u>ን</u>.immediate post radicales, et ante verbum auxiliare finale, quæ fit quarta <u>ና</u> quia absorbet <u>አ</u> dicti verbi auxiliaris; v. g.

ታስተምረናለህ ፡........... Docebis nos.
ያስተምረናል ፡............ Docebit nos.
ታስተምሩናላችሁ ፡......... Docebitis nos.
ያስተምሩናል ፡............ Docebunt nos.

In præterito vero <u>ን</u> finalis pronomen hoc erit; v. g.

አስተማረን ፡.............. Docuit nos[2].

[1] In hoc casu pronomen personale semper convertitur in possessivum ita ut etiam amarice የኛ ፡ ገንዘብ ፡, valeat ገንዘባችን ፡ (*æs nostrum.*)

[2] Hæc persona tertia singularis, quando induit in fine pronomen

አስተማራችሁን ፡	Docuistis nos.
አስተማሩን ፡	Docuerunt nos [1].

In lingua oromonica, quum non adsint pronomina affixa verbis, complicationes valde minores sunt : in ea enim *NU* pro omni casu est, uti demonstrant sequentia exempla :

NU G̣ÉḌNA vel *NU G̣EḌNÈ*	Nos dicimus, *vel* nos diximus.
NU AG̣ÊSA	Nos occidet.
NUF G̣EDÈ [2]	Pro nobis dicens.
NÚTTI HIMÈ	Nobis locutus est.
GÁRA NÚTTI DUFÈ [3]	Ad nos venit.
NÚTTI KÊSA G̣IRÀ [4]	Intra nos est.
NÚTTI KÊSA BAÈ	Ex nobis exivit.
ÁKA NÚTTI KITTÈ	Nobis æqualis.

Perspicuum est igitur in hac lingua, pronomen hoc adjungere quidem sibi, ut affixam, characteristicam alicujus

primæ pluralis, convenit perfecte cum prima pluralis præteriti, et nonnisi per sensum discerni potest, quum agatur de diversa persona.

[1] Exempla allata posita sunt in accusativo, sed possunt supponi in dativo vel alio casu juxta exigentiam verbi, quia affixum semper indeclinabile est; v. g. ይነግርናል ፡ (*nobis dicet*).

[2] *NUF G̣EDÈ* potest traduci per *nobis dixit,* si ad litteram accipiatur : ordinarie tamen phrasis est significans simpliciter *pro nobis,* et tunc verbum *G̣EDÈ* valet *dicens,* vel *cogitans,* quia in hac lingua deest vox ad exprimendum finem agentis. (Vide *De verbis auxiliaribus secundum quid.*)

[3] Poterat etiam dici *GÁRA KEÑÁTTI* (*ad nos, ad partes nostras*), quia hoc pronomen personale in hoc casu cum possessivo confunditur.

[4] Uti videbimus ubi de declinatione nominum, hic casus cum sequente confunditur, et per solum verbum regens determinatur.

casus, veluti *F* et *TI*, sed nullam omnino pati variationem in radicalibus.

ARTICULUS QUINTUS.

DE PRONOMINE PERSONALI SECUNDÆ PERSONÆ PLURALIS.

In amarico præmittenda est distinctio pronominis personalis hujus secundæ personæ per se subsistentis ab eo quod verbo affixum est, uti in præcedentibus. In lingua oromonica hæc distinctio non adest.

Pronomen igitur secundæ personæ pluralis per se subsistens et segregatum a verbo in lingua amarica est እናንት ፡ (*vos*), quod inservit pro omni casu, uti in sequentibus exemplis :

እናንት ፡ ትወደላችሁ ፡...... Vos amatis.
እናንትን ፡ ወደድሁ ፡........ Vos amavi.
ለናንት ፡ ሰጠሁ ፡........... Vobis dedi.
ከናንት ፡ ማን ፡ ነው ፡........ Inter vos quis est?
በናንት ፡ መከንያት ፡ ነው ፡... Per causam vestrum est.
ሰለናንት ፡ አደረገሁ ፡......... Propter vos feci.
ወድ ፡ እናንት ፡ መጠሁ ፡..... Ad vos veni.

Quando vero hoc pronomen affixum est verbo, tunc est ችሁ ፡, poniturque in tempore præsenti immediate post radicales et ante verbum auxiliare finale, sicuti in præcedentibus personis omnibus visum est; v. g.

አወደችሁአለሁ ፡ [1].......... Amo vos.
ይወደችሁዋል ፡............ Amat vos.
እንወደችሁአለን ፡.......... Amamus vos.

[1] In hoc verbo, quia auxiliare affixum est አለሁ ፡ volui, illud ponere, sed vidi sæpissime scriptum አወደችሁዋለሁ ፡, id est ዋ loco

Hoc affixum autem ቾሁ ፡, quod tenet locum pronominis *vos*, in præterito finalis syllaba erit; sed observandum quod idem pronomen, in casu nominativo regenti secundæ personæ, confundi potest cum casu accusativo affixo tertiæ personæ, sic ወደዳቾሁ ፡ potest æque traduci *amabat vos*, et *vos amastis*, nisi in præterito composito dicatur ወደዳቹቀል ፡ (*amavit vos*), quia in nominativo diceretur ወደዳቾሁኣል ፡ (*vos amavistis*) [1].

Hoc idem pronomen personale secundæ personæ pluralis in lingua oromonica valde clarum et simplex est, quia, uti prius notavi, pronomina affixa non habentur. In ea enim ÍSINI (*vos*) fere nullam exhibet variationem pro quocunque casu, excepto casu motus, in quo ex usu pronomen personale transformari solet in possessivum KÉSANI, uti infra in exemplis videri poterit. Stricte ÍSINI esset tantummodo pro nominativo regente, ÍSI vero pro omnibus aliis casibus obliquis, sed hoc ultimum vix aliquando, nisi in accusativo, audiri solet. Sint itaque exempla :

ÍSINI ÑÁḌTU	Vos manducatis.
ÍSI [2] vel *ÍSINI RUKUTÈ*	Vos percussit.

ኣ, quod nescirem explicare nisi dicendo quod scriptores abyssini hoc faciunt per assuetudinem et quamdam confusionem personarum.

[1] In praxi, sive scribendo, sive loquendo, pronomen hoc affixum vel infixum maximas exhibet difficultates; difficultas præcipua in hoc consistit quod in præterito composito duo adsint.

[2] In hoc casu accusativo *ÍSI* sæpe audiri solet, sed *ÍSINI* etiam in usu est; dicendum est quod in omnibus casibus obliquis *ÍSI* magis grammaticale esset, licet minus in praxi usurpetur. Quando dicitur *ÍSINI*, ultima vocalis I sæpe muta est, et clare non pronunciatur, nisi quando affixum TI, vel F addit, vel consonans fortis sequitur.

ÍSINIF GEDÈ	Vobis dixit.
ÍSINI KÊSA DALATÈ	Ex vobis natus est.
ÍSINI GÍDDU GIRÀ	Intra vos est.
GÁRA KESANÍTTI [1] *DUFÈ*	Ad vos venit.
ISINÍTTI vel *ISÍTTI GALÈ*	Ad vos intravit.

ARTICULUS SEXTUS.

DE PRONOMINE PERSONALI TERTIÆ PERSONÆ PLURALIS.

In amarico semper præmittenda est distinctio pronominis hujus separatim sumpti, et per se subsistentis, ab eodem tanquam affixo, quod non adest in lingua oromonica.

Pronomen personale hujus personæ tertiæ pluralis in lingua amarica est እርሳቸው ፡ vel solum እርሳቸ ፡ (*illi, ipsi*), quod inservit pro omni casu, uti de præcedenti dixi : sint statim exempla :

እርሳቸ ፡ ያደርጋሉ ፡	Ipsi facient.
እርሳቸ ፡ አሉ ፡ [2]	Ipse dixit, *vel* ipsi dixerunt.
ለርሳቸ ፡ ተነገረ ፡	Ipsis locutus est.
እርሳቸን ፡ ሰደበ ፡	Ipsos injuria affecit.
ወደ ፡ እርሳቸ ፡ መጠ ፡	Ad ipsos venit.
ሰለርሳቸ ፡ አደረገ ፡	Propter eos fecit.
ከርሳቸ ፡ ወጠ ፡	Ex illis exivit.
በርሳቸ ፡ ተወጉ ፡	Invicem pugnaverunt.
እርሳቸ ፡ በርሳቸ ፡	Inter se, vicissim, mutuo.

Quando vero pronomen hoc affixum est verbo, tunc

[1] Non est error dicere *GÁRA ISINÍTTI* (*ad vos*), sed hæc locutio minus in usu est. *GÁRA KESANÍTTI* valet *ad partes vestras.*

[2] Hoc dupliciter traduci potest, in singulari nempe et in plu-

amittit suas radicales, scilicet እርክ ።, et verbum post radicales induit ቼ vel ቾው ። in omnibus casibus obliquis; ita ut hoc pronomen tertiæ personæ pluralis extranei in pronunciatione facile confundant cum pronomine secundæ personæ ejusdem numeri supradicto. Hoc enim differt ab illo in eo quod pronomen secundæ personæ pluralis habeat semper ሁ aspiratam post ቹ, e contra pronomen tertiæ personæ pluralis, vel ቼ simpliciter, vel ቾው ። solum habeat[1]. Verum in casu nominativo regente hoc pronomen affixum confunditur cum characteristicis præformantibus et adformantibus hujus personæ tertiæ, nisi dicamus illud consistere in ው finali, quæ semper invenitur vel expressa, vel absorpta a littera ቼ. Sint igitur exempla, prius de casu nominativo, posterius de aliis casibus :

ይወደላው ። *vel* ይወደሉ ። .... Amant.
ወደደው ። *vel* ወደዱ ። .... Amaverunt.
ይወደቼቃል .... Amat eos.
ወደደቾው ። *vel* ወደደቼ ። .... Amavit eos.
ለሰጣቾው ። *vel* ለሰጣቼ ። .... Daturus eis.

rali, quia sive Abyssini, sive Oromones, quando agitur de persona honorata, semper in plurali loquuntur, et loco *tu, vos* dicere solent, et loco *ille, illi,* uti apud Italos et alios populos nostros mos etiam est; hæc consuetudo magis quam apud nos illic viget et est veluti lex, quæ non potest, illæsa urbanitate, omitti.

[1] Fateor me maximam difficultatem fuisse expertum, et nunc etiam experiri, sive in loquendo, sive in audiendo, ad distinguenda pronomina affixa secundæ et tertiæ personæ pluralis. Indigeni aspirationem secundæ personæ noscunt bene exprimere et distinguere; extraneis vero hoc valde difficile est, et nonnisi a sensu propositionis solent cognoscere.

ሊገደላቸው ። . . . . Occisurus est eos.
ሊመጠበቸው ። [1] . . . . Venturus est contra eos.
ሊመጠላቸው ። [2] . . . . Venturus est pro eis.

Duo priora exempla exhibent pronomen in casu nominativo in littera finali, prius expressum in ው, postea absorptum in ሉ et ዱ. Posteriora exempla sunt pro casu obliquo.

In lingua oromonica pronomen *ÍSANI* personale hujus tertiæ personæ pluralis numeri semper idem est pro omni casu, et nullam omnino variationem exhibet in radicalibus, excepto casu quo præpositioni *GÁRA* jungatur, quia tunc ad libitum tanquam possessivum scribi et pronunciari poterit, in casibus motus : sint exempla :

ÍSANI ÑÁḌḌU . . . . Illi manducant.
ÍSANIF GEḌÈ . . . . Illis dixit.
ISANÍTTI KÉNNI . . . . Ipsis da.
ÍSAN AG̣ESÈ [3] . . . . Illos occidit.
ISANÍTTI DALATÈ . . . . Ex illis natus est.

[1] In hoc verbo በ infixa post radicales et ante pronomen ቸው dat formam verborum quam dixerim *adversativam*, quia prædicat actionem contrariam personæ a pronomine immediate sequenti enunciatæ, de quo in appendice hujus capitis.

[2] In hoc verbo ላ infixa post radicales, et immediate ante pronomen ቸው ። dat formam dictam *propitiam* supra allatæ contrariam, quia prædicat actionem in favorem personæ a pronomine sequenti enunciatæ. De hoc pariter in appendice hujus capitis.

[3] In casu quo nominativus regens verbum debeat esse pronomen tertiæ personæ, ad distinguendum illud ab accusativo solent elidere ultimam vocalem accusativi, et dicunt *ÍSANI ÍSAN AG̣ÈSANI*, et tunc non tam elisio vocalis supradictæ quam præcedens pronomen in nominativo dabit hanc distinctionem.

ISANÍTTI DAÈ..................	Cum ipsis vicit.
KAN ISANÍTTI..................	Ipsorum est.
GÁRASANÍTTI DUFÈ..............	Ad eos venit.
vel GÁRA ISANÍTTI DUFÈ...........	Ad eos venit.
GÁRA ISANÍTTI[1]..................	Ad eos tendit, pertinet, est.

APPENDIX

AD CAPUT DE PRONOMINE PERSONALI.

Antequam de pronomine possessivo disseram, aliquid hic dicendum remanet de quibusdam affixis verborum linguæ amaricæ, quæ affixum pronominis personalis necessario præcedunt, illudque semper supponunt, quæque inde constituunt quasdam formas verborum pro sensu vel prospero, vel adverso exprimendo, in actione a verbo quocunque prædicata[2].

Littera characteristica hujus affixi est ለ pro sensu

[1] Quando sine verbo determinante GÁRA ISANÍTTI dicitur, tunc TI finalis tanquam verbum auxiliare est, et sensus hujus propositionis latissimus erit; aliquando *ad eos pertinere videtur* significat, aliquando solum *ad eos inclinat,* juxta circumstantias.

[2] Nolui has inter formas verborum numerare, quia stricte veræ formæ non sunt, quum litteræ characteristicæ istarum non ante radicales, uti evenire solet in omnibus aliis formis, sed immediate post eas collocari necessario debeant. Ceterum hæ litteræ characteristicæ potius videntur directe servire pronomini quam verbo. Certum est has nunquam verbo unitas inveniri sine pronomine affixo, quod semper præcedunt. Posito etiam quod ad formas verborum aliquo modo accedere dicendæ sint, quum sine scientia pronominis affixi nequeant apprehendi, malui hic de illis breviter pertractare, quum eadem exempla valde etiam inserviant ad pronomen affixum explicandum.

prospero indicando, et በ pro sensu adverso. Hæ litteræ infigi solent inter ultimam radicalem verbi et affixum pronominis personalis, quod in fine ejusdem verbi in casu obliquo ab illo rectum invenitur.

Utriusque aliqua exempla hic exponere bonum esse puto, sed brevitatis causa duo tempora tantum exponam unius verbi, et aliquas personas aliorum temporum et modorum usitatiores; in iisdem pariter pronomen affixum pro qualibet persona mutabo, ut omnium exemplum habeatur.

Futurum.

አደርግላቸዋለሁ ፡	Faciam eis *vel* pro eis.
ታደርግለኛለህ ፡	Facies mihi *vel* pro me.
ያደርግለኻል ፡	Faciet tibi *vel* pro te.
እኛደርግላችሁአለን ፡	Faciémus vobis *vel* pro vobis.
ታደርግለናላችሁ ፡	Facietis nobis *vel* pro nobis.
ያደርግለዋሉ ፡	Facient ei *vel* pro eo.
vel ያደርግለታሉ ፡ [1]	Facient ei *vel* pro eo.
ያደርግለሻሉ ፡ (2ª pers. fem.)....	Facient tibi *vel* pro te.
ያደርግለቻሉ ፡ (3ª pers. fem.)....	Facient illi *vel* pro illa.

Præteritum.

አደረግሁላችሁ ፡	Feci vobis *vel* pro vobis.
አደረግህልኝ................	Fecisti mihi *vel* pro me.
አደረገውለን ፡	Fecit nobis *vel* pro nobis.

[1] Loco pronominis affixi tertiæ personæ supra suo loco dicti sæpe ት ponitur, imo fere semper in hac forma prospera nec non in adversativa, uti postea videbimus, probabiliter ne confundatur pronomen regens cum eodem pronomine in aliis casibus obliquis, in quibus tantum hæc forma usurpatur.

Imperativus modus.

አደርግልኝ ።	Fac mihi *vel* pro me.
ያደርግለችሁ ።	Facito vobis *vel* pro vobis.
ናደርግላቸው ።	Faciamus illis *vel* pro illis.
አደረጉልን ።	Facite nobis *vel* pro nobis.
ያደረጉልህ ።	Faciunto tibi *vel* pro te.

Aliquæ personæ in subjunctivo.

እንደ ፡ አደረግላችሁ ።	Ut faciam vobis *vel* pro vobis.
እንደ ፡ ተደረግልኝ ።	Ut facias mihi *vel* pro me.

Conditionale.

ብደረግለህ ።	Si facerem tibi *vel* pro te.
ብታደረግለቿ ።	Si faceres eis *vel* pro eis.

Hisce paucis exemplis præmissis possunt cetera omnia tempora in omnibus personis ad normam eorumdem construi; alioquin poteram sub quolibet pronomine affixo completum verbum conjugare, et sic exempla fere in infinitum protracta fuissent [1].

Nunc pro forma adversativa quæstio valde simplex esset, et ne opus quidem fuisset exemplis, quum prorsus idem sit processus, et solummodo quæstio sit de mutatione litteræ characteristicæ ለ in በ; attamen aliqua etiam exempla hic subjiciam, pro quibus sit verbum *venire*, cujus radicales amaricæ sunt መጠ ።

[1] Quum duplex sit semper pronomen personale in hac forma, regens nempe et rectum, affixum unum et alterum præfixum, et nunquam convenire debeant, perspicuum est quamlibet personam quintupliciter conjugari posse, quia quinque sunt pronomina personalia præter illud quod semper regens supponi debet.

Futurum.

እመጠባችሁዋለሁ ፡	Veniam contra *vel* super vos.
ትመጠበናለህ ፡[1]	Venies contra *vel* super nos.
ይመጠበኛል ፡	Veniet contra *vel* supra me.

Sic de aliis personis, quodcunque sit pronomen personale, excepto pronomine verbum regente; quia nunquam contra seipsum quis agere supponendus est sic pariter dicendum de præterito.

Præteritum.

መጠሁባችሁ ፡	Veni super *vel* contra vos.
መጠህበን ፡	Venisti super *vel* contra nos.
መጠበኝ ፡...............	Venit super *vel* contra me.

Forma prospera antea exposita fere nunquam occurrit sub forma negativa, nisi agatur de verbo prædicante actionem odiosam, quia tunc actio prospera suspensa supponitur. E contra sæpissime adversativa valde in usu est sub forma negativa; sic dici potest :

አልመጠባችሁም ፡	Non veniam contra vos.
አትይምጠብኝ ፡..........	Ne venias contra me.

Hæc forma adversativa non debet confundi cum alia quadam simili, quæ fere eodem affixo በ construitur, sed tunc post በ additur ቱ, et non sequitur pronomen per-

[1] Hic aliquas personas in genere feminino addere bonum erat, sed, ne plus æquo protraherem exempla, omisi ea; lector poterit illa apprehendere a conjugationibus verborum in lectione secunda; pro nunc hic sufficiat notare, in his omnibus formis verborum ex affixis efformatarum genus femininum etiam habere locum, et in nihilo differre a legibus generalibus supra citatis.

sonale, uti in supra allatis, sed hoc idem affixum fit in ea pronomen domonstrativum[1]. Sic, quum agitur de materia vel de spatio pro domo construenda, vel veste aut alia re quacunque conficienda, dicitur ቤት ፡ እሰራበታለሁ ፡ (*cum ea*, vel *illo loco construam domum*), in præterito ቤት ፡ ሰራበት ፡ (*cum illo*, vel *in illo domum construxit*), in participio ቤት ፡ ላሰራበት ፡ (*cum illo*, vel *in illo domum constructurus sum*); in tribus his exemplis radicales verbi sunt ሰራ ፡, et litteræ በት sequentes sunt affixa significantia *cum quo*, *cum eo*, *cum illo*, et similia. Hoc modo verba omnia possunt conjugari cum his affixis in omni eorum extensione, id est per modos, tempora et personas, semper addendo litteras supradictas post radicales et ante adformantes personales; sed de hoc ubi de pronomine demonstrativo iterum exempla addenda erunt.

Circa formas prosperam et adversativam, nec non circa

[1] Ex hoc colligitur quam difficilia et complicata sint sive præfixa, sive suffixa, sive affixa in lingua amarica, et non semper ea pronomina esse personalia, sed aliquando naturam etiam pronominis demonstrativi induere ex una parte, et ex altera naturam præpositionis etiam habere. In hac materia collegeram prope infinitas observationes et notas, quæ procul dubio magnæ utilitatis fuissent pro demonstranda affinitate hujus linguæ cum lingua hebraica, quæque etiam bene intellectæ ad hanc explanandam valde inservire potuissent; nunc notæ illæ et observationes perditæ quum sint, quas memoriter producere potui, quasque imperfectissimas esse fateor, eas ad excitandam attentionem alicujus doctioris personæ, quæ hanc partem commodius examinare velit, ut potest, exponendas curavi. Lingua oromonica in hac parte longe simplicior est, et minore attentione digna.

affixa personalia observandum insuper est quod possunt in eodem verbo reduplicari quotiescunque pronomen affixum verbo sub duplici persona affigi debet : sic, ut dicatur alicui *facite illis pro me* et *dabit vobis pro me*, dicitur in primo casu አደረጉላቸሁልኝ ፡, et in secundo ይሰጠ ላቸሁልኛል ፡. In his verbis litteræ ላቸ post duorum verborum radicales, *eis* vel *vobis* significant, et aliæ finales primi verbi ልኝ, nec non ልኛ secundi verbi, *pro me* vel *in favorem mei* significabunt. Idem prorsus dicendum de forma adversativa, quando actio contraria est personæ de qua agitur, vel etiam illi quæ loquitur; sit exemplum sequens : quum mater suorum filiorum vel etiam sui ipsius morbum vult referre, dicit መጠባቸሁብኝ ፡ quod significat *venit super* vel *contra eos*, et simul *super* vel *contra me*. Sic dici debet de omnibus casibus similibus.

CAPUT SECUNDUM.

DE PRONOMINE POSSESSIVO.

Pronomen possessivum sub duplici aspectu considerari debet, tanquam per se subsistens videlicet, vel tanquam affixum : de utroque in duplici articulo agendum erit.

ARTICULUS PRIMUS.

DE PRONOMINE POSSESSIVO SEPARATO.

Pronomen possessivum per se subsistens, tum in lingua amarica tum in oromonica, nihil aliud est quam pronomen personale in casu genitivo : sit de utroque exemplum.

የኔ ፡ ነው ፡ . . . . KAN KÓTI . . . . . . Meus est.
ያንተ ፡ ነው ፡ . . . . KAN KÉTI . . . . . . Tuus est.
የርሱ ፡ ነው ፡ . . . . KAN ISÁTI . . . . . . Suus est.
የኛ ፡ ነው ፡ . . . . KAN KEÑÁTTI . . . . Noster est.
የናንተ ፡ ነው ፡ . . . . KAN ISINÍTTI . . . . Vester est.
የርሳቸወ ፡ ነው ፡ . . . . KAN ISANÍTTI . . . . Illorum est.

In lingua amarica aliquando potest dici in casu dativo ለኔ ፡ ነው ፡ (*mihi est*), ለንተ ፡ ነው ፡ (*tibi est*), ለርሱ ፡ ነው ፡ (*illi est*), ለኛ ፡ ነው ፡ (*nobis est*), ለናንተ ፡ ነው ፡ (*vobis est*), ለርሳቸው ፡ ነው ፡ (*illis est*). Aliquando etiam in accusativo motus cum præpositione *ad*, quod in utraque lingua evenit.

ወደ ፡ እኔ ፡ ነው ፡ . . . . GÁRA KÓTI. . . . . . Ad me est (pertinet).
ወደ ፡ እንተ ፡ ነው ፡ . . . . GÁRA KÉTI . . . . Ad te est.
ወደ ፡ እርሱ ፡ ነው ፡ . . . . GÁRASÁTI [1] . . . . . Ad illum est.
ወደ ፡ እኛን ፡ ነው ፡ [2]. . . . . GÁRAKEÑÁTTI. . . . Ad nostros est [3].
ወደ ፡ እናንትን ፡ ነው ፡ . . . GÁRA KESANÍTTI. . Ad vestros est.
ወደ ፡ እርሳቸውን ፡ ነው ፡ . GÁRA ISANÍTTI . . . Ad illos est.

ARTICULUS SECUNDUS.

DE PRONOMINE POSSESSIVO AFFIXO.

In utraque lingua pronomen possessivum nunquam affigitur verbo, sed semper nomini possesso ab affixo pronomine : sint exempla, pro quibus nomen *equus* sit.

ፈረሴ ፡ [4]. . . . . FÁRDAKÒ [5]. . . . . Equus meus.

[1] Hic dici poterat GÁRA ISÁTI (*ad eos*), vel GÁRASÁTI (*ad suum*); certum est fere semper simul pronunciari et elidi solere *I* pronominis *ÍSA*. Idem dicendum de tertia plurali.

[2] Hic post pronomen እኛ ፡ volui ponere ን, quæ est signum accusativi casus; hæc littera in accusativo motus non semper adest, sed semper fere insensibilis est in pronunciatione; qua de causa non posui eam in antecedentibus personis.

[3] Hæc traductio *ad nostros* convenit soli linguæ oromonicæ, in qua KÊÑA possessivum est; in hac lingua pronomina personale et possessivum sæpe manum sibi invicem præstant.

[4] Ultima littera ሴ est quinta, quæ habet in se litteram የ (iod) sibi unitam, in qua consistit pronomen possessivum; circa quod observandum, quod ፈረሴ ፡ posset etiam scribi ፈረስየ ፡ (*equus mei*), et si littera የ poneretur ante nomen daret genitivum የፈረስ ፡ (*equi*). Consequenter dicendum quod hoc pronomen consistit in littera genitivi casus characteristica. Circa hoc pronomen affinitas aliqua est cum hebraica lingua.

[5] In lingua oromonica affixum hoc primæ et secundæ personæ aliquam affinitatem habet cum linguis æthiopica sacra et arabica.

ፈረስህ ፡ . . . . *FÁRDAKÈ* . . . . Equus tuus.
ፈረሰው ፡ . . . . *FÁRDASÀ* . . . . Equus ejus, illius.
ፈረሳችን ፡ . . . . *FÁRDAKÊÑA* . . . . Equus noster.
ፈረሳችሁ ፡ . . . . *FÁRDAKÉSANI* . . . . Equus vester.
ፈረሳቸው ፡ . . . . *PARDÁSANI* . . . . Equus eorum.

Hoc pronomen affixum, non solum nominibus substantivis, sed adjectivis etiam cujuscunque generis affigi potest.

In utraque lingua tandem pronomen possessivum, sive separatum, sive affixum, habet suum genus femininum; lingua amarica in secunda et tertia persona singularis, et lingua oromonica in tertia solum. Pro pronomine separato necessaria hic exempla non sunt, quia multa sunt in lectione secunda in fere omnibus conjugationibus verborum. Pro pronomine possessivo affixo tantum hic exempla exponam :

ባልሽ ፡ . . . . (Deest in oromonica). . . Maritus tuus.
ባልዋ ፡ . . . . *DIRSÁSI* . . . . Maritus ejus.
አባትሽ ፡ . . . . (Deest in oromonica.). . Pater tuus.
አባትዋ ፡ . . . . *ABBÁSI*[1] . . . . Pater ejus.

[1] አባትዋ ፡ et *ABBÁSI* in utraque lingua, præter sententiam litteralem pronominis feminini, quod quibuscunque nominibus affigi potest, habet insuper secundariam significationem, non ignorandam a viatoribus; hæc enim est injuria gravissima quotiescunque dirigitur in aliquem extra exigentiam sermonis. Dixi *gravissima,* quia in ea duplex est injuria; አባትው ፡ et *ABBÁSA* in masculino etiam, semper injuria est quum pronunciatur extra exigentiam sermonis, et in aliquem dirigitur, quia includit contemptum, aut dubium de patre legitimo. Quum vero pronunciatur in genere feminino in virum

Igitur ሽ finalis in primo et tertio exemplo, et ዋ in secundo et quarto, sunt pronomina possessiva feminina secundæ et tertiæ personæ pro lingua amarica; *si* vero finalis est pronomen femininum tertiæ personæ pro lingua oromonica.

aliquem, tunc perduellis injuria est, propter quam sæpissime rixæ, homicidia et bella exsurgunt, quia præter injuriam supradictam patri, quæ apud illos omnes populos gravissima est, addit personæ ipsi injuriatæ femineum attributum, quod valde grave apud eos, qui sexum femineum in despectu habent. Hæc injuria frequentissima est apud omnes stirpes æthiopicas; et in genere feminino dicta alicui viro, signum maximi despectus est.

CAPUT TERTIUM.

DE PRONOMINE DEMONSTRATIVO.

Pronomen demonstrativum, aliud est proximum, quod rem præsentem, vel de qua sermo immediate præcessit, demonstrat; aliud vero est remotum, quod rem remotam, vel de qua sermo prius præcessit, vel quæ saltem cogitatione auditoris percepta supponitur, signat et demonstrat. De utroque particulariter sermo erit in duplici articulo.

ARTICULUS PRIMUS.

DE PRONOMINE DEMONSTRATIVO PRÆSENTI.

Pronomen demonstrativum præsens in lingua amarica mutat substantialiter radicales suas pro diversitate casuum : pro nominativo et accusativo enim est የሀ ፡, et ዘሀ ፡ pro aliis casibus. Utriusque exempla proponam pro omnibus omnino casibus.

EXEMPLA AMARICA.

የሀ ፡ ሰው ፡ መጣ ፡. . . . . Hic homo venit.
የሀነን ፡ ሰው ፡ አወደለሁ ፡. . . . Hunc hominem diligo.
ይሀች ፡ ሴት ፡ ክፉ ፡ ናት ፡. . . . Hæc mulier maligna est.
የሀ ፡ ያነን ፡ ሰደበ ፡. . . . . Hic illum injuria affecit.
ይሀች ፡ ያችን ፡ ገደለች ፡. . . . . Hæc illam occidit.
የዚሀ ፡ ሰው ፡ ቃል ፡ ብርቱ ፡. . Hujus hominis verbum forte.
ለዚሀ ፡ ሰው ፡ ይሁን ፡. . . . . . . Huic homini sit.
በዚሀ ፡ አገር ፡ ሆነ ፡. . . . . In hac regione factum est.
ከዚሀ ፡ ደጅ ፡ ወጣ ፡. . . . . Ex hac porta exivit.
በዚሀ ፡ ጦር ፡ ገደለ ፡. . . . . Cum hac lancea occidit.

EXEMPLA OROMONICA.

In lingua oromonica pronomen demonstrativum hoc nunquam mutat suas radicales in qualibet sua inflexione sit, sed tantum primam vocalem suam *A* mutat in *U*, et secundam in *I* pro casu nominativo regente; nulla pariter invenitur differentia generis in hac lingua, quum agitur de pronomine demonstrativo.

KÚNI *GARÍḌA*..................	Hoc bonum est.
NÁMNI KÚNI *G̣ABÁḌA*...........	Homo hic fortis est.
DUBÉRTIN KÚNI *G̣ABḌÚḌA*........	Mulier hæc fortis est.
KÚNI KÁNA *ARABSÈ*.............	Hic hunc injuria affecit.
KAN NÂMA KANÁTTI............	Hominis hujus est.
KANÁTTI *KÉNNI*................	Huic da.
MÂNA KANÁTTI *G̣IRÀ*...........	In domo hac adest.
NÂMA KANÁTTI *DALATÈ*..........	Ex hoc homine natus est.
ÉBBO KANÁTTI *AG̣ESÈ*...........	Cum hac lancea occidit.
KÁNA *KÉSA BĀTA* *vel potius* *BAÁTA*..	Ex hac exibis.
MIDÀN[1] KÚNI *JARTÚḌA*[2].........	Cerealia hæc pauca (mala) sunt.

In his paucis exemplis utriusque linguæ invenitur

[1] *MIDÀN* est vox generica comprehendens genera omnia frugum, etiam fructuum arborum, quamvis ordinarie dici soleat de granis, uti est frumentum, hordeum et similia, ex quibus conficitur panis ordinarius pro sustentatione; apud nos frumentum dominans est, et veluti synonymum ceterarum frugum; in illis regionibus vero frumentum satis cognitum et usitatum est, sed magis hordeum, taffum (ጤፍ ፡ species milii quoad folia et herbulam externam, sed grana ejus minora), et alia, dominantia sunt.

[2] *JÁRTU*, magis ordinarie pro minima quantitate alicujus rei accipitur, sed etiam pro re corrupta et fœtenti dicitur; et dicitur etiam in masculino *JÁRA-ḌA*, *malum est*, vel *corruptum*.

pronomen demonstrativum proximum in omni sua inflexione, et ad normam eorum omnia hujus generis declinari possunt.

ARTICULUS SECUNDUS.

DE PRONOMINE DEMONSTRATIVO REMOTO.

In lingua amarica pronomen demonstrativum remotum est ያ ፡ pro masculino genere, et ያች ፡ pro feminino, in nominativo et accusativo, nec non ዚያ ፡ et ዚያች ፡ pro aliis casibus. De omnibus sint statim exempla.

ያ ፡ ፈረስ ፡ አንከሳ ፡ ነው ፡.... Equus ille claudus est.
ያች ፡ ሴት ፡ ነገረኛ ፡ ናት ፡.... Mulier illa captiosa est.
ያንን ፡ አምጣልኝ ፡......... Illum mihi porta.
ያችን ፡ ገዛልኝ ፡........... Illam eme mihi.
የዚያ ፡ ልጅ ፡ ነውና [1]....... Illius filius est enim.
ለዚያ ፡ ወጣድር ፡ ጦር ፡ ስጥ ፡. Illi militi lanceam da.
ለዚያች ፡ ሴት ፡ ይሁን ፡...... Mulieri illi sit.
በዚያ ፡ ቦታ [2] ፡ እሰራለሁ ፡.... In illo loco construam.
በዚያ ፡ ቃራ ፡ እረዳለሁ ፡ [3].... Cum illo gladio mactabo.
ከዚያ ፡ ተነስቶ ፡ ሔደ ፡...... Ex illo loco discedens perrexit.

[1] ነውና ፡ (*est enim*): ና in fine alicujus propositionis est particula rationalis, et significat *quia, enim, etenim;* si esset inter duo nomina correlativa, esset conjunctio uti ጴጥሮስ ፡ ና ፡ ጳውሎስ ፡ (*Petrus et Paulus*).

[2] ቦታ ፡ confundi potest cum ሰፈረ ፡; sed prius magis dicitur pro loco indeterminato vel determinato ad aliquid construendum, posterius vero ad transitorie permanendum, derivat enim a ሰፈረ ፡ (*castrametatus*).

[3] አረደ ፡ (*mactavit*) non debet confundi cum ገደለ ፡ (*occidit*), quia prius dicitur solum de mactatione victimarum in sensu religioso, nec non ad manducandum; in illis enim regionibus mactatio, etiam ad manducandum, semper aliquid sacrificii habet.

In lingua oromonica pronomen demonstrativum remotum est *SÚNI* pro nominativo regente, et *SÁNA* pro aliis casibus; observandum tamen quod raro separatim usurpari solet, sed fere semper affixum pronomini personali vel nomini alicui, uti ex exemplis infra positis patebit.

*HÍNNI*SÚNI *ÚTU ÇIRÙ*	Ille *talis* dum adest.
*ÇARSÎCI*SÚNI *TU GODÈ*	Senex ille *talis* fecit.
*KAN NAMTÍCA*SANÁTTI [1]	Hoc hominis illius *talis* est.
*FÁRDA*SANÁTTI *KÉNNI*	Equo illi *tali* da.
*GÚRBA*SÁNA [2] *BARSĪSI*	Puerum illum doce.
*DÚRBA*SANÁTTI [3] *WAÇÌN*	Cum virgine *tali*.
*GÓDDO*SANÁTTI *AÇESÈ*	Ense illo *tali* occidit.
*KÔDA*SANÁTTI *NÂKI*	In vas illud mitte.
*BÚRKA*SANÁTTI *DUFÈ*	Ex fonte illo *tali* venit.

[1] *NÂMA* valet *homo*, *TICA* est articulus significans subjectum cognitum vel de quo antea sermo fuit, vel quod saltem cogitatum supponitur, *SÁNA* vero pronomen est demonstrativum.

[2] *GÚRBA* ordinarie puero et etiam sæpe juveni, imo adulto, ab homine gravi auctoritatem habente super eum dicitur, aliter aliqualem injuriam contineret; *GÚRBA* dicitur præcipue in casu appellativo.

[3] *DÚRBA* stricte significat *virginem*, sed dicitur de qualibet filia. In illis regionibus adeo conservari solet integritas filiarum, ut rarissime inveniantur corruptæ, qua de causa filia semper supponitur virgo. Quamvis hæc vox *DÚRBA* proprie significet *virginem*, ita ut habeat etiam suum abstractum *DURBÓMA* pro *virginitate*, attamen male sonaret, si hæc vox de sexu virili diceretur. Ego narrando historiam alicujus sancti volui aliquando appellare eum virginem utendo illa voce; sed expertus sum admirationem auditorum. Neque mirum hoc est, quum etiam in linguis popularibus nostris vix audire hoc soleamus, et solum populariter hoc de virginibus feminis dici soleat etiam apud nos.

CAPUT QUARTUM.

DE PRONOMINE INDEFINITO.

Pronomina indefinita sunt illa quæ tenent locum nominis in sermone. Quando ea nomini alicui unita inveniuntur, tunc veluti adjectiva considerari debent; quando vero nomini unita non sunt, tunc pronomina indefinita dicuntur, quia de nullo in particulari prædicant, sed prædicatio eorum indefinita per sensum determinari solet. Hujus generis plurima adsunt tum in lingua amarica, tum in lingua oromonica, quæ exemplis suis unita tradam, prius in amarica, postea in oromonica, duplici articulo.

ARTICULUS PRIMUS.

PRONOMINA INDEFINITA AMARICA.

1. **ሁሉ ፡** (*omne*). Hujus demus exempla sequentia : **ሁሉ ፡ መጡ ፡** (*omnes venerunt*). **ሁሉን ፡ ፈጀ ፡** (*omnia consummavit*). **ለሁሉ ፡ ተነገረ ፡** (*omnibus locutus est*). **ወደ ፡ ሁሉ ፡ ደረሰ ፡** (*ad omnes pervenit*). **ከሁሉ ፡ ስፍራ ፡ መጡ ፡** (*ex omni loco venit*).

2. **ብዙ ፡** (*multum, multa*). Exempla : **ብዙ ፡ ሰው ፡** vel **ሰዎች ፡ ሞተ ፡** vel **ሞቱ ፡** (*multi homines mortui sunt*) **ለብዙ ፡ ይበካል ፡** (*multis sufficit*).

3. **አንዳንድ ፡** (*aliquis*). Exempla : **አንዳንድ ፡ ሰው ፡ ሞተ ፡** (*aliquis homo mortuus est*). **አንዳንድ ፡ መልሰም ፡ ይገኛል ፡** (*aliquis bonus invenitur*).

4. **አንድ ፡ ጊዜ ፡** (*una vice*). Exempla : **አንዳንድ ፡**

ጊዜ ፡ (*aliquoties*). ባንድ ፡ ጊዜ ፡ (*una vice*). ላንድ ፡ ጊዜ ፡ ይበቃል ፡ vel አይበቃም ፡ (*pro una vice sufficit* vel *non sufficit*).

5. ሁሉ ፡ ጊዜ ፡ (*semper*) vel ዘወትር ፡ quod fere idem significat; ጊዜ ፡ aliquando significat diem, aliquando accipitur solum pro aliquo tempore determinato, ideo ሁሉ ፡ ጊዜ ፡ intelligitur potius pro *omni vice;* ዘወትር ፡ vero pro *continue* et *semper* accipi debet, quamvis populariter fere idem sint.

6. ሌላ ፡ (*alter*, vel *aliud*). Exempla : ሌላ ፡ ፈልግልኝ ፡ (*alium mihi quære*). ሌላ ፡ ይሁን ፡ (*alter sit*). ሌላ ፡ ሆነ ፡ (*alter factus est*, vel *aliud, diversum factum est*)[1].

7. ማንኛማን ፡ (*nullus, nemo*), quæ vox non debet confundi cum ምንኛምን ፡ (*nihil*); licet enim eædem radicaliter sint, prior tamen de subjectis agentibus, posterior de rebus intelligi debet, v. g. ለማንኛማን ፡ ተነገረ ፡ (*nulli, nemini dixit*); ምንኛምን ፡ አገኘ ፡ (*nihil invenit*).

8. እገሌ ፡ (*talis*) eodem prorsus sensu quo apud nos a casuistis vel nomen fictitium appellatur, vel *talis* dicitur, vel etiam *N.* simpliciter scribitur, et hoc vel quia nota historia supponitur, vel etiam quia nomen subjecti appellare non convenit.

9. ጥቂት ፡ vel ብዙ ፡ (*pauca* vel *multa*); ታናሽ ፡ vel

[1] Hæc vox sæpissime pronomen indefinitum, sæpe adjectivum est, et tot tamque diversas significationes habet, ut fere impossibile sit omnes hic notare; aliquando etiam tanquam superlativum gradum significat quum de pulchritudine alicujus rei vel bonitate dicitur. sic ሌላ ፡ ሆነ ፡ vel ሌላ ፡ ነው ፡ sæpissime *optimum*, *pulcherrimum* ac simile superlativum significat.

ታላቅ ፡ (*parvum* vel *magnum*); circa quæ observandum est ea suos gradus comparationis habere, sive pro minutione, sive pro additione. Duo priora sive pro minutione, sive pro additione, ordinarie[1] tantum addunt aliud pronomen, quod fere idem significat, nempe እጅግ ፡ (*multum, valde*), exempli gratia : እጅግ ፡ ጥቂጥ ፡ (*valde parum*), እጅግ ፡ ብዙ ፡ (*valde multum*); licet hoc ultimum alium gradum comparationis infra habeat, nempe እያለ ፡ quod medium est inter ብዙ ፡ et እጅግ ፡ ብዙ ፡. Duo posteriora vero, ታናሽ ፡ et ታለቅ ፡, suos etiam habent gradus tum minutionis, tum intentionis. Gradus minuentes sunt pro positivo ታናሽ ፡, pro comparativo ታንናሽ ፡, et pro superlativo እጅግ ፡ ታንናሽ ፡; pro hoc ultimo autem sæpe simplici reduplicatione positivi gradus utuntur. Idem fere dicendum de gradibus augentibus, pro positivo ታላቅ ፡, pro comparativo ታለላቅ ፡, et pro superlativo እጅግ ፡ ታለላቅ ፡; dicendum tamen quod non semper rigorose loquuntur, sed sæpe unum pro alio usurpant.

Adsunt et alia quam multa, quæ tanquam pronomina aliquando usurpantur, sed quæ ordinarie veluti adjectiva

[1] Dixi *ordinarie*, quia quamplurimi sunt modi hujus ideæ exprimendæ; pro minutione enim aliquando repetunt adverbium hoc simpliciter dicendo ጥቂጥ ፡ ጥቂጥ ፡ (*parum parum*); aliquando etiam valde premunt primam vel secundam syllabam. Pro additione vero, tres gradus distinctos habent ብዙ ፡ (*multi*), እየለ ፡, quod notabiliter addit, et እጅግ ፡ ብዙ ፡ (*plurimi*), sæpe etiam omnia hæc omittentes, pronomen ብዙ ፡ pronunciare solent valde longum in ultima syllaba.

inveniuntur; ea omnia referre potius dictionarii proprium est quam grammatices, ideo sufficiant allata.

ARTICULUS SECUNDUS.

PRONOMINA INDEFINITA OROMONICA.

1. *HUNDÚMA, HUNDÚMTINU* (*omnis*), prius pro casibus obliquis, posterius pro nominativo regente inservit. *HARIDÚMA, HARIDÚMTINU* (etiam pro *omni*). Hæc duo pronomina indefinita idem significant, et sæpe indiscriminatim accipiuntur, quamvis prius dicatur de quantitate continua, et posterius de quantitate numerabili : v. g. *GÁFA HARIDÚMA* pro *singulis diebus omnibus*, et *GÁFA HUNDÚMA* pro *semper;* hoc est, prius inservit quando quæstio est de re omnibus diebus occurrente, et posterius potius de re continua. Sic pariter diceretur *HARIDUMÁTTI KÉNNI* (*singulis da*), *HUNDÚMTINU ADABATU* (*omnes sistant*).

2. *DANÙ* et *BAJÈ* (*multi*); sæpe etiam hæc duo indiscriminatim accipiuntur, quamvis prius de quantitate et multitudine illimitata, et posterius de limitata intelligi debeant.

3. *ÓMAN, ÚMTU* (*nihil*), posterius pro nominativo regente, et prius pro aliis casibus. Si hoc idem pronomen indefinitum pronuncietur valde longum in prima syllaba veluti *OÓMAN, UÚMTU,* tunc *nihil omnino* significaret; si autem eadem syllaba prematur cum quadam contractione personæ, tunc etiam adderet et significaret *nihil omnino absolute :* v. g. *ÚMTUN*[1] vel *ÚMTU ENGIRÙ* (*nihil* vel *nihil*

[1] Posui *ÚMTUN,* sed sufficiens erat *ÚMTU,* quia *TU* finalis est jam characteristica nominativi regentis, et non indiget *N,* quæ est alia charac-

omnino adest), vel etiam ÚÚMTU ẸNKÁBU (*nihil omnino absolute habeo*).

4. TÓKOTÓKO (*aliquis*, vel *aliqua*), non vero *aliquid*, quia non potest intelligi de subjectis separatis, bene vero *aliquod* : v. g. TÓKOTÓKO ARGAḌḌÈ (*aliquem inveni*), TÓKOTÓKO DÛFA (*aliquis veniet*).

5. NÁMA (*homo*); certe hoc semper nomen est, sed aliquando tanquam pronomen *aliquis* usurpari solet : v. g. NÁMNI GODÈ (*homo fecit*) : in hoc casu vox *homo* pro *aliquis* intelligitur.

6. KAN BẸRÀ, vel etiam solummodo BẸRÀ (*alter, altera, alterum; alius, alia, aliud*) [1], aut etiam GÁRGAR (*diversum, separatum*), voces omnes quæ aliquando vices pronominum indefinitorum supradictorum faciunt, juxta exigentiam discursus : v. g. KAN BẸRÀ ITAÈ (*aliud factum est, alter inventus est*), GÁRA BẸRÁTTI DAKÈ (*ad alium perrexit*), GÁRGAR ARGAḌNÈ (*diversum invenimus*).

7. TÁKA (*una vice*), TÁKATÁKA (*aliqua vice*) : v. g. TÁKA KÓTTU (*una vice veni*), TÁKA ILÂLA (*una vice videbo, experiar*), TÁKATÁKA DÛFA (*aliquando veniam*), TÁKATÁKA NA DUKÚBA (*aliquando mihi dolet*).

teristica ejusdem casus; sic loco ÚMTU aliquando ÓMAN in nominativo, v. g. ÓMAN ẸNDUFNÈ (*nihil* vel etiam *nullus venit*), dum pro accusativo ÓMA ARGAḌḌÈ (*nihil invenit*) diceretur.

[1] Vox BẸRÀ, ultra significationem hic notatam, alios etiam sensus sæpe habet; aliquando enim significat *apud* : v. g. HÍNNI BẸRÀ GARÍḌA (*prope illum bonum est*), ÍSA BẸRÀ ẸIRÀ (*apud illum adest* vel *invenitur*); aliquando etiam hæc eadem vox compositioni alicujus verbi inservit, uti BẸRÀGAÈ (*appropinquavit*).

8. *ÁBALU* (*talis*, vel latine *N.*) dicitur in fictis historiis, vel quando alicujus personæ nomen appellare non convenit, aut etiam quando nomen personæ ignoratur.

9. *TÍNNA*, vel *TÍNNATÓKO* (*parum* vel *parvum*), sed, si ageretur de comparativo, pro minore diceretur potius *ÍSATÍNNA*. Observandum quod circa hoc pronomen indefinitum pro minutione adsunt gradus comparationis, licet in praxi non semper rigorose eos observent; juxta eos, *TÍNNA* esset positivus gradus significans *parum* vel *minorem* ut supra; *TITÍNNA* significaret *valde parum* vel *parvum;* pro tertio gradu autem veluti superlativo minutionis, aliquando valde longam faciunt solummodo primam syllabam quasi tribus vocalibus æquivalentem, uti *TIIÍNNA;* aliquando etiam reduplicant primam syllabam dicendo *TITIÍNNA*, sed tunc primam syllabam reduplicatam minus longam facere solent.

10. Fere idem evenit pro ejus contradictorio pronomine indefinito; *GÚDDA* enim significat *magnum*, et aliquando etiam *multum*[1]. Hoc pronomen suos gradus comparationis habet: *GÚDDA* enim veluti primus gradus est; *GURGÚDDA* pro secundo haberetur; pro tertio vero solent primam vocalem valde longam facere, uti supra de gradibus minuentibus. Vocavi hos gradus *comparationis*, non quod comparationi inserviant inter varias res, sed solum

[1] V. g. *GÚDDA NA KENNÈ,* quod æqualiter potest traduci *multum* vel *multos mihi dedit*, nec non *magnum mihi dedit,* juxta diversam naturam rei datæ. Hæc eadem vox diversos sensus habet; sic *NÂMA GÚDDA* (*homo magnus*) potest intelligi de *adulto,* de *sene,* de *divite*, et de honorata persona quacunque.

additioni quantitatis. Quando directe quæstio est de comparatione, utraque lingua, sive amarica, sive oromonica, habet verbum **በለጠ ፡** et *câla* (*major est*, *superat*) v. g. : **ጴጥሮስ ፡ ከጳውሎስ ፡ ይበልጣል ፡**, *Paulosítti Pétros câla*, *Petrus major est Paulo.*

CAPUT QUINTUM.

DE PRONOMINE RELATIVO.

Pronomina relativa duplicis generis sunt; alia *simpliciter et absolute relativa* dici possunt, quæ per se, et independenter ab alio nomine vel pronomine, ad quod referuntur, nunquam subsistunt; alia dici possunt *relativa secundum quid*, quæ per se subsistere possunt absque nomine; hæc dicuntur pronomina interrogativa. De utroque genere in duobus sequentibus articulis tractabimus.

ARTICULUS PRIMUS.

DE PRONOMINE RELATIVO SIMPLICI.

Pronomen relativum simplex unum est, illud nempe quod latine per particulam *qui*, *quæ*, *quod* exprimitur. Hoc vero aliquas variationes patitur in radicalibus pro lingua amarica, non autem in oromonica. In lingua amarica insuper[1], semper verbo affixum est immediate ante radicales; in lingua oromonica nunquam est affixum. Aliunde hoc pronomen in lingua amarica aliud est in præsenti vel futuro, et aliud in præterito. In hoc ultimo est littera የ, saltem pro nominativo, genitivo, et accusativo. In tem-

[1] Jam vidimus, de pronomine personali, quomodo lingua amarica pronomina illa affixa habeat immediate post radicales in omnibus casibus obliquis; pronomen relativum e contra immediate ante radicales verbi affixum semper habet.

pore præsenti vel futuro autem supradictæ litteræ የ additur ሚ. Dixi *saltem in nominativo, genitivo, et accusativo*, quia littera የ in dativo et ablativo confundi potest cum præpositione casum regente, quod non evenit quando unitur cum ሚ. Sint exempla.

የሚበላ ፡ ይቀበል ፡...... Qui manducabit recipiat.
የየሚበላ ፡ ሰው ፡ ነው ፡... Quod est hominis manducantis.
ለሚበላ ፡ ሰው ፡ ስጥ ፡ [1]... Illi, qui manducabit, homini da.
የሚበላ፡ሰውን፡እወዳለሁ፡ Illum, qui manducabit, hominem diligam.
በሚበላ፡ሰው፡ላይ፡ይሁን፡ In illo, qui manducabit, sit.
ከሚበላ ፡ ሰው ፡ ተቀበል ፡. Ab illo, qui manducabit, accipe.
የበላ ፡ ሰው ፡ ይምጣ ፡.... Qui manducavit veniat.
የየበላ ፡ ሰው ፡ ይሁን ፡... Illius, qui manducavit, sit.
ለበላ ፡ ሰው ፡ ስጥ ፡...... Illi, qui manducavit, da.

Pro lingua oromonica hoc pronomen est KAN, nunquam affixum verbo, semper illud præcedens, licet non semper immediate; sint exempla :

KAN HUMÈ WAKÁJO [2].......... Qui creavit Deus (*subint.* est).
KAN NU HUMÈ WAKÁJO........ Qui nos creavit Deus (est).

[1] Poterat etiam dici ለየሚበላ ፡, et sic in ablativo በየሚበላ ፡, ከየሚበላ ፡, quia suppressio litteræ የ, in qua consistit pronomen relativum, potius abusiva mihi videtur. Idem perfecte dicendum de præterito, in quo etiam ex usu hæc eadem littera fere semper supprimitur in dativo et ablativo.

[2] Hæc propositio potest æque traduci dicendo, *qui creavit Deus*, vel *creator Deus*, quia pronomen hoc relativum immediate ante verbum solet dare nomen adjectivum, vel saltem eo utuntur Oromones, quotiescunque aliqua vox caret adjectivo usitato. De hoc ubi de nomine adjectivo.

Ad diversitatem linguæ amaricæ, in lingua oromonica pronomen hoc idem semper ponitur ante verbum, sive in præsenti, sive in præterito, v. g.

Kan dûfa góitan............. Qui veniet dominus.
Kan dufè ísani [1]............. Qui venit ipsi (*pro* ipse).

Hoc idem pronomen *kan* fere invariabile est et indeclinabile, exceptis casibus quos ego transitivos appello, in quibus *ti* in fine accipit, v. g.

Kanítti kennè............... Cui dedit.
Kanítti gutè................. Cum quo repletus.
Kanítti gaè.................. Ad quod pervenit.

Sed de hoc directe ubi de nominum declinationibus agendum erit. Unum adhuc superest dicendum circa hoc pronomen; nempe, si ab illo præcedatur aliquod nomen, in nominativo, tanquam regens verbum, tunc pronomen *kan* fere semper est in accusativo. Ad difficultatem hanc explanandam duplici exemplo propositionem, materialiter eamdem, sed diversum sensum habentem, exponam, v. g.

Kan Wàk [2] (vel *Wakájon*) *godè*.. Quod Deus fecit.
Kan godè Wàk (vel *Wakájo*)... Qui fecit Deus (est).

[1] *ísani* est tertia persona pluralis, quæ loco tertiæ singularis ponitur ad honorem personæ; regulariter dicendum erat : *kan dufè hínni.*

[2] Sæpe auditur *Wàk* in nominativo regente aliqua verba, quamvis sæpissime etiam audiri nomen *Wakájon* soleat in nominativo etiam regente quædam verba; sic dicunt : *Wàk gedè* (*Deus dixit*), *Wáktu*

In priore exemplo KAN accusativum est, in posteriore autem potest esse accusativum et nominativum, sed, ut nominativum dicatur, subintelligi debet verbum auxiliare DA (*est*) in fine. Ex hoc deducendum, differentiam inter nominativum et accusativum non in nomine ipso consistere, sed in propositionis constructione, quod etiam accidit in lingua amarica, uti in his duobus exemplis.

እግዜር፡ የፈጠረ፡ ነገር፡. . . . Deus quam fecit rem.
ነገርን፡ የፈጠረ፡ እግዜር፡. . . . Rem qui fecit, Deus (est).

Unum adhuc àddam circa genus hujus pronominis, illud nempe, tum in lingua amarica, tum in oromonica, non in pronomine ipso sed in verbo ab ipso recto consistere. In utraque lingua sit exemplum tum pro masculino, tum pro feminino.

የነገረ፡ እርሱ፡ ነው፡. . . . . . . Qui locutus est ipse est.
የነገረች፡ እርስዋ፡ ናት፡. . . . . Quæ locuta est ipsa est.

GODÈ (*Deus fecit*), WÀK SI ATÓLU (*Deus tibi propitius sit*); sed dicitur etiam : WAKÁJON GARÍDA (*Deus bonus est*), WAKÁJON GALÁDDA (*Deus amat*), et sic de infinitis aliis exemplis quæ adducere possem. Ex his exemplis certo colligi potest utrumque posse esse nominativum, quamvis non ad omnia verba regenda, sed solum ad aliqua juxta usum. Apud illos populos inutiliter quæritur ratio philologica dictorum; millies ego eos interrogavi de hac re, nec unquam ex ore ipsorum difficultatem hanc solvere potui. Quod mihi videtur probabilius dicam : ni fallor, radicales primitivæ hujus nominis erant WÀK, quibus addiderunt interjectionem ÁJO (quæ naturalis est in appellatione Dei, quamque etiam nunc addere solent, cum dicunt JÀ WÀK); hæc tractu temporis facta videtur radicalis, et verbum primitivum WÀK conservatum est solum in quibusdam dictis emphaticis et magis popularibus, uti sunt supra allata et alia non multa.

Kan dubbaḍḍè hinni . . . . Qui locutus est ipse (est).
Kan dubbaḍtêrte íse ḍa . . . . Quæ locuta est ipsa est.

ARTICULUS SECUNDUS.

DE PRONOMINE INTERROGATIVO.

Pronomina interrogativa alia sunt simplicia, quæ unica voce exprimuntur, et alia composita, quæ vel eamdem vocem reduplicant, vel ei aliquid aliud addunt ad unicam interrogationem exprimendam. In utraque lingua prius exponenda sunt simplicia, postea composita.

Præcipua pronomina interrogativa simplicia in utraque lingua hæc sunt :

1. ማን ። . . . . *éñu?* . . . . Quis (de personis)?
2. ምን ። . . . . *máli?* . . . . Quid (de rebus)?
3. ስንት ። . . . . *méka?* . . . . Quot (de numero)?
4. እንዴት ። . . . . . *áttam?* . . . . Quomodo (de modo)?
5. ወዴት ። . . . . . . *êsa?* . . . . Ubi (de loco)?
6. መቼ ። . . . . *jómu?* . . . . Quando (de tempore)?
7. ስለምን ።[1] . . . . . *málif?* . . . . Quare (de ratione)?

Composita, quia longiora et non satis sibi invicem in sensu correspondentia, separatim exponam in lingua amarica primum, postea in oromonica.

[1] Stricte hoc compositum dici deberet in lingua amarica, quia ስለ ። est particula rationalis significans *pro* vel *propter*; ምን ። autem, ut supra dictum est, significat *quid?* Dixi ስለምን ።, sed sufficeret dicere ለምን ።, quia stricte radicalis essentialis particulæ rationalis est littera ለ, quæ est etiam præpositio dativi casus et plures alias significationes habet, respondens litteræ *f* in lingua oromonica.

1. **ምንድር ፡ ነው ፡** (*quid est?*) Hoc potest etiam dici in plurali : **ምንድር ፡ ናቸው ፡** (*quid sunt?*)

2. **በምን ፡** vel **በምን ፡ ምክንያት ፡** (*qua de causa*, vel *qua ratione?* vel etiam *quo fine?*) quia in his linguis nulla adest vox ad exprimendum finem alicujus rei.

3. **ለማን ፡** (*cui est? pro quo*, vel *pro quibus?*)

4. **ምናምን ፡** vel **ማናማን ፡** (*quale et quale?*) quando agitur de eligendo inter multa; *quis et quis*, quando agitur de eligendis personis.

5. **ከወዴት ፡** (*unde? ex quo loco?*)

Hæc sunt præcipua pronomina interrogativa composita in lingua amarica; nunc de iisdem in lingua oromonica agendum est.

1. *MALÍNNI?* (*quid est?*) Componitur ex *MÁLI* (*quid*) et *HÍNNI* (*ipse*, vel *ille*, vel etiam *hoc*). Hoc pronomen interrogativum continet virtualiter verbum auxiliare *est*, quod pronomini personali *HÍNNI*, illud componenti, videtur tribuendum [1].

2. *MÁLI FI MÁLI?* (*quid et quid? quænam sunt?*)

3. *MÁLIF MÁLIF?* (*quare quare? quænam sunt rationes?*)

4. *ÉÑU FI ÉÑU?* (*quis et quis? quinam sunt?*)

5. *MÁKA MÁLIF?* (*propter quod nomen* [2]?)

[1] Circa hoc verbum auxiliare prædicatorium virtualiter comprehensum in permultis propositionibus linguæ oromonicæ, quod est una ex præcipuis characteristicis proprietatibus hujus linguæ, tradere regulas specificas et categoricas, non obstantibus omnibus conatibus meis, nequeo; video existentiam ejus passim, sed, præter *DA* et *TI* finales, jam a me alibi notatas, de aliis incertus adhuc sum.

[2] Jam vidimus istas linguas carere voce ad significandum finem

6. *MAL NAN GÔDA*, vel *MAL GÔDARÈ*[1]? (*quid faciam?*)

7. *MAL ǴÁCUKÈ*, vel *ǴÁCUKÊSANI?* (*quodnam verbum tuum* vel *vestrum?* quod idem est ac *quid significat hoc?*)

operantis, sed etiam carent voce ad significandam rationem alicujus rei, et ad illam supplendam utuntur voce *nomen,* ita ut, ad dicendum *propter quam rationem fecisti hoc?* debeant dicere *propter quale nomen fecisti hoc? MÁKA MÁLIF KÁNA GOḌTÈ?* Habent tamen *BEKÛMA* pro facultate rationali, respondens nostro *intellectui;* sed hoc non facit ad rem, quum hic sit quæstio de ratione practica quæ est regula operationis, quæque confundi potest cum *fine, jure, justitia,* voces omnes quæ pariter desunt in illis linguis.

[1] *MAL GÔDARÈ?* minus est usitatum apud Oromones septentrionales quam apud meridionales, et modo speciali in Limu-Ennerea.

LECTIO QUARTA.

DE NOMINE.

Præsens lectio duobus capitibus persolvenda erit; in priore de variis nominum speciebus disseram; in posteriore de declinatione, constructione, et concordantia eorumdem.

CAPUT PRIMUM.

DE VARIIS NOMINUM SPECIEBUS.

Nomina omnia vel substantiva dicenda sunt, vel adjectiva. Præsens caput igitur in duplicem articulum dividendum est, in quorum priore de nominibus substantivis, in posteriore de adjectivis disserendum erit.

ARTICULUS PRIMUS.

DE NOMINIBUS SUBSTANTIVIS.

Nomina substantiva ad tres classes reduci possunt juxta diversam naturam eorumdem. In prima classe veniunt nomina propria, quia de personis [1], vel de regionibus, vel

[1] Mos appellandi proprio nomine etiam animalia quædam invaluit, veluti quodam affectus argumento et signo. Res tamen non adhuc eo pervenit apud nos ut nomen eorum animalium historicum fiat. Apud illos populos e contra certa animalia præ hominibus ho-

de urbibus in particulari dicuntur, uti *Petrus*, *Roma*, *Gallia*, *Padus*, *etc.* In secunda classe veniunt nomina appellativa seu communia, quia dicuntur de rebus omnibus ad aliquam speciem vel genus spectantibus uti *homo*, *animal*, *lignum*, *flumen*, *equus*, et similia. In tertia classe tandem veniunt ea quæ de actionibus in genere, vel passionibus, aut affectionibus quibuscunque prædicantur, uti *amor*, *odium*, *bellum*, *cultus*, *morbus*, *mercatus*, *iter*, et similia. Hunc articulum igitur in tot paragraphos distinguam.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

DE NOMINIBUS PROPRIIS.

Diversæ, tum apud Abyssinos, tum apud Oromones vigent consuetudines, ex quibus nomina sive hominibus, sive regionibus aut urbibus, sive etiam animalibus dari solent; has in hoc paragrapho totidem quæstionibus exponam.

QUÆSTIO PRIMA.

DE NOMINE PROPRIO HOMINUM.

Tum in Abyssinia, tum apud oromones populos viget adhuc patriarchalis mos appellandi infantes recens natos ex nomine rei vel passionis dominantis in corde patris vel matris infantis in circumstantia nativitatis ejus. Sic

norari et æstimari solent; vidi enim equum emi pretio sex mancipiorum. Nomina hujuscemodi equorum, uti magni honoris titulum, ab heris assumuntur, sic, v. g.: ÁBBA BAGIBÒ (*pater* vel *herus Bagibo*), ÁBBA MAGÀL (*pater* vel *herus Magàl*).

princeps nunc regnans in Gogiam dicitur : ተድላ ፡ (*voluptas*); antecessor ejus, ብሩ ፡ (*argentum ejus*), et imperator Theodorus II, antequam imperio potiretur, vocabatur ካሳ ፡ (*satisfactio*)[1], quia mater ejus per partum ipsius dedit satisfactionem marito de non obtentis filiis a concubinis præcedentibus, quod sæpe contingit. In Abyssinia christiana, quando baptizantur infantes in ecclesia, datur eis nomen vel Dei, vel Trinitatis, vel Mariæ, vel alicujus sancti[2], præter nomen acceptum a matre in nativitate; sed quum baptizari soleant ad minus quadraginta dies post nativitatem[3], quando primum nomen jam in habitudinem transiit, rarius illo populariter vocari solent.

[1] Anno 1846 ingressus ego Abyssiniam, inveni illic prophetiam popularem de regno futuro imperatoris cujusdam sub nomine Theodori II, qui a sæculis prædicabatur appariturus tanquam populorum domitor universalis. Multa post illum eventura fatidice dictitabantur quamdam relationem habentia cum fine mundi et adventu Antichristi. Tunc temporis præfatus imperator adhuc vir privatus erat et vix nomen habebat inter officiales militiæ. Dum scribo ipse est Theodorus II qui omnes illas regiones subjugavit et veluti alter in illis Attila flagellum Dei dici potest. Notare juvat nomen ejus primitivum fuisse Kasa, quod in Theodorum postea mutavit ut præfata prophetia, aiunt aliqui, in seipso adimpleretur.

[2] In Abyssinia non solent appellare simpliciter recens baptizatos nomine Dei, Mariæ, vel sanctorum, uti apud nos, sed dicunt ገብረ ፡ ኢየሱስ ፡ (*servus Jesu*); ገብረ ፡ ሥላሴ ፡ (*servus Trinitatis*); ገብረ ፡ vel ወልደ ፡, vel ኃይለ ፡ ማርያም ፡ (*servus* vel *filius*, vel *fortitudo Mariæ*); ወልደ ፡ vel ኃይለ ፡ ሚካኤል ፡ (*filius* vel *fortitudo Michaelis*), et sic de aliis sanctis.

[3] Solent baptizare infantes post quadraginta dies a nativitate, quia mater ipsius solet eum portare ad ecclesiam, et veluti immunda

In Abyssinia meridionali magis quam in septentrionali, præter nomen acceptum a matre in nativitate, vel acceptum in baptismo ut supra, quando persona adulta facta est, ut distinguatur ab aliis idem nomen habentibus, addere solent nomen patris nomini ejus proprio, sic princeps Gogiam supradictus dicitur ተድላ ፡ ጓሉ ፡, quia pater ejus ጓሉ ፡ dicebatur, et antecessor ejus ብሩ ፡ ጎሹ ፡ dicebatur, quia filius ጎሹ ፡ erat. Quod spectat ad Oromones, ipsi etiam, uti supra de Abyssinis dixi, solent imponere nomen infanti statim post ejus nativitatem. Sic primus patronus meus, qui me recepit in Gudrù anno 1852, vocatur *Gáma* (*consolatio*), quia mater ejus *Dúngi* appellata (id est *osculum*), gavisa est in nativitate infantis masculi post plures annos sterilitatis. Sic pariter primogenitus domini nostri [1] in Lagamara vocatur *Esçò,* quod in se non est nomen alicujus rei, sed potius interjectio quædam in aliqua inopinata maxima consolatione, quia pater ejus, postquam vidit infantem illum natum, in talem interjectionem prorupit. Nomen

ante diem quadragesimum ab ingressu ecclesiæ prohibetur, juxta præscriptionem Judæorum quam adhuc servant Abyssini. Deinde etiam baptismum retardant, quia non solent baptizare infantem, nisi prius privatim et a parentibus circumcidatur, cui observantiæ judaicæ valde ipsi adhærent, saltem populariter, et extra formam ecclesiasticam.

[1] Voco sic dominum vel patronum personam quæ nos recepit, sive in Gudrù, sive in Lagamara, non quod realiter sit dominus vel patronus noster stricto sensu, sed solum quia, apud Oromones, extraneus non admittitur ad quosdam actus civiles perficiendos, nisi se aggreget alicui familiæ a qua præsentatur.

autem acceptum in nativitate conservant Oromones et illo exclusive vocantur in tota pubertate, postea incipiunt variationes, quæ multæ etiam sunt juxta sexum, circumstantias, et ætatem. Primo quidem a personis gravibus et extraneis vocari semper solent nomine nativitatis, sed ei ordinarie addunt nomen patris, ut supra dixi de Abyssinis. Sic dominus noster in Gudrù dicitur *Gáma Moràs*, quia *Moràs* fuit pater ejus [1]. Dixi *ordinarie*, quia sæpe etiam reticeri solet nomen nativitatis, et appellari solum *elma Moràs* (*filius Moras*), eodem sensu quo in sacris Scripturis invenitur *Barjona, Barpanther,* id est, filius Jonæ, filius Pantheris; et hoc maximus honor ei erit, quia evenit solum quando persona de qua agitur adeo celebris est, ut nullum periculum sit confusionis cum fratribus ejusdem, tunc enim veluti antonomastice filius talis appellatur.

Hæc tamen non est præcipua variatio nominis, sed

[1] Pater *Gáma* vocabatur *Moràs,* seu potius *Morasà* (*móra* est sebaceum peritonæum, quod statim post mactationem animalium semper consulitur a peritissimo et dignissimo, ita ut apud Oromones veluti oraculum divinum habeatur); *moràs* pronunciatur per abbreviationem, quum uti nomen proprium usurpatur. Mater igitur *Moràs* vocando proprium filium *Morasà,* volebat dicere *oraculum ejus,* nempe proprii mariti. Oraculum autem hic pro *fortuna* interpretando, mulier illa in tali fatidico nomine non fuit decepta : maritus ejus nomine *Okkotè* inops erat Gogiamensis e patria migratus; filius ejus *Moràs* aliquantis invaluerat divitiis, et mortuus erat ante adventum nostrum in Gudrù; *Gama,* ejus filius, cujus prope domum constructa est prima ecclesia apud Oromones, in meo discessu quasi absolutus totius Gudrù princeps erat.

alia adest magis universalis ac exclusiva populorum oromonum, vocandi videlicet virum vel mulierem nomine proprii filii primogeniti, si habeant. Sic dominus noster Lagamarensis supradictus dicitur *ábba Esçò* (*pater Esçò*), et *háda Esçò* (*mater Esçò*), uxor ejus. Hoc dicendum est de omnibus habentibus liberos, tum masculos quum feminas, semper a primogenito nomen accipientibus. Pater et mater familiæ tali nomine vocari debent ab omnibus suis subditis, qui irreverentiam erga eos aliter committerent, si vocarent eos nomine nativitatis; quoad ceteros ad honorem solent eodem nomine illos vocare, maxime vicini et proximiores parentes.

Qui non habent liberos solent sibi adoptare aliquem [1], et tunc sive pater sive mater adoptantes possunt vocari ex nomine filii adoptitii. Quum autem desunt media ad sibi adoptandum filium, tunc usque ad mortem appellabuntur nomine nativitatis, quod humiliationi eis est.

Quæ dixi huc usque de omni populo intelligendum est. Sed principes, reges, vel magni duces belli raro, imo fere nunquam, vocantur a nomine proprii filii. Sed primus equus eorum tanquam filius ipsis est, a quo nominari solent usque ad mortem : sic *ábba bagibò*, rex Ennerea, et

[1] Adoptio valde in usu est apud Oromones qui filios non habent. Adoptio de qua hic agitur non debet confundi cum *médica*, quæ est quædam adoptio extranei in familia aliqua ut juribus civilibus in regione fruatur. Vera adoptio dat adoptato jus ad hereditatem adoptantis, et supponit renunciationem parentum naturalium quoad jura eis competentia erga ipsum adoptatum; posterior autem adoptio talis non est, quamvis cærimonia fere eadem sit.

ÁBBA MAGÀL, rex Gera, ab equis *BAGIBÒ* et *MAGÀL* dictis nomen acceperunt. In omni ditione regi subjecta, nomen nativitatis ejus, vel etiam reginæ principalis, nemo impune pronunciare poterit, quia prohibitum est. Lex ista adeo gravis est, ut, si nomen nativitatis regis vel reginæ aliquid significet in rerum natura, a dictionario linguæ pro toto illo regno deleri oporteat[1], et alia vox pro illa substitui necessarium sit.

QUÆSTIO SECUNDA.

DE NOMINIBUS PROPRIIS REGIONUM.

Circa nomen regionum et locorum in nullo conveniunt Abyssini cum oromonicis populis. Abyssini, quamvis numero medietatem populorum oromonum[2] non assequantur, machinæ organicæ imperialis cujusdam informe simulacrum adhuc apud se retinentes, suas habent civitates, oppida, castella, quibus omnino privantur regiones

[1] Nomen nativitatis *Abba Bagibò*, regis Ennerea, erat *ÍPSA*, quod, in lingua oromonica, *lumen* significat, estque verbum normale æquivalens verbo *illuminare* linguæ latinæ; quandiu ille regni potiebatur, pro *lumine* introducta est vox *DONGÒ*, pro *illuminare* vero *MULLÎSU* (*videre facere*) substitutum est.

[2] Quamvis valde sit difficilis computatio multitudinis relativæ apud illos populos censibus et statisticis destitutos, attamen juxta systema meum computandi populum relativum ex frequentia mercatuum, ex valore relativo fundorum nec non difficultate acquisitionis eorum, ex numero colonorum inquirentium culturam fundi pro media parte fructuum, perfecte uti apud nos, et tandem ex numero Abyssinorum ad Oromones migrantium, puto me non valde distare a veritate in supradicta assertione.

oromonicæ. Hæ tamen in locis magis populosis exhibent civitatem veluti continuam, si fides adhibeatur Oromonibus [1].

In Abyssinia igitur nomina regionum, civitatum et locorum, varia sunt, uti apud nos; major pars civitatum et oppidorum nomen accipere solet a titulo monasterii vel ecclesiæ [2], ita ut inveniantur illic etiam nomina locorum sanctorum Palæstinæ [3]. Non desunt denominationes historicæ pro quibus cognoscendis studium non modicum requiritur historiæ illarum regionum, maxime bellorum cujuslibet ætatis; sic *Adwæ* regni Tigré capitalis nomen audivi ab aliquibus doctis indigenis interpretatum veluti latine *adunationem*, quia est locus prope *Axum* capitalem antiquam, ubi castra generalia imperii æthiopici habebantur. Non desunt pariter regiones denominatæ a cir-

[1] Oromones solent construere domum in medio fundi proprii, unde inter duas familias supponi debet unum terræ jugerum, habita ratione familiarum quæ terram non colunt, vel quia divites, vel quia mercaturæ deditæ, quæ plurimæ sunt, vel etiam quia impotentes. Coloni ultra populi medietatem constituunt. Ex opposito haberi debet etiam ratio pascuorum; quæ paucissima sunt in locis cultis et habitatis, et vastissima in confinibus rerumpublicarum, ubi tempore belli solent pugnare cum inimicis.

[2] Multæ sunt civitates quæ nomen accipiunt a B. V. Maria, uti እምባ ፡ ማርያም ፡, ማኅደረ ፡ ማርያም ፡, ተድባበ ፡ ማርያም ፡, መርጡለ ፡ ማርያም ፡, multæ etiam quæ nomen accipiunt a SS. Michaele et Georgio, et aliis; deinde oppida fere omnia ab ecclesia titulari nomen accipiunt.

[3] Inveniuntur in Abyssinia civitates dictæ : ቤተልሔም ፡, id est, *Bethlehem*; ናዝሬት ፡, *Nazareth*; ደብረ ፡ ታቦር ፡, *Mons Thabor*; ቀራንዮስ ፡, *Calvarium*; ደብረ ፡ ሊባኖስ ፡ *Mons Libanus, etc.*

cumstantiis specialibus loci, uti በገምድር ፡, quæ diceretur vox composita ex በግ ፡ (*ovis*) et ምድር ፡ (*terra*), quia revera nulla est Abyssiniæ provincia quæ pluribus quam illa ovibus abundet, quamvis dives etiam sit in quolibet alio armentorum genere. Tandem ደጋ ፡, ወይና ፡ ደጋ ፡, et ቆላ ፡, quæ nomina sunt generalia regionum ratione altitudinis relativæ, et videntur desumere etymologiam ex gradibus cœli temperaturæ[1]. Fluminum etiam ipsa nomina, uti አባይ ፡ (*Nilus*), aliquid historici continere prisci dicunt[2].

Apud Oromones denominatio regionum et locorum etymologice fere semper eadem est, desumens proprium nomen a primo suo acquisitore : sic *Boréna*[3], *Toloma*,

[1] ደጋ ፡ est altitudo maxima, ordinarie frigida habens vegetationem sibi propriam. ወይና ፡ ደጋ ፡ interpretatur *altitudo vineæ,* utpote loca complectens in quibus antiquitus valde colebatur vitis, et etiam proxime elapsis temporibus non infrequens inveniebatur, licet nunc destructa; hæc altitudo media temperatior est. ቆላ ፡ est nomen vallium, in quibus sol urens est, et calor longe major, ideo sic dictæ quasi assatæ et adustæ.

[2] Nominis Nili fluminis sequentem etymologiam audivi : ab aliquibus indigenis supponitur hominum genus nunc ወይጦ ፡ dictum apud Abyssinos, *wáta* apud Oromones, et *mangò* apud Sidamas, quod infame ubique habetur, olim imperio potitum fuisse in altitudinibus æthiopicis, ante stirpem amaricam et post Nigrorum stirpem chamiticam; hæc autem quum pagana esset Nilum adorabat eumque voce interjectiva appellabat : አባይ ፡, id est, *Pater mi.*

[3] *Boréna* supponitur filius primogenitus *Orma,* patris populorum oromonum. Posteri ipsius, ex oriente venientes, versus septentrionem perrexerunt et inhabitaverunt regiones ad occidentem regni Çewa (regnum Çewa, in quibusdam chartis geographicis atque apud quosdam auctores, voçatur *Choa*, *Shòa* et *Schoa;* hic damus veram

Libàn[1], *Gudrù*, *Gémma*, *Nónno*, *Hurrù*, *Amurrù*, quæ sunt præcipuæ, satis vastæ, regiones populorum oromonum, sua nomina acceperunt a priscis dominatoribus illarum regionum, qui ex oriente, vel ab initio vel in posterioribus temporibus venerunt. Omnes pariter filii *Orma* erant, saltem mediate post aliquas generationes, quia supradictus pater hujus populi jam erat a sæculo mortuus, et familia ejus jam creverat in populum numerosissimum, quando evenit emigratio ejus ex littore Africæ orientalis.

Hanc autem denominationem a primis occupatoribus acceptam fuisse probat, præter traditionem constantem et universalem omnium illorum populorum, consuetudo et praxis posterior, quæ etiam nunc vigent. Sic septem filii *Gudrù* supradicti septem domibus, id est, provinciis

pronunciationem vocis ሸዋ, quæ hujus regni nomen est in lingua amarica), ad orientem vero fluvii Nili versus meridiem sitas, ubi etiam nunc *Boréna* dicuntur, comprehendentes principatus *Aly Wadage* et *Adera Villy*. Ex istis primitivis stirpibus supponuntur orti populi *Legambo*, *Wollo*, *Warra Kallo*, *Warra Aimanò*, *Egu* et *Ayubù*, qui partem Abyssiniæ vallarunt versus meridiem et orientem usque ad Tigré, quique in maxima parte mahumedani nunc facti sunt. Quia *Boréna* primogenitus filiorum *Orma* est, postquam stirpes advenæ multiplicatæ sunt inter Oromones, ubicumque veræ familiæ oromones *Boréna* nuncupatæ sunt, et ubique hoc nomen tanquam *nobilis* sonat.

[1] Circa *Libàn*, certum est exstitisse quemdam ex primis terræ hujus occupatoribus sic nuncupatum; utrum autem omnis regio, nunc eo nomine appellata, ab eo nominata fuerit vel pars tantum, certo asserere mihi difficile est absque notis meis amissis. Aliqui Abyssini regionem illam volunt sic nuncupatam, quia possessa erat a famoso monasterio ደብረ ፡ ሊባኖስ ፡ dicto, quod ad orientem ejusdem regionis prope regnum ሸዋ ፡ est.

nomen suum dederunt[1]. Idem dicendum de quatuor filiis *Gémma*[2], nec non de tribus filiis *Nónno*[3], qui etiam tot regionibus distinctis et sat vastis nomina dederunt. Hoc

[1] Domus vel provinciæ de quibus hic agitur sunt *Lúku, Lója, Sírba, Amilìè, Mallóle, Andársa,* quæ a totidem filiis *Gudrù* nomen acceperunt, quæque, licet residuæ sex tantum sint, in actibus publicis tamen solent nominari septem domus *Gudrù,* et in solemnioribus actibus, ut sint validi, semper requiritur præsentia unius publici officialis cujuslibet domus.

[2] Filii Gemma sunt *Guddéja, Tibiè, Núnnu* et *Wájo. Guddéja* et *Tibiè* efformant vastam et bellicosam rempublicam dictam *Tibiè-Lagamara,* ubi domus missionis meæ existit, prope fluvium *Givìè,* quod etiam dat nomen reipublicæ eidem. *Núnnu* est respublica potentissima ad austrum et occidentem Gudrù. Quum viginti circiter abhinc annis bellum inter Nunnu et Gudrù exortum esset, respublica Nunnu populos Gudrù una cum Gogiamensium equitum duobus millibus ad auxilium vocatorum vicit. In hoc bello duo Angli, Walter Plowden cum socio suo Joanne Bell, anno 1845, ni fallor, occiderunt principem quemdam; ex quo orta est perduellis inimicitia cum omni genere nostro, propter quam clausa adhuc est via nostris per illam rempublicam. Præter duas dictas respublicas, filii *Gemma* inhabitaverunt insuper totum vastum regnum dictum *Gemma-Kaka* ad austrum, super ripas fluvii Givìè supradicti usque ad confines regni Kafa.

[3] Tres celebriores filii *Nónno* sunt *Urumù, Billò* et *Illù*. Ab initio hi tres inhabitarunt totam regionem, quæ adhuc nomine *Nónno* patris eorum appellatur, a fluvio *Givìè* supradicto usque ad montem *Ennerea*. Eorum deinde posteri ad austrum perrexerunt. *Billò* inhabitavit multas regiones ad occidentem *Ennerea,* quæ nunc major pars regni Guma sunt. *Illù* autem dedit nomen aliis regionibus versus meridiem et occidentem usque ad flumen *Barrò*. *Urumù* vero aliis magis ad occidentem prope fluvium quemdam, nomine *Gabba,* in eumdem Barrò influentem, pariter nomen dedit.

autem non solum initio occupationis illarum regionum evenit, sed etiam in seculis posterioribus; posteri enim Tibiè, filii Gemma, nomen dederunt pariter variis provinciis illius reipublicæ[1]. In sæculo etiam proxime elapso quædam provinciæ ab aliquibus extraneis nomen acceperunt[2]. Vere enim mirum est quomodo illi populi modo vere patriarchali multiplicari solent, uti ego ipse vidi[3] in aliquibus christianis meis.

[1] Inter filios *Tibiè* numerantur *Adegò*, pater provinciæ Tibiè ejus nomine nuncupatæ, et *Gíbbu*, pater alterius provinciæ *Warra-Gibbu* dictæ.

[2] Aliqui christiani, ex Abyssinia migrati initio seculi decimi octavi, facti pagani et a filiis Tibiè adoptati, in eadem republica nomen dederunt duabus aliis tribubus seu provinciis, quæ nunc in illa republica super stirpem oromonem *Borena* dictam quodam modo dominantur, uti *Warra Góde*, et *Warra Badéso* (*filii Góde* et *filii Badéso*). Hæ duæ tribus extraneæ circa mille equites proprios numerant in bello illius reipublicæ.

[3] Cognovi in Lagamara senem quemdam *Wálda Joannes* ex baptismo dictum, et *Abba Gallet* ab Oromonis appellatum, qui anno 1858 christiano modo mortuus est, a me sacramentis munitus. Hic venerat in juventute sua ex Abyssinia simplex mercator, et veluti alter Tobias noluit misceri superstitionibus paganis, semper sperans in futuros sacerdotes quos dicebat venturos. In adventu meo fuit primus et ferventissimus qui acceptavit ministerium missionariorum catholicorum. Hic venerabilis senex, ex duobus legitimis matrimoniis, generavit undecim liberos partim masculos et partim feminas, quorum vidit filios filiorum jam per familias divisos. Hæ omnes familiæ, additis insuper familiis adoptatis vel adnexis, tempore discessus mei ab hac regione anno 1862, jam ascendebant ad viginti novem domos, et circa triginta scuta expedita ad bellum numerabant, ita ut *Warra abba Gallet* jam spectabilis esset, et certo post dimidium sæculi dominabitur.

Dixi ab initio quod regiones *fere semper* nomen acceperunt a primis occupatoribus; hæc enim lex, licet ordinaria et generalis, plures tamen admittit exceptiones. Inveniuntur enim regiones exhibentes denominationem historicam, uti, inter alias, *Tibiè-Lagámara*, quæ ultima vox significat «flumen christianorum[1].» Pariter inveniuntur nomina residua ex antiquis habitatoribus, uti mons *Ennerea* in regno *Limu*[2]; et tandem non desunt nomina accepta a fluminibus, uti *Giviè*, quod apud indigenas valet *Lagamara*[3].

[1] Apud Oromones *Laga* sonat *flumen*, et *amara* significat *christianus*. Hoc flumen sic vocatur, quia oritur ad pedes excelsi cujusdam montis, qui dicitur *Tullu Amara*, seu «mons Christianorum.» Traditio quippe est, in irruptione Oromonum, christianos habitatores ad illum montem confugisse, e quo postea vi expulsi in Abyssiniam migrarunt. Dicunt Oromònes hunc montem coaluisse ex acervo lapidum, quorum unum singuli christiani fugientes illuc projecerunt in signum vindictæ. Quæ tamen popularis est fabula; supereminet enim montium catenæ, quæ distenditur in republica *Nunnu-Gambo;* et in geographia valde spectandus est ob divisionem aquarum, quam facit, ut videre est in adnotatione 3ª infra posita.

[2] Nomen *Ennerea* vix auditur apud Oromones; magis audiri solet apud exteros. Apud Oromones regnum illud vocatur *Limu* a primo occupatore, et *Ennerea* vocatur mons prope locum ubi antiquitus residebat rex quidam ex stirpe amarica. Qui rex in adventu Oromonum migravit prius in *Gera* cum suis, ubi pariter adest locus *Ennerea regis* dictus; deinde migravit in Kafa, ubi nunc adhuc nominaliter regnat in provincia *Ennerea* nuncupata.

[3] Apud indigenas flumen Giviè dat nomen parti reipublicæ Tibie ipsi flumini contiguæ, quæ ab extraneis indifferenter dicitur *Lagamara* vel *Giviè*. Hoc flumen oritur a latere meridionali præfati montis Tullu Amara in gradu nono latitudinis septentrionalis; pergit ad

QUÆSTIO TERTIA.

DE CETERIS NOMINIBUS PROPRIIS.

Quamvis nomina regum et officialium, tum civilium, tum ecclesiasticorum, stricte non sint nomina propria et appellativa, sed communia, quum tamen usibus particularibus regionum valde consona et affinia sint uti præcedentia, de iis post nomina propria breviter sermo sit pro utraque lingua diversis numeris, a lingua amarica incipiendo.

1. Nomen imperatoris est ሐፄ፡, imperatricis vero እቴጌ፡, sed quum imperator sit et rex, ንጉሥ፡ etiam dicitur, et imperatrix ንግሥት፡, licet rarius. Hoc posterius nomen proprie convenit regi[1], nunquam vero prius.

austrum per medium regnum *Gemma Kaka* (*Gemma juramenti*) usque ad confines septentrionales regni Kafa, ubi influit in fluvium Gogèb, qui circumit altitudines septentrionales regnorum Kafa, Kullu et Gobo, et decurrit ad meridiem in oceanum Indicum. A latere vero septentrionali dicti montis Tullu Amara scaturiunt aquæ influentes in Nilum cæruleum (*azzurro* vel *bleu*), qui ad mare nostrum Mediterraneum pergit. Nec silentio prætereundum est, ad austrum regni Kafa circa tertium latitudinis septentrionalis gradum supponi ortum Nili albi, qui ad occidentem prius, postea ad septentrionem decurrens se Nilo cæruleo jungit. Qua de re consulatur illustrissimus d'Abbadie, qui solus exactas notiones de hoc dare potest.

[1] In Abyssinia perfecte distinguitur imperator a rege, quidquid scripserint aliqui non satis eruditi usibus Abyssiniæ; rex enim Çewa vere rex erat, qui titulum regis acceperat ab imperatore abyssino. Eamdem traditionem inveni in Kafa, ubi rex Ennerea, qui etiam nunc nominaliter ibi regnat, fatetur regnum suum accepisse ab im-

Quando vero quis imperatorem alloquitur, tunc ei ጃን ፡ cum addito ሆይ ፡ dicit; e contra in eodem casu regi የኔታ ፡ dicitur, uti diceretur cuicunque alii domino a suo subdito; et regina vel domina እሜቴ ፡ seu rectius እመቤቴ ፡ vocative diceretur.

2. ራስ ፡ (generice *caput*) est nomen quo appellari solet præses consilii ministrorum imperatoris abyssini, in parte executiva imperialis gubernationis; et erat olim veluti vicarius imperialis, licet, ultimis hisce temporibus, valde mutatum sit hujus officium [1].

3. ደጅ ፡ አዝማች ፡, quod per breviationem dicitur ደጃች ፡, erat tempore imperii abyssini prima dignitas in aula imperatoris, cujus officium erat introductio ad audientiam vel aulam ejusdem, quodam modo uti apud nos cubicularius. Imperator conferebat hanc dignitatem pluribus, qui vicissim implebant officium. Post illum veniebant alii duo magistratus, scilicet, ቀኝ ፡ አዝማች ፡

peratore æthiopico. Ibi insuper apud illos populos viget etiam nunc consuetudo jurandi per mortem imperatoris abyssini.

[1] Antiquitus ራስ ፡ unicus erat nominatus absolute ab imperatore. Tractu temporis hic officialis rebellavit contra imperatorem, faciendo se dominum absolutum et relinquendo domino suo nominalem tantum dignitatem imperialem; ex quo derivarunt omnia mala illi regioni. Nunc autem imperator Theodorus secundus, ad evitandam rebellionem hujus dignitarii, indirecte eam dignitatem destruxit, eamdem conferendo pluribus, sine ulla auctoritate executiva. Transiens ego per Abyssiniam anno proxime elapso inveni tres ራስ ፡, nempe ራስ ፡ እንግዳ ፡, ራስ ፡ ውቤ ፡ et ራስ ፡ ኀይሉ ፡, qui in aula imperatoris veluti domestici se gerebant, et semper aliquis eorum in vinculis erat.

et ግራ ፡ አዝማች ፡, assistentes, unus ad dexteram, alter ad sinistram imperatoris. Etiam isti vicissim inserviebant in aula imperiali. Hæ omnes dignitates usurpatæ fuerunt pro nutu ab iis qui certas regiones occupaverunt, post eversionem imperii abyssini [1], et etiam nunc usurpantur ab iis qui nunc regnantem imperatorem Theodorum non recognoscunt [2].

Præter allatos adsunt in lingua amarica quamplurimi alii tituli sive aulici, sive civiles, sive militares, sive etiam ecclesiastici, quorum præcipuos tantum et usitatissimos hic referam.

1. ብላቴንጌታ ፡, qui per breviationem dicitur etiam ብላታ ፡; hic latine diceretur *minister, vicarius*, vel *procurator*. Hic titulus solet dari multis, et pro aliquibus etiam regionibus limitatis; imo datur sæpe ad honorem, et datur etiam a principibus inferioribus suis subditis.

2. አፈ ፡ ንጉሥ ፡, ceu referendarius, titulus qui nunc

[1] Ante eversionem imperii abyssini hæ dignitates conferebantur ab imperatore nobilibus equitibus et principibus, uti principibus Tigré, Gogiam, Lasta et aliis, habito certo ordine et hierarchia inter eos. Postquam vero ራስ ፡ rebellavit imperatori, omnes principes inferiores etiam rebellare cœperunt, et sibi usurpare titulos, ita ut ultimis temporibus vera confusio in hoc videretur. Aliqui accipiebant titulum a nominali imperatore, aliqui a ራስ ፡, et aliqui a semetipsis.

[2] ንጉሤ ፡ in Tigré, et ተድላ ፡ ጓሉ ፡ in Gogiam, qui Theodori auctoritatem nolunt agnoscere, ደጅ ፡ አዝማች ፡ vocantur. Quidam extranei venientes ad imperatorem Theodorum, casu in discursu familiari cum eodem, appellaverunt supradictos illo titulo, et propter hoc solum condemnati fuerunt ad mortem.

datur ab omnibus principibus et officialibus inferioribus suis subditis, etiam solum ad honorem.

3. **ሊቀ ፡ መንኳስ ፡**, veluti magister cærimoniarum et caput domus aulicæ, qui habet jus se vestiendi sicut imperator ipse [1].

4. **እቃቤት ፡**, custos thesauri aulici et omnium rerum ad domum regiam spectantium. Quilibet princeps, vel inferioris ordinis, hunc officialem habet.

5. **አዛጋር ፡**, factor vel procurator domus, qui omnia facienda præcipit nomine principis; hic officialis invenitur etiam in magna domo quacumque.

6. **ተቋጣሪ ፡**, censor dati et accepti in domo imperatoris, regis, vel principis cujuscumque, qui gallice vocatur *contrôleur*.

7. **አገፋሪ ፡**, janitor, qui inservit etiam uti introductor apud principes vel divites minores.

8. **ምስለኔ ፡**. dicitur vices gerens quicumque ad aliquid vel transeunter, vel permanenter delegatus; hodiernus imperator commisit administrationem civilem sui imperii talibus procuratoribus residentibus in singulis provinciis, veluti præfectis.

9. **ባሕር ፡ ነጋሽ ፡**, sequendo etymologiam, significaret *rex maris*, sed erat officialis dignitosus, qui tempore imperii residebat prope littus, veluti minister relationum maritimarum, et ultramarinarum [2]. Nunc desiit hoc officium.

[1] Hoc officium invenitur solum in aula imperiali. Post fere sæculum hodie regnans imperator Theodorus illud de novo excitavit per nominationem Joannis Bell, de quo alibi locutus sum.

[2] Hoc officium probat imperium abyssinense habuisse anti-

10. ባላምባራስ ።, custos vel gubernator arcis cujuscumque. Tempore imperii aderat custos generalis cum hac appellatione; nunc autem in cujuslibet principis habentis arcem aliquam hoc nomine etiam dictus officialis existit.

11. ከንቲባ ። dicitur gubernator civilis urbium primæ classis [1], vel judex pacis.

12. ፊታውራሪ ።, titulus militaris, quo vocatur officialis præcedens castra imperatoris, vel regis, vel principis cujuscumque pro loco et contributionibus designandis.

13. ሻለቃ ።, alius titulus militaris, qui æquivaleret *generali militiæ*.

14. አምበል ።, alius titulus militaris, qui, ni fallor, valet *capitanus*, vel potius *chiliarches*.

15. ነጋድ ፡ ራስ ። (*caput mercatorum*). Antiquitus erat uti minister commercii [2].

16. አቡነ ።, vox semitica significans *pater noster*.

quitus titulos et jura usque ad mare. Hic officialis morabatur in *Halaj*, millibus circiter xxv a Massawa distante, et dominabatur omnes tribus littorales. Anno proxime elapso, dum essem in castris Theodori secundi, audivi excitatam hanc quæstionem a *Naïb*, tunc apud Theodorum pro vindicandis juribus suis contra Turcas.

[1] Adsunt plurimæ familiæ in provinciis prope mare, quæ contendunt hunc titulum hereditarium esse, et possident adhuc illum. Quæsivi sæpius de origine hujus tituli apud eosdem et nihil certi potui invenire.

[2] Arabes mahumetani habuerunt semper monopolium commercii abyssini. Mahumetani illic erant quasi infames et despecti ab omnibus; hæc videtur ratio propter quam gubernatio imperialis dedit ipsis ministrum mahumetanum ad subtrahendum eos violentiis chris-

Quum sine addito አቡን ፡ pronunciatur, significat episcopum loci; quum autem ei additur aliud nomen, tunc intelligitur de quocumque sacerdote qui ex transmarinis regionibus venit[1].

17. ጳጳስ ፡ est nomen episcopi cujuscumque, quando de eo historice quis loquitur.

18. ሊቀ ፡ ጳጳስ ፡ (*princeps episcoporum*). Dicitur de Patriarcha alexandrino et de aliis patriarchis; dicitur pariter de summo Pontifice romano[2].

19. እጨጌ ፡, superior veluti generalis omnium monachorum Abyssiniæ, habens jurisdictionem episcopalem etiam in populum aliquarum provinciarum[3].

20. ቆሞስ ፡ est parochus alicujus districti.

tianorum. Nunc vero, quum potentes facti sint mahumetani, hic officialis, ante Theodori imperium, violentias committebat in mercatores christianos; et ego duabus vicibus fui victima furoris ejus.

[1] Abyssinia a tempore S. Athanasii usque ad nostra tempora accepit episcopum suum a Patriarcha hæretico alexandrino, qui Cairi residet. Quotiescumque moritur episcopus in Abyssinia, fit collecta generalis pro emendo episcopo a Turcis Ægypti. Una pars pecuniæ collectæ datur Patriarchæ hæretico supradicto, altera pars imperio ægyptiaco, et tertia residua pro expensis itineris novi episcopi. Præsens episcopus, *Salama* nomine, erat Cairi alumnus missionum anglicarum; earum pecunia missus, prosecutus est fideliter suam missionem perniciosam apud illas gentes.

[2] Captiose ab hæreticis eutychianis nomen summi Pontificis romani confusum est cum nomine quatuor patriarcharum, appellando omnes eodem nomine.

[3] In illa christianitate primitiva hoc monumentum exemptionis et jurisdictionis monachorum dignum est attentione scriptorum in jure canonico.

21. መምሕር ። ordinarie est nomen quo vocatur abbas monasterii. Sic appellari solet etiam sacerdos tanquam curatus alicujus ecclesiæ, qui non sit parochus; tandem quilibet sacerdos in casu vocativo solum መምሕሬ ። dicitur; tali etiam nomine appellari solet magister quicumque.

22. አለቃ ። est nomen officialis, partim civilis, partim ecclesiastici, qui præest locis et civitatibus fruentibus immunitate ecclesiastica [1]; nominatur a principe in his ultimis temporibus [2].

23. ደብተራ ። est doctor abyssinus in scientia præsertim ecclesiastica; quia illic distinctio facultatum adhuc non cognoscitur. Ex his doctoribus, qui doctiores sunt in legibus civilibus et criminalibus eliguntur a principe in senatores. Dico *senatores* ad significandum consilium quoddam pro quæstionibus gravioribus tractandis institutum; hi dicuntur ሊቃውንት ።.

[1] Viguit semper in Abyssinia immunitas localis ecclesiastica concessa fere omnibus ecclesiis quæ ut sanctuaria honorantur. Hæc in tempore regiminis normalis illius regionis erat potius formalitas concessa locis sacris, pro eorum veneratione et honore; postquam autem corruit imperium, et bella civilia, devastationes et usurpationes venerunt, quolibet quærente securitatem, loca illa habitatoribus repleta fuerunt, et sanctuaria civitates factæ sunt, quo cum bonis etiam mali et rebelles convolabant. Hac ratione, vel spiritu progressus nostri ductus, imperator Theodorus immunitates omnes violavit et destruxit.

[2] Hic officialis antiquitus vel ab episcopo, vel a superiore generali monachorum nominabatur; nunc veluti officialis civilis a principe instituitur.

TITULI APUD OROMONES.

Apud istos quæstio hæc longe brevior est; ipsi enim vel vivunt in republica, et tunc dignitates paucissimæ sunt; vel etiam sub principibus morantur; sed, quum regnum apud eos sit res veluti nova [1], non satis hierarchia eorum gradibus categoricis et sat cognitis composita est. Quod certe supponendum, diversi omnino sunt dignitates et tituli regionum adhuc liberarum a dignitatibus et titulis regnorum. Quum respublica fuerit magis primitiva [2], de gradibus ipsius prius agam, postea de titulis regnorum.

1. *Abba bukù*, dictator reipublicæ pro definiendis quæstionibus gravioribus, sine ulla ad exsequendum auctoritate [3]. Hic eligitur in qualibet *bottà* [4], et officium ejus ad octo annos est. Improprie dicitur etiam *abba bukù* quilibet

[1] Apud Oromones a me visitatos quinque sunt regna cognita, nempe : *Gŭma, Gôma, Ģémma-kaka, Límu-ennerea*, et *Géra;* ex istis duo priora antiquiora sunt, sed sæculum durationis nondum impleverunt. Cetera habent vix dimidium sæculi ex quo fundata sunt.

[2] Veræ institutiones et traditiones oromonicæ in regionibus rerumpublicarum inveniuntur; in monarchiis usus omnes, traditiones, imo et lingua ipsa, a primitivo valde recedunt.

[3] *Abba bukù* (*pater sceptri*) est pro solo jure dicendo in quæstionibus; et, ne febre regnandi laboret, eligitur semper senex gravis quidem, sed pauper, qui omni ope destitutus sit. Quum agitur de bello vel de pace facienda cum hostibus, quæstio ad eum et ad consilium ejus spectat; sed postquam consilium iniit, nullo modo potest immiscere se bello. Quum bellum declaratum est, *Abba dûla*, id est, *dux militum*, eligitur a judicibus ordinariis dictis *gadà*.

[4] *bottà* est periodus octo annorum, quibus elapsis cessare debent

primogenitus cujuscumque classis vel familiæ in suo pago[1] relative ad minimas quæstiones; sed hic non eligitur, hereditarius quum sit ejus titulus.

2. *Gadà* sunt fere soli officiales publici et titulares, qui juxta traditiones oromonicas jus habeant judicandi, et quodam modo gubernandi et administrandi in republica. Quilibet *elma-orma*, seu Oromon, masculus, post quadraginta annos, id est, transactis quinque periodis *bottà*, ex quo pater ejus vel avus immolandi victimas officium suscepit, habet jus et ipse immolandi[2], nisi ipse velit pro nunc cedere fratri suo, atque illo uti tantum in sequenti *bottà*, ne in familia duo simul sint judices[3]. Ex quo judicis officium iniit, est judex ordinarius in sua tribu vel fami-

omnes legitimi officiales publici, veluti *Abba bukù* et *Gadà*, ut novis locum cedant. *Bottà* dicitur etiam cærimonia religiosa et civilis, qua novi *gadà* instituuntur et proclamantur.

[1] Vere admirabilis est veneratio Oromonum pro suis primogenitis; licet enim isti fruantur eo jure, ut duæ partes successionis ad eos spectent, et vix tertia divisibilis sit inter fratres eorum minores, hi eam habent tamen pro illis venerationem, ut illos tanquam patres quodam modo colant et eis obtemperentur, quamvis fortiores sint.

[2] Emancipatio societatis civilis a religiosa est aliquid nostris regionibus peculiare, et nunquam invenitur apud orientales, maxime apud primitivos populos. Cærimonia de qua hic est quæstio est sacrificium, et officium assumptum in se aliquid religiosum habet, uti probat circumcisio in quarto anno officii eorum, a quo tempore sunt, veluti sacerdotes, venerati usque ad mortem tanquam tales, licet cessent ab officio suo in *bottà* sequenti.

[3] Quum plures fratres sunt in jure mactandi seu immolandi per idem *bottà*, aliqui eorum differre solent exercitium hujus juris ad aliud *bottà*, ut semper aliquis eorum inveniatur in officio, eo maxime, quod,

lia, et consiliarius ordinarius reipublicæ, habetque jus in electionem *Abba bukù* et percipiendi tributa a mercatoribus transeuntibus in pago.

3. *Abba dûla*, *dùx belli*[1], sive dux supremus electus a republica. Hic præest non solum omnibus militibus, sed etiam decidit de quæstionibus bello adnexis, suaque jura specialia habet[2]. *Abba dûla* est etiam dux militum cujuslibet tribus in particulari, qui etiam sua jura specialia habet[3].

4. *Durêsa* dicitur quælibet persona spectabilis ob divitias, sed magis ob antiquitatem familiæ propriæ. Hi semper fruuntur auctoritate quadam in republica.

5. *Sorêsa* dicitur potius ille qui eminet in divitiis. Hic quando habet plures equites sub se, id est, vel subditos suos, vel colonos, vel mancipia, paratos ad bellum, tunc veluti dux inferior honoratur, et pars fructuum mancipiis suis debita ipsius est.

6. *Kállo* vocatur ille, sive masculus, sive femina, qui

eo semel translato, eorum etiam filiorum *bottà*, ab illo die numerando in posterum, diverso tempore occurret.

[1] Traduxi *bellum* pro *dûla*; sed *dûla* significat potius milites paratos ad bellum, uti *legionem* vel *cohortem;* bellum in genere dicitur *lôla*, et pugna *waràna*.

[2] Jura ducis generalis in bello duo sunt, decimas videlicet sibi retinere super fructus belli, cujuscumque generis sint, nempe, vel grex inventus, vel mancipia, vel etiam fundi, quando in contractu pacis fundi dantur vincentibus. Posterius ejus jus, valde notabile, est jus adoptionis in victos, qui ejus subditi fiunt, quando regio victa occupatur.

[3] Duces secundarii jus habent a republica partem belli fructuum, suis militibus debitam, accipiendi atque eam his distribuendi, decima parte sibi retenta.

se dicit ab aliquo spiritu possessum et inspiratum [1]. Sunt multi apud Oromones magi, et quodam modo etiam existentiam legalem habent publicitate juris [2]; hi impune mortem minantur [3], et reipsa aliquando occidunt medicinis suis arbitrariis [4]. Magi multiplicis generis sunt, videlicet: *CÁMSITU*, qui dominari aerem et dare pluviam vel solem ad arbitrium suum creditur [5]; *ARÍTU*, qui expellit morbos ab hominibus infirmis [6]; et sic de infinitis aliis, qui, vel secreta

[1] Spiritus a quibus se dicunt inspiratos sunt nominaliter vel Deus, vel B. Maria, vel aliquis sanctus, vel etiam diabolus, quamvis reipsa sint semper diaboli. Ego ipse oculis meis vidi aliquid præter naturale; vidi enim inter alios vetulam quamdam mulierem in tempore suæ exaltationis et inspirationis adeo convulsam, ut caput ejus retro inclinatum percuteret basem columnæ vertebralis.

[2] Dico publicitate juris, quia aliquando publica auctoritate hominibus magices peritis tributa decernuntur; aliquando etiam in judiciis asserta eorum legalia sunt et judicum auctoritate leges fiunt.

[3] Ad obtinenda tributa terroremque incutiendum, mortem minantur, mortuosque morte naturali a se occisos asserunt.

[4] Plurimi infirmi, qui medicinas magorum biberunt vere homicidas, credentes me magum esse ad me venerunt. Alii quæsierunt a me medicinas ad occidendum; inter quos erant multæ maxime mulieres quærentes occidere maritum ex invidia, quia polygamus erat.

[5] *Cámsitu*, qui apud nos *serenator* diceretur, sæpe percipit tributum publicum. In Lagamara nostra adest quidam *ELMA DÔLE* dictus, cui tota respublica decrevit decimas quasdam, quas collectores publici colligunt. Quum autem aliqui ex nostris christianis noluissent solvere decimas, serenator in siccitate finxit se negare pluviam propter eos, et sic quæstio contra nos versa est, et impotentiam ejus nos tulimus. Anno 1865 paulo post Pascha, hic Elma Dole auctoritate publica occisus est, quia tempore opportuno pluviam producere non potuit.

[6] Apud Oromones morbi supponuntur esse quidam spiritus. Quum

pandunt [1], vel ventura prædicunt, vel quid simile faciunt.

Hæc sunt nomina seu tituli officialium apud Oromones liberos et nulla alia.

In regionibus monarchiæ subjectis, tituli *Abba bukù* et *gadà* nominaliter conservantur, et viri cæremoniam *bottà* complent; sed hæc omnia vanæ sunt consuetudines libertatem horum populorum antiquam jamjam deperditam memorantes; etenim iis titulis alii auctoritatem dignitatemque conferentes substituti sunt; nempe :

1. *Môti* (rex), quod tamen apud Oromones parum in usu est; quum enim appellative regem vocant, solent dicere simpliciter GÓITA (*dominus* [2]), et in persona tertia quum de eo loquuntur, vel eodem nomine utuntur, vel fre-

ritus. Quum infirmatur aliquis, ARÎTU venit magno pretio vocatus, et baculo suo percutit modo barbaro infirmum, præcipiendo morbo ut exeat. Morbi imaginarii aliquando sanantur, sed aliquando etiam miseri ægrotantes hujus barbariei victimæ fiunt. Sæpe magus iste fingit mittere morbum ad aliquos, ut cogat eos ad tributum sibimetipsi solvendum.

[1] Incredibilia sunt dissensiones et scandala quæ oriuntur ex publicatis secretis, sæpissime suppositis et falsis. Vidi sæpe dissensiones horribiles et aliquando bella inde orta. Anno 1855 vicinus meus in Lagamara perrexit ad magum ut interrogaret eum de quodam mancipio amisso; magus, qui oderat mulierem quamdam in finibus nostris valde potentem, accusavit hanc de furto mancipii. Hæc præpotens mulier nocte quadam subjecit ignem domui vicini illius nostri dum omnes dormirent, ita ut solæ personæ semicombustæ salvari ab incendio potuerint, ceteris omnibus destructis.

[2] Hic GÓITA pro *domino* dixi, quia agitur de rege; sed si de aliquo alio domino ageretur, semper GÓFTA diceretur.

quentius eum appellant ex nomine ejus equi [1]. Quia autem monarchia apud Oromones adhuc in infantia sit, quum agitur de uxore vel potius de uxoribus regis, nomen reginæ adhuc in usu non est, forsitan quia multæ sunt, nec cui attribuendum satis patet. Quum igitur quæstio est de uxoribus regis, vel *gífti* (*domina*) dicuntur, vel *gánni*, vox idem significans, quæ ex lingua sidamica originem accepit [2].

. 2. *Abba korò* est nomen seu titulus præfecti provinciæ, qui etiam potest dici *generalis militiæ*, quia status civilis a militari satis distinctus non est et uterque ab eodem subjecto repræsentatur.

3. *Abba génda* est titulus qui datur officialibus *Abba korò* subjectis; hi præsunt uni districto provinciæ, et tamquam officiales militiæ *capitani* dici possunt [3].

4. *Abba fuñò* [4] est titulus qui datur officiali minoris districti, *Abba génda* subjecto; hic apud nos *syndicus* in

[1] Cognovi plures reges oromones; nullum vidi appellatum nomine proprii filii, sed omnes ex nomine proprii equi, uti alibi jam dixi; ex hoc fit ut nomen proprium equi aliquando historicum fiat. (Vid. pag. 241 et 246.)

[2] In Gera prope Kafam omnes uxores regis *gánni* dicuntur, uti mos est in regno Kafæ. In aliis regnis sic appellantur solum illæ quæ ex Kafa venerunt; ceteræ autem sæpius *gífti* dicuntur usu oromonico retento.

[3] *Génda* aliquando significat *apud*, aliquando significat etiam *regionem*, ideo *ábba génda* idem est ac *pater regionis*, id est *dominus regionis*, quia *pater* hic *dominum* sonat.

[4] *Fuñò* significat generice *funem*, sed significat etiam certam quamdam mensuram, qua fundi metiri solent in emptione et venditione. Consequenter titulus *Abba fuñò* videtur significare *dominum men-*

civilibus negotiis diceretur, et *officialis locum tenens* in militia.

5. *Abba dûla* dicitur dux militiæ etiam in regionibus monarchiæ subjectis, sed non eodem sensu quo apud Oromones liberos. Hic enim rex ipse sæpe *abba dûla* est, imo sic aliquando nominatur [1]; quando autem non pergit ipse ad bellum, alium instituere solet, qui omnibus præsit.

6. *Abba kélla* (*pater portæ*), id est *janitor*, dicitur de janitore civitatis [2] principis; sed dicitur præcipue de janitore confinium regni [3].

7. *Abba mizàn* [4] (*pater stateris*) est veluti minister uni-

suræ, id est *cujusdam districtus judicem*. Hæc vox *fuñò* habet quamdam affinitatem cum *fune*, cum *ñ* sit *n* corrupta.

[1] Reges *Gûma* et *Gôma* nunc regnantes *abba dûla* nuncupantur a populo.

[2] Civitas principis dicitur locus fossa circumvallatus cujus circumferentia unum milliare excedit; in ea sunt circiter ducentæ domus ligneæ, formam papilionum habentes, in quibus princeps ejusque domestici habitant vel provisiones cujuscumque generis asservantur. Rex habet quatuor vel quinque similes civitates, in quibus successive moratur.

[3] Regna principum oromonum vallata sunt in circuitu fossa profunditatis et latitudinis quindecim pedum et amplius, ubi confines non sunt ab aliquo flumine protecti. In distantia competenti adsunt portæ fortissimæ, quæ aperiuntur mane et clauduntur vespere, uti portæ domus. Minima pœna, illi qui sine regis vel ejus ministri mandato extra portas confinium exierit imposita, est omnium bonorum confiscatio ac jurium civilium privatio. Dixi *pœna minima*, quia, si pauper sit, vel aliquod crimen ultra commisit, tunc mancipium regis erit, a quo mercatoribus venumdabitur.

[4] Vox *mizàn*, quæ dat nomen huic officiali, est vox amarica. Oromones pro *statere* habent *madali*, quæ idem significat; probabiliter

cus regum illorum, cujus officium præcipuum est præsidere mercatoribus et extraneis; his ipse permissionem sive regnum ingrediendi, sive ex eo egrediendi, sive etiam in eodem libere merces emendi et vendendi, dare solet [1]. Hic præsidere etiam solet ærario regis.

PARAGRAPHUS SECUNDUS.

DE NOMINIBUS APPELLATIVIS SEU COMMUNIBUS.

Nomina appellativa seu communia sunt ea quæ dicuntur de omnibus rebus ad aliquod genus vel speciem pertinentibus, uti *animal*, *homo*, *leo*, *ficus*, etc. Nomina hæc alia sunt concreta, alia abstracta. Priora sunt illa quæ de aliquo subjecto dicuntur; uti *animal*, *homo*. Posteriora sunt ea quæ rerum essentias, proprietates vel attributa exprimunt, sine subjecto cui insunt, uti *divinitas*, *humanitas*, *albedo*. Illa existunt in rerum natura, hæc in solo mentis conceptu. Abstracta vero plerumque formantur, non a concretis substantivis, sed ab adjectivis, tam in linguis nostris quam in amarica et oromonica, ut ex sequentibus tabulis patebit. Dixi *plerumque*, hæ quippe duæ linguæ habent inter alia duo nomina abstracta, nempe መልክት፡

mercatores sunt qui initio dederunt nomen huic officiali; lingua autem mercatorum amarica quum sit, *ábba mizàn* dixerunt, et non *ábba madali*.

[1] Hic officialis facit etiam commercium pro rege, et mercatores non possunt vendere merces suas, nisi prius officiales regis eas visitaverint et liberas declaraverint a jure regis, qui ante omnes emendi jus sibi vindicat. Hac de causa horribile monopolium exercetur, et mercatores magno pretio emere solent libertatem vendendi et emendi.

et *wakûma* (*divinitas*), nec non ሰውነት ።, *namûma* (*humanitas*), quæ originem trahunt a suo substantivo concreto: videlicet መለኮት ። derivatur a አምላክ ። (*Deus*), et *wakûma* a *wàk* (*Deus*); ሰውነት ። a ሰው ። (*homo*), et *namûma* a *nâma* (*homo*)[1].

TABULA ABSTRACTORUM NOMINUM IN LINGUA AMARICA.

Amicus.......	ወዳጅ ።	Amicitia...	ወዳጅነት ።
Bonus........	መልካም ።	Bonitas...	መልካምነት ።
Clemens......	ቸር ።	Clementia..	ቸርነት ።
Debilis.......	ደካማ ።	Debilitas..	ደካምነት ።[2]
Fatuus........	ሞኝ ።	Fatuitas...	ሞኝነት ።
Fortis.........	ብርቱ ።	Fortitudo..	ብርታት ።
Infans........	አሽከር ።	Infantia...	አሽከርነት ።
Juvenis.......	ጐበዝ ።	Juventus...	ጐበዝነት ።
Malus.........	ክፉ ።	Malitia....	ክፋት ።
Mendax	ዋሾ ።	Mendacium.	ውሸት ።
Senex.........	ሽማግሌ ።	Senectus ..	ሽምግልና ።
Superbus.....	ኩሩ ።	Superbia...	ኩራት ።
Verus.........	እውነተኛ ።	Veritas....	እውነት ።
Virgo.........	ድንግል ።	Virginitas..	ድንግልና ።[3]

[1] Lingua oromonica plerumque efformare solet abstracta addendo nomini concreto vocem *hûma*, quæ per se significat *creaturam* et *creationem;* et adhiberi solet pro vocibus *natura* et *essentia,* quæ in dicta lingua desunt. Sic *hûmasà* dicitur pro *natura ejus*. Per extensionem autem quamdam Oromones eamdem vocem adhibent ad significandas etiam proprietates accidentales, quæ per nomina abstracta exprimuntur, uti videre est in respectiva tabula infra descripta.

[2] Major quantitas nominum abstractorum in lingua amarica habet post radicales ት ።, sed aliquando ante eam addit ን, uti ደካምነት ። (*debilitas*), ወዳጅነት ። (*amicitia*).

[3] Aliquando nomen abstractum habet pro finali ና ። uti ድንግልና ።

TABULA ABSTRACTORUM NOMINUM IN LINGUA OROMONICA.

Amicus	MÍCU.	Amicitia	MICÔMA.
Bonus	GÁRI.	Bonitas	GARÛMA.
Debilis	DÉDDABA.	Debilitas	DEDDABÛMA.
Dives	SORÊSA.	Divitiæ	SORESÛMA.
Fatuus	MARÂTU.	Fatuitas	MARATÛMA.
Fortis	GÂBA.	Fortitudo	GABÊÑA.
Infans	MOCÀ.	Infantia	MOCÛMA.
Juvenis	DARGAGÒ.	Juventus	DARGAGÛMA.
Malus	HÂMA.	Malitia	HAMÊÑA [1].
Mane (aurora)	BÂRI.	....	BARITÛMA.
Mendax	SÓBDU.	Mendacium	SÔBA.
Peritus	OGÊSA.	Peritia	OGÛMA.
Senex	GÁRSA.	Senectus	GARSÛMA.
Stultus	GÓWA.	Stultitia	GOWÛMA.
Superbus	KÓRTU.	Superbia	KÔRA [2].
Verus	DÛGA.	Veritas	DUGÛMA.
Virgo	DÚRBA.	Virginitas	DURBÔMA.

Ex dictis patet radicales nominum, non in abstractis, sed in concretis nominibus esse quærendas. Nam in omni-

(*virginitas*) et alia supra allata; quando nomen in radicalibus verbum est, tunc aliæ regulæ adsunt, quas in sequenti paragrapho exponam.

[1] Hoc nomen abstractum recedit a lege ordinaria, accipiendo ÑA loco ÛMA; hujus generis sunt GIRÊÑA (*vita*), GABÊÑA (*fortitudo*), licet pro hoc ultimo audierim etiam GABÛMA; similia valde pauca alia cognosco.

[2] Hoc nomen abstractum compositum ex puris radicalibus frequentius est, et possem dicere quasi ordinarium quotiescumque abstractum aliquod a verbo derivatur; tunc enim vel a præsenti tempore in tertia persona singulari, vel ab infinitivo modo efformatur.

bus linguis primo inventa sunt nomina objectorum quæ in rerum natura sensibus occurrunt; postea vero, reflexione accedente et progrediente, inventa sunt nomina exprimentia rerum essentias et proprietates a suis subjectis per mentem abstractas et solum idealiter existentes. Quapropter primi linguæ latinæ institutores prius invenire debuerunt *hominem* et postea *humanitatem;* eodem ordine et eadem ratione amaricæ et oromonicæ linguæ institutores prius dixerunt ሰው ። et NÂMA (*homo*), quæ radicales continent, et postea dixerunt ሰውነት ።, NAMÛMA (*humanitas*), procedendo nempe a nominibus rerum sensibilium ad nomina rerum mere intelligibilium.

Quum vero populi barbari et a nationibus civilioribus remoti statum primitivum etiamnum referant, et philosophicis notionibus fere omnino careant, longe pauciora habent nomina abstracta quam nationes perpolitæ et excultæ[1].

PARAGRAPHUS TERTIUS.

DE NOMINIBUS ACTIONUM, PASSIONUM ET AFFECTIONUM.

Jam vidimus, ubi de verbis, quomodo radicales unius verbi, per additionem litterarum characteristicarum, eidem verbo diversas formas præbent, quibus transforma-

[1] Attentione dignum est quod, licet Oromones, utpote barbari et primitivæ educationis, perpaucas habeant voces abstractas, habent tamen, ut supra retuli, abstractum nominis *Dei* et *hominis*. Quod probat quantum in iisdem, sicut et in ceteris barbaris nationibus, vigeat idea divinitatis et sensus humanæ dignitatis, et eorum reflexionem excitet et alliciat.

tur in aliud, ita ut unum verbum velut tria, quatuor, imo aliquando quinque haberi debeat. Nunc, de nominibus disserendo, observandum est verba omnia per additionem litterarum et diversam modificationem in radicalibus, non solum diversas formas verborum, sed etiam, quibusdam regulis servatis, nomina tum substantiva quum adjectiva semper exhibere [1].

Ad has regulas per discursum philologicum exponendas, valde prolixæ dissertationes necessariæ forent, quæ his linguis studentes nimis fatigarent [2]; brevitatis causa tabulas comparativas similes iis quas, ubi de variis formis verborum actum est, exposui, hic etiam addere bonum esse putavi. Per eas enim lector ipse regulas inveniet, dum eas legendo sufficientem verborum et nominum copiam sibi comparabit. Ubi de nominibus adjectivis agam, tabulas

[1] Hoc valde commune est etiam in linguis nostris. Sic in lingua latina exemplum sit verbum *amare,* ex quo derivantur *amor, amicitia, amabilis, amator, amatus,* et alia, licet apud nos usus non invaluerit adjuvandi tirones similibus observationibus et regulis, quæ essent valde utiles etiam in linguis nostris; quia tunc, ni fallor, cognitis radicalibus cujuscumque verbi, facile cognosci poterit non tantum natura verbi pro conjugatione ejusdem, sed insuper omnia nomina ab eo derivantia, quod maxime novæ linguæ apprehensionem faciliorem reddit.

[2] In priori elucubratione hujus grammatices amissa, regulas quasdam speciales inveneram, diversas pro diversitate radicalium cujuscumque verbi, quibus nomina abstracta ex radicalibus verborum efformare quisquis potuisset; nunc memoriter eas omnes iterum producere valde mihi difficile negotium evasit; quapropter malui eas omittere quam falsas vel saltem incompletas tradere.

comparativas verbi in suis radicalibus cum ipsis adjectivis exponam. Hic de radicalibus verbi ad nomen abstractum comparatio erit, incipiendo semper a lingua amarica.

1.	Adjuvit......	ረዳ ።	Adjutorium.	ረድት ።
2.	Amavit......	ወደደ ።	Amor.....	መውደድ ።
3.	Audivit......	ሰማ ።	Auditio...	መስማት ።
4.	Clamavit.....	ጮሐ ።	Clamor....	ጩሐትት ።
5.	Cogitavit.....	አሰበ ።	Cogitatio..	ማሰብ ። [1]
6.	Cognovit.....	አወቀ ።	Cognitio...	እውቀት ።
7.	Communicavit.	ቈረበ ።	Communio.	ቍርባን ። [2]
8.	Disputavit....	ተከራከረ ።	Disputatio..	ክርክር ።
9.	Donavit......	ሰጠ ።	Donum....	መስጠት ።
10.	Dormire fecit.	አስተኛ ።	.........:	ማስተኛት ። [3]
11.	Dormivit.....	ተኛ ።	Dormitio..	መኚታ ። [4]
12.	Fecit........	አበጀ ።	Factura...	ማበጀት ። [5]

[1] Verum nomen abstractum hujus verbi est አሳብ ።, sed frequentius ማሰብ ። dicitur, quod infinitivus est. Fere in omnibus linguis infinitivus pro nomine abstracto inservit; in linguis amarica et oromonica sæpissime hoc accidit.

[2] Hoc verbum, fere unicum in suo genere, ad nomen abstractum efformandum addit ን in fine, forsitan quia hoc nomen ex arabico vel hebraico mutuatum est.

[3] Hoc est exemplum nominis abstracti constructi super formam causativam. Non inveni conversionem latinam, quia præter *dormire facere* aliud abstractum latinum non cognosco.

[4] Non cognosco aliud verbum quod mutet ordinem radicalium in nomine substantivo præter hoc; ተኛ ። enim facit መኚታ ። postponendo litteram ተ, quæ in præterito prima radicalis erat. Hoc est vera anomalia.

[5] Hic habetur exemplum nominis abstracti constructi super verbum in forma activa; qua de causa ማበጀት ። et non መበጀት ። dici-

13.	Judicavit.....	ፈረደ ።	Judicium	ፍርድ ።[1]
14.	Manducavit...	በላ ።	Manducatio....	መብላት ።
15.	Mentitus est...	ዋሸ ።	Mendacium....	ውሸት ።
16.	Mortuus est...	ሞተ ።	Mors.........	ሞት ።
17.	Mutuavit.....	ተበደረ ።	Mutuatio	ብድር ።
18.	Negotiatus est..	ነገደ ።	Negotiatio.....	ንግድ ።[2]
19.	Operatus est..	ሰራ ።	Opus.........	ሰራት ፤ ሰራ ።
20.	Patientiam habuit.	ታገሠ ።	Patientia	ትግሥት ።
21.	Potavit.......	ጠጣ ።	Potatio.......	መጠት ።
22.	Regnavit.....	ነገሠ ።	Regnum......	መንግሥት ።
23.	Satiatus est...	ጠገበ ።	Satietas	ጥጋብ ።
24.	Scivit.......	ተማረ ።	Scientia......	ትምርት ።
25.	Scripsit......	ጻፈ ።	Scriptura.....	ጽፈት ።
26.	Suit........	ሰፋ ።	Sutura.......	ሰፋት ።
27.	Superbiit.....	ኰራ ።	Superbia	ኵራት ።
28.	Timuit......	ፈራ ።	Timor.......	መፍራት ።

Modus igitur construendi nomen abstractum ex radicalibus verbi triplex est, uti patet ex superiore tabula. Communior est ille, quo radicalibus additur simpliciter littera ት sexta in fine. Hic dici potest modus normalis. Secundus, etiam satis communis, est ille qui nomen abstractum efformat ex infinitivo per additionem litteræ መ

tur. Nomen poterat etiam construi super formam causativam dicendo ማስበጀት ።.

[1] Quando ultima radicalis est ደ, quia valde affinis cum ተ, tunc illa, mutata in sextam, finalis nominis abstracti erit, quin opus sit hanc secundam addere, uti etiam accidit numero 3° tabulæ.

[2] Hoc est exemplum tertii modi construendi nomen abstractum absque ulla additione, sed tantum per mutationem vocalis, seu potius abstractionem vocalium, faciendo omnes radicales sextas, qui modus etiam satis frequenter occurrit, ut supra dixi.

initio verbi, et in fine ት characteristicæ hujus nominis. Hic secundus modus potest inservire quotiescumque non cognoscitur alter in usu pro tali verbo; quia semper intelligitur ab indigenis. Tertius modus est ille qui efformat nomen abstractum per simplices radicales faciendo eas sextas, sine ulla additione, ut ንግድ ፡ (*negotiatio*), ክርክር ፡ (*disputatio*). Ceteri modi sunt potius exceptiones [1].

TABULA OROMONICA.

1.	Adjuvit......	GARGARÈ [2].	Adjutorium.....	GARGÁRSA [3].
2.	Amavit......	GALAḌḌÈ.	Amor..........	G̣ALÁLA [4].
3.	Bellavit......	LOLÈ.	Bellum........	LÔLA.
4.	Clamavit.....	EYÈ.	Clamor........	ÉYA..
5.	Cogitavit.....	JAḌḌÈ.	Cogitatio.......	JÂḌA.
6.	Disputavit....	FALLAMÈ.	Disputatio......	FÁLLAMA.
7.	Docuit.......	BARSISÈ.	Doctrina.......	BARSÎSA.
8.	Donavit......	KENNÈ.	Donum........	KÉNNA [5].

[1] Assignavi hic tres modos construendi nomen abstractum; voluissem tradere regulas generales designando naturam verbi, quæ exigit unum modum præ alio, sed hoc difficile mihi fuit. Studentem huic linguæ præmonitum quidem volui ut has regulas advertat, si forte confabulantes Oromones audiat, non vero nomina abstracta primo intuitu semper efformet.

[2] In hac tabula accepi radicales ex tertia persona præteriti, licet in lingua oromonica radicales puræ inveniantur in prima et tertia præsentis numeri singularis, quia hæ duæ posteriores personæ conveniunt fere semper cum nomine abstracto, de quo hic quæstio est.

[3] Dicitur GARGÁRSA, et est exceptio; sed potest dici GARGÁRA pro nomine abstracto.

[4] Hoc nomen abstractum syllabam LA in fine addit, hoc est exceptio.

[5] Verbum KÉNNA est pro donatione quacumque etiam rei jure

9.	Furatus est...	HATTÈ.	Furtum........	HATTÛMA.
10.	Infirmavit....	DUKUBSAḌḌÈ.	Infirmitas....	DUKÛBA.
11.	Manducavit...	ÑAḌḌÈ.	Cibus..........	ÑÂḌA.
12.	Mentitus est...	SOBÈ.	Mendacium.....	SÔBA.
13.	Mortuus est...	DÜÈ.	Mors..........	DÜA.
14.	Mutuavit.....	LIKESÈ.	Mutuatio.......	LÎKI [1].
15.	Odio habuit...	ḠIBBÈ.	Odium.........	ḠÍBBA-HÁLLO.
16.	Operatus est..	HOḠAḌḌÈ.	Opus..........	HÛḠI [2].
17.	Patientiam habuit.	OBSIFAḌḌÈ.	Patientia.......	OBSÛMA [3].
18.	Potavit......	ḌUGÈ.	Potatio........	ḌÛGA [4].
19.	Regnavit.....	MOÈ.	Regnum.......	MOTÛMA.
20.	Satiatus est...	KUFÈ.	Satietas........	KÛFA [5].
21.	Scivit.......	BEKÈ.	Scientia........	BEKÛMA.
22.	Superbiit.....	KORÈ.	Superbia.......	KÔRA.
23.	Timuit......	SODAḌḌÈ.	Timor.........	SÔḌA [6].

debitæ; pro donatione liberalitatis adest LATÈ (*donavit*), quod tamen non habet in usu abstractum LÂTA, sed potius KÉNNA.

[1] De hoc idem dicendum ac de numero decimo sexto, quæ sunt potius exceptiones ob abstractum eorum in *i* finali formatum.

[2] Hoc verbum essentialiter activum exuit formam activam in nomine abstracto, et vertit primam vocalem *o* in *u*.

[3] Hoc verbum, sicuti præcedens, quia neutrum, raro invenitur in forma simplici, sed fere semper in forma emphatico-activa, ac proinde pro abstracto sæpius OBSÛMA dicitur, sed aliquando etiam ÓBSA pro *patientia* dictum audivi.

[4] Substantivum ḌÛGA potest confundi cum ḌÚGA (*veritas*), sed hoc ultimum habet primam syllabam breviorem.

[5] Hoc verbum potest confundi cum verbo KUFÈ (*cecidit*); sed hoc ultimum habet primam syllabam breviorem. Nomen substantivum hujus verbi potest revera confundi cum KÛFA (*tussis*), quia fere eodem modo pronunciatur; non vero cum verbo *tussire*, quum hoc fere semper sub forma causativa KUFÍSA usurpetur.

[6] Hoc verbum et multa alia, quæ fere semper conjugantur in

Ex superiore tabula clare patet nomen abstractum valde simpliciter construi ex radicalibus verbi in lingua oromonica; etenim fere omnium verborum radicales puræ, quæ in prima et tertia persona numeri singularis temporis præsentis semper inveniuntur, constituunt nomen abstractum. Dixi *fere omnium verborum radicales*, quia aliqua verba accipiunt *ÚMA* in fine super radicales, uti *HÁTTA HATTÛMA, MÓA MOTÛMA, BÊKA BEKÛMA*, quæ sub numeris 9, 19 et 21 tabulæ inveniuntur[1]. Cetera nomina abstracta quæ recedunt ab his duobus modis, uti numeri 2, 14 et 16, sunt potius exceptiones quæ in lingua raro apparent.

Observandum est insuper quod consuetudo utendi modo infinitivo pro nomine abstracto, quæ, ut jam dixi, in fere omnibus linguis invenitur, viget etiam in lingua oromonica, et satis frequenter audiri solet, uti *ÇALLÁCU* vel *ÇALFÁCU* (*amare*), *ÇALACÍSU* (*amare facere*). Imo necessario Oromones infinitivo utuntur pro nomine abstracto quotiescumque opus est ut hujus generis nomen efformetur ex verbo formæ compositæ; quia vera nomina abstracta construuntur solum sub forma simplici, uti videri potest in tabulæ numeris 2, 10, 12, 16 et 23,

forma activa, hanc in nomine abstracto exuunt; qua de causa dictum est *SÓDA* et non *SODÁḌḌA*.

[1] Hic observare juvat quod, occurrente dubio de forma nominis abstracti, si construatur per additionem *ÛMA* radicalibus verbi, satis ab omnibus intelligeretur, præcipue quando agitur de verbis sub forma composita, paucissimis exceptis; sic dici potest : *BARSÍSA* vel *BARSISÛMA* pro *doctrina; ÇÁCU* vel *ÇACÛMA* pro *dictione*.

in quibus præteritum compositum est, non vero nomen abstractum ab eo derivatum. Ab hac lege excipi debet numerus 7, in quo verbum *BARSÍSA* formæ causativæ dat etiam abstractum sub eadem forma; quia forma causativa in illo verbo tanquam radicalis verbi *docere* facta est.

ARTICULUS SECUNDUS.

DE NOMINIBUS ADJECTIVIS.

Nomina adjectiva alia sunt simplicia et absoluta, quæ de qualitatibus generalibus prædicantur in aliquo subjecto et ab alio non derivantur, uti *bonus*, *malus*, *gravis*, *levis*, *albus*, *niger*, et similia quam multa; alia sunt certo modo relativa et derivata, quæ de qualitate specialiter acquisita[1] prædicantur, et ab alia voce derivata sunt, uti *doctus*, *humilis*, *bellicosus*, *vigilans*, *laboriosus*, et alia infinita, quæ a verbis vel nominibus derivantur; alia sunt certo modo propria, uti *romanus*, *italus*, *gallus*, *semiticus*, tandem veniunt nomina adjectiva numeralia, uti *primus*, *secundus*, *tertius*. De istis omnibus paragraphis distinctis agendum est.

[1] Videbitur aliquibus nimis speculativa et inutilis hæc classificatio nominum adjectivorum, eo maxime quod in usu non sit apud grammaticos nostros; sed natura harum linguarum, valde diversa quum sit, ordinem etiam diversum postulat ad modum diversum cognoscendum quo nomina adjectiva se exhibent. Nomina autem derivata, pro diversitate derivationis eorum a nomine vel a verbo, præ se ferunt formam etiam diversam et satis regularem, ut studiosus juvari possit, sive ad ea efformanda ex radicalibus, sive etiam ad memoriter retinenda.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

DE NOMINIBUS ADJECTIVIS SIMPLICIBUS.

Hunc paragraphum in duas quæstiones dividam : in prima de nominibus adjectivis simplicibus in se consideratis agetur; in secunda de eorumdem gradibus quantitatis seu comparationis.

QUÆSTIO PRIMA.

DE ADJECTIVIS SIMPLICIBUS IN SE CONSIDERATIS.

De adjectivis simplicibus, quæ nempe propriis radicalibus primitivis componuntur, sive in lingua amarica, sive in oromonica, quæstio valde simplex est, quia ea nullis præcedentibus vocibus construuntur, ac ideo nullæ leges ac regulæ pro eorum inventione vel efformatione tradi possunt, sed necessario per dictionarium vel exercitium discenda sunt. De principalioribus et communioribus unicam tabulam hic proponam in utraque lingua pro commoditate studentium.

1. Albus.......... ነጭ ፡.......... *HADÌ*[1].
2. Bonum......... መልካም ፡....... *GÂRI.*
3. Breve.......... አጭር ፡........ *GAVÁBA.*
4. Deforme........ ውርፉ ፡........ *JÁRA, JÁRTU*[2].
5. Dives.......... ባለጠጋ ፡........ *SORÊSA.*

[1] Dicitur præcipue dè homine europæo, et apud Oromones dicitur etiam in sensu valde odioso, quasi de homine per virtutem magicam alios devorante.

[2] *JÂRA, JÁRTU* plures habent significationes; significat enim *malum* et aliquando etiam *parum,* sed malum non morale et parum pro insufficiente.

6. Grave . . . . ከባድ ፡ [1] . . . . ÚLFA.
7. Immundus . . . . እድፍ ፡ . . . . TÛRI vel JÂRA.
8. Leve . . . . ቀሊል ፡ . . . .
9. Longum . . . . ረጅም ፡ . . . . DÊRA.
10. Magnus . . . . ታላቅ ፡ . . . . GÚDDA.
11. Malûm . . . . ክፉ ፡ . . . . HÂMA [2].
12. Niger . . . . ጥቁር ፡ . . . . GURRÁCA [3].
13. Parvus . . . . ታናሽ ፡ . . . . TÍNNA.
14. Pauper . . . . ድኻ ፡ . . . . JÊSA.
15. Peccator . . . . ኃጢአተኛ ፡ . . . . . CUBÚMTU.
16. Profanus . . . . ርኩስ ፡ . . . . HÍRMI [4].
17. Pulchrum . . . . ውብ ፡ . . . . BAÊSA, BAÊTI [5] (fem.).
18. Purus . . . . ጥሩ ፡ . . . . KULKULLÙ.
19. Rubeus . . . . ቀይ ፡ . . . . DÎMA [6].
20. Sanctus . . . . ጻድቅ *vel* ቅዱስ ፡ . . ZÁDEKI [7].

[1] Ut verbum etiam conjugatur, et dicitur in sensu etiam morali in utraque lingua.

[2] *HÂMA* confundi non debet cum *ÁMMA* (*usque, nunc*), prius enim habet primam syllabam aspiratam, non vero posterius.

[3] Apud Abyssinos et Oromones *niger* et *cæruleus color* ordinarie confunduntur.

[4] Apud utrumque populum dicitur in sensu morali pro *maledicto*.

[5] Hoc adjectivum in lingua oromonica habet femininum, quod raro invenitur.

[6] Tam Abyssini quam Oromones solent vocare seipsos rubeos, non nigros, ut seipsos distinguant a stirpe chamitica quæ circa eos est. Extraneus odiose vocaret Abyssinos et Oromones *nigros*. Apud utrosque prædicatur etiam de homine et de equo color oleaceus, qui amarice ጠይም ፡ et oromonice *MAGÁLA* dicitur.

[7] Apud Abyssinos ጻድቅ ፡ significat potius *justum* quam *sanctum* : ቅዱስ ፡ vero (vox derivata a verbo ቀደሰ ፡, id est, *sanctificavit, con-*

21. Splendidus...... ብልጭ ፡ የሚጊል ፡.. *BẸLLÌC* vel *CELÉNKI*[1].
22. Virgo.......... ድንግል ፡........ *DÚRBA*[2].

Omnia supradicta nomina et alia similia fere omnia, sive substantive, sive adjective usurpentur, ordinarie[3] formam mutare non solent. Excipitur numerus 15, in quo *peccator* in utraque lingua accipit formam adjectivam; quia supponitur derivare a verbo *peccare,* licet in his linguis radicales *peccati* non soleant conjugari ut verbum absque additione formæ causativæ.

QUÆSTIO SECUNDA.

DE GRADIBUS COMPARATIONIS[4].

In utraque lingua varius et parum præcisus est modus exprimendi gradus comparationis; etenim aliquando per simplicem accentus pronunciationem illos exprimere so-

secravit, celebravit), dicitur *sanctus,* universaliter recognitus et veneratus uti talis. Apud Oromones vocum *ZÁDEKI* vel *KẸDÙS,* quia ab Abyssinis recenter acceptæ sunt, sensus satis non est determinatus.

[1] Sic nominatur quidquid resplendet ad modum stellarum, uti aurum et vitrum in terra a sole percussum.

[2] Apud Oromones non dicitur de masculo virgine, bene vero apud Abyssinos.

[3] Leges directivas tradere volui quidem, non vero absolutas et sine exceptionibus; audivi enim sæpe de *virgine* in lingua amarica, non solum ድንግል ፡, ut supra, sed etiam ድንግልና ፡, addita forma adjectiva in fine, sed tunc intelligitur potius de *cælibe vita* quam de *virgine*. Sic de aliquibus aliis.

[4] Quamvis gradus comparationis ad cujuscumque generis nomina adjectiva pertinere possint, in hoc paragrapho tamen de iis agendum bonum duxi.

lent, aliquando per particulas augentes vel minuentes, et aliquando etiam utroque modo comparationem efformant. Prius in lingua amarica, posterius in oromonica, tabulam aliquorum adjectivorum in triplici gradu comparativo exponam sub omni modo quo eos exprimere solent.

1. Bellator.

ተዋጊ ፡ — ብርቱ ፡ ተዋጊ ፡[1] — እጅግ ፡ ብርቱ ፡ ተዋጊ ፡

2. Fraudator.

ቀጣፊ ፡[2] — ታላቅ ፡ ቀጣፊ ፡ — እጅግ ፡ ታላቅ ፡ ቀጣፊ ፡

3. Latro.

ሌባ ፡ — ታላቅ ፡ ሌባ ፡ — እጅግ ፡ ታላቅ ፡ ሌባ ፡

4. Magnus.

ታላቅ ፡ — እጅግ ፡ ታላቅ ፡ — እጅግ ፡ ብርቱ ፡ ታላቅ ፡

5. Parvus.

ታናሽ ፡ — እጅግ ፡ ታናሽ ፡ — እጅግ ፡ ብርቱ ፡ ታናሽ ፡[3]

[1] De hac specie adjectivi postea agendum erit. Quando agitur de gradu comparationis vis alicujus, tunc loco particulæ ታላቅ ፡, ብርቱ ፡ substituitur.

[2] Dicitur etiam de homine hypocrita, imo lato sensu dicitur de quacumque persona suspecta de malo. Quandoque etiam dicitur, in sensu omnino contrario, de illo qui dissimulat bonum ad laudem vitandam.

[3] Si agatur de gradu comparationis, tam pro additione quantitatis comparatæ quam pro diminutione, operatio semper eadem est, mutato solo adjectivo, uti in numeris quarto et quinto. Quum autem adjectivum, in comparativo sumendum, est jam de quantitate, uti *magnus* et *parvus*, tunc gradus diversi comparationis fieri solent per

6. Sanus.

ባለ፡ጤና፡[1] እጅግ፡ባለ፡ጤና፡ እጅግ፡ብርቱ፡ባለ፡ጤና፡

7. Viator.

መንገደኛ፡ ብርቱ፡መንገደኛ፡ እጅግ፡ብርቱ፡መንገደኛ፡

TABULA OROMONICA.

1. Bellator..	G̣ÁGNA.......	G̣ÁGNA GÚDDA..	G̣ÁGNA SONÀN GÚDDA..
2. Latro...	HÁTTU.......	HÁTTU GÚDDA..	HÁTTU SONÀN GÚDDA.
3. Màgnus..	GÚDDA [2]......	GURGÚDDA....	SONÀN GURGÚDDA.
4. Mercator.	NAGÂDE......	NAGÂDE DANÙ..	NAGÂDE SONÀN DANÙ.
5. Multi...	BAJÈ vel DANÙ [3].	SONÀN DANÙ...	SONÀN DANÙ GÚDDA.
6. Parvus..	ṬÍNNA.......	TITÍNNA.....	SONÀN TITÍNNA.
7. Peritus..	OGÊSA.......	OGÊSA G̣ÁBBA..	OGÊSA SONÀN G̣ÁBBA.
8. Pulcher..	BAÊSA.......	BAÊSA GÚDDA..	BAÊSA SONÀN GÚDDA.
9. Sanus..	FÂJA [4].......	FÂJA G̣ÁBBA...	FÂJA SONÀN G̣ÁBBA.

reduplicationem litterarum, uti supra in tabula videri potest et alibi etiam demonstravi. Imo sæpissime in hoc casu diversi gradus comparationis per solam pronunciationis pausam in prima syllaba horum adjectivorum exprimi solent, quod scriptis nequeo explicare, quia hæc lingua caret accentuum usu.

[1] ባለ፡ጤና፡ (*dominus sanitatis*, pro *sano*). Agendum alibi est speciatim de hac specie adjectivorum communi in utraque lingua.

[2] Videatur nota tertia ad tabulam præcedentem linguæ amaricæ, pag. 282, quia perfecte idem dicendum est hic de duplici adjectivo, *magnus* et *parvus*, in lingua oromonica.

[3] Inter BAJÈ et ḌANÙ adest differentia, quod prius de aliqua quantitate solum dicitur et superlativum non habet, non vero posterius.

[4] FÂJA pro *sano* et pro *sanitate* indifferenter accipitur. Significat non solum sanitatem corporalem, sed etiam socialem pro pace domus vel regionis. Quando agitur de adjectivo virtutis alicujus, tunc, loco GÚDDA, particula G̣ÁBBA ad comparationem magis convenit.

10. Sapiens.. *BÈKA* . . . . *BÈKA GÚDDA* . . . *BÈKA SONÀN GÚDDA.*
11. Viator . . *AMÁLTU* [1]. . . . . *AMÁLTU GÚDDA* . *AMÁLTU SONÀN GÚDDA.*

Observandum est insuper quod gradus comparativi, in utraque lingua, fieri etiam soleant per verbum essentialiter comparativum; sed tunc comparatio non perficitur in eodem subjecto, sed relative ad aliud vel nominatum vel suppositum. Ex. gr.

1. ትክክል፡ናቸው፡ *KITÈ-ḌA* . . . . Æquales sunt.
2. ይህ፡በለጠ፡. . . . *KÚNI CALÈ*. . . . . . . Hic major fuit.
3. ከሁሉ፡በለጠ፡. . *HUNDUMÁTTI CALÈ*. . Omnibus major fuit.

PARAGRAPHUS SECUNDUS.

DE ADJECTIVIS DERIVATIS.

Adjectiva derivantur vel a nomine, vel a verbo. De utrisque distincta quæstione erit sermo.

QUÆSTIO PRIMA.

DE ADJECTIVIS DERIVATIS A NOMINE.

Quæ a nominibus substantivis derivantur adjectiva, in lingua amarica ordinarie [2] accipiunt litteram ም in fine, uti in sequenti tabula videri poterit, in qua nomen substan-

[1] Gradus comparationis efformati per particulam *GÚDDA*, uti in numeris 1, 2, 8, 10, 11 tabulæ, possunt indifferenter intelligi de quantitate numerica multorum subjectorum, vel specifica unius subjecti; determinatio sensus a nomine regente pendet, quod singulare vel plurale est.

[2] Dixi *ordinarie*, quia semper adsunt exceptiones, sic ብርድ፡ (*frigus*) efformat adjectivum ብርዳም፡ (*frigidus*); ሙቀት፡ (*calor*), ሙቀ፡ (*calidus*), sed istud ultimum verbum etiam est. Aliquando adjectivum fit per additionem ባለ፡ ante substantivum, ut ባለ፡ወርቅ፡ (*auratus*), ባለ፡ጌት፡ (*ornatus*), ባለ፡ቤት፡ (*dominus*, significans aliquem dominium habentem), ባላገር፡ (*habitator, accola*), ባለ፡

tivum semper præcedet, et post illud ponetur adjectivum derivatum.

1. ፈረስ ፡ ...	Equus.	ፈረሰኛ ፡	Eques.
2. ደጋ ፡	Mons altus.	ደገኛ ፡	Monticola.
3. ቈላ ፡	Magnæ valles.	ቈለኛ ፡	Habitator earum.
4. ብልሃት ፡ [1]	Ars.	ብልሃተኛ ፡ ..	Artifex.
5. ሰራት ፡ ...	Opus.	ሰራተኛ ፡ ...	Operator.
6. ጠር ፡ [2] ...	Bellum.	ጠረኛ ፡	Bellator.
7. ልብ ፡	Cor.	ልበኛ ፡	Cordatus.
8. አመል ፡ [3] .	Vitium.	አመለኛ ፡ ...	Vitiosus.
9. እውከት ፡ [4]	Clamor.	እውከተኛ ፡ .	Clamosus.
10. ገብያ ፡ ...	Mercatus.	ገብየኛ ፡ [5] ...	Mercator.
11. ጥጋብ ፡ ..	Satietas.	ጠጋበኛ ፡ ...	Satiatus [6].
12. ጾም ፡	Jejunium.	ጾመኛ ፡	Jejunator.
13. መንገድ ፡ .	Via.	መንገደኛ ፡ ..	Viator.
14. ችጋር ፡ ..	Miseria.	ችጋረኛ ፡ ...	Miserabilis.
15. ኃጢአት ፡.	Peccatum.	ኀጢአተኛ ፡ .	Peccator.
16. ኃይል ፡ ...	Robur.	ኃይለኛ ፡	Robustus.

ምሽት ፡ (*maritatus*), et sic de aliis fere infinitis, quæ indifferenter aliquando possunt accipere hanc vel aliam formam.

[1] ብልሃት ፡ dicitur etiam aliquando de scientiis practicis.

[2] ጠር ፡ dicitur de bello, et simul de lancea cum qua fit.

[3] አመል ፡ proprie *consuetudo inveterata et mala*, aut *inanis;* dicitur quoque de quacumque consuetudine etiam non immorali.

[4] እውከት ፡ dicitur de quocumque rumore, vel etiam dissensione, et እውከተኛ ፡ dicitur persona ad quæstiones inclinata; hoc nomen non debet confundi cum እውቀት ፡ (*intellectus*), licet fere eodem modo pronunciari soleat.

[5] ገብየኛ ፡ vel ገብያተኛ ፡ dicitur de pergentibus ad mercatum indigenum, magni enim mercatores ነጋዴ ፡ dicuntur a verbo ነገደ ፡ (*negotiari*).

[6] Hæc vox intelligitur etiam in sensu morali, uti alibi jam dixi.

Non tam regularis est efformatio nominum adjectivorum a nominibus substantivis derivantium in lingua oromonica, quam eorumdem constructio in lingua amarica; in hac enim adjectiva hæc semper composita sunt duabus vocibus, vel voce *ÁBBA* addita nomini denominanti in casu genitivo complementi dicto, quotiescumque agitur de re aliqua, quæ veluti sub dominio est; vel etiam per additionem vocis *NÂMA* (*homo*) vel *ǴÁRRI* (*homines*) nomini denominanti pariter in genitivo complementi. Sint exempla :

1. *ABBA BÍA*[1] . . . Pater regionis.
2. *ABBA FÁRDA*[2] . Pater equi, *pro* equite.
3. *ABBA GÁCANA* . . Pater scuti, *pro* scutigero.
4. *ABBA MÂNA* . . . Dominus domus.
5. *ABBA NÎTI* . . . Pater uxoris, *pro* conjugato.
6. *ABBA UǴÔLI* . . . Pater familiæ.
7. *ǴÁRRI DÛLA* . . . Homines belli, *pro* militibus.
8. *ǴÁRRI GAVÀ* . . . Homines mercatus.
9. *ǴÁRRI JÂI*[3] . . . Homines consilii regionis.
10. *ǴÁRRI SÁGADA*[4]. Homines adorationis, *pro* adoratoribus.
11. *ǴÁRRI WAMICÀ*[5]. Invitati.

[1] *ABBA BÍA* dicitur homo alicujus influentiæ politicæ in regione, seu consiliarius natus ejusdem, uti sunt *GADÀ* omnes.

[2] *ABBA* significat ordinarie *patrem*, sed quando regit genitivum complementi significat *dominum*, seu potius est simplex compositio æquivalens adjectivo determinando a genitivo.

[3] *JÂI* dicitur consilium seniorum regionis, sive generale sit, sive speciale alicujus tribus.

[4] *ǴÁRRI* significat homines quosdam in particulari cognitos; *SÁGADA* pro quocumque actu religionis, imo pro religione ipsa accipitur.

[5] *WAMICÀ* dicitur invitatio plurium personarum ad manducandum occasione nuptiarum vel alterius festi.

12. *Nâma baddà*[1]. Habitator montium (*monticola*).
13. *Nâma dippatè*. Miserabilis, necessitosus.
14. *Nâma gamôg̣i*[2]. Habitator vallium.
15. *Nâma kẹ́lbi*[3]. Homo cordatus.

Quæ hucusque adduxi sufficientia sunt ad demonstrandum modum componendi adjectiva derivantia a nomine aliquo substantivo. Ad normam istorum, nomine cognito, cetera adjectiva construuntur.

QUÆSTIO SECUNDA.

DE ADJECTIVIS DERIVATIS A VERBO.

Adjectiva quæ derivantur a verbis satis sunt regularia in utraque lingua; in lingua amarica enim puris radicalibus litteris verbi efformari solent, mutata solum vocali *a* in *i*; in lingua oromonica vero ordinarie efformantur ex persona secunda numeri pluralis temporis præsentis modi indicativi. Pro utraque lingua tabula consueta exhibebit verbum prius in suis radicalibus, posterius adjectivum derivatum. Sit itaque prius pro lingua amarica tabula sequens :

[1] *Baddà*, amarice ደጋ ፡, dicuntur magnæ altitudines, in quibus temperatura et vegetatio specialis est; mons simpliciter diceretur oromonice *túllu*, et amarice ተራራ ፡.

[2] *Gamôg̣i* non significat vallem simpliciter, sed regiones prope flumina magna, in quibus temperatura elevata est, et vegetatio etiam specialis. *Gamôg̣i* amarice ቆላ ፡ dicitur.

[3] *Kẹ́lbi* non significat *cor* materialiter, sed potius sensum moralem cordis; cor enim materiale confunditur cum ventre et dicitur *garà*, sic *toto corde* diceretur *garà gûtu* (*corde pleno*), et *venter plenus* eodem modo exprimeretur.

1.	አደረገ ።....	Fecit.	አድራጊ ።[1]...	Factor.
2.	ሠራ ።......	Construxit.	ሠሪ ።[2]......	Constructor.
3.	ተዋጋ ።....	Pugnavit.	ተዋጊ ።....	Pugnator.
4.	አረሰ ።.....	Aravit.	አራሽ ።.....	Arator.
5.	ጻፈ ።......	Scripsit.	ጻፊ ።......	Scriptor.
6.	ሰፋ ።......	Suit.	ሰፊ ।.......	Sutor.
7.	ተማረ ።....	Didicit.	ተማሪ ።.....	Scholaris.
8.	አስተማረ ።.	Docuit.	አስተማሪ ።..	Doctor.
9.	ጠረበ ።....	Quadravit.	ጠራቢ ።....	Quadrator.
10.	አስታረቀ ።..	Pacificavit.	አስታራቂ ።..	Pacificator.
11.	አስተነገረ ።.	Fecit dicere.	አስተነጋሪ ።[3].	Qui dicere facit.
12.	ጋገረ ።.....	Coxit panem.	ጋጋሪ ።[4]....	Pistor.
13.	አሻገረ ።....	Trajecit flumen...	አሻጋሪ ።[5]...	Trajector.

[1] In lingua amarica utimur hac voce pro significando ministro sacramentorum, et videtur satis præcisa et expressiva.

[2] ሠሪ ። non debet confundi cum ሠራተኛ ።, de quo in tabula præcedenti egimus. Hoc ultimum, derivatum a ሠራት ። (*opus*), magis genericum est diciturque de omni operario; e contra ሠሪ ። potius compositorem significat: sic, in constructione domus, omnes, etiam lapides portantes, priori nomine vocantur, non vero posteriore, quia veris constructoribus et architecto solum convenit.

[3] Hæc vox est adjectivum derivatum a verbo ተናገረ ። (*locutus est*) sub ejus forma causativa, ita ut ተናጋሪ ። *loquax* significaret, አስተናጋሪ ። vero *loquacem faciens*. Quædam plantaginis species in Abyssinia invenitur, cognita etiam apud nos, quæ አስተናግር ። in lingua amarica vocatur, quia succum ejus bibentes inebriantur et loquuntur uti ebrii. In pluribus regionibus altæ Æthiopiæ coguntur bibere succum hujus plantaginis qui accusantur de magia *buddà* illic dicta. Multi ex potatione moriuntur; et superviventes, si in ebrietate confiteantur esse magos, ad mortem vel ad servitutem condemnantur, præsertim in Kafa.

[4] In tota Æthiopia neque furni adsunt, neque pistores publici, sed quolibet die et in qualibet domo coquitur panis a mulieribus.

[5] In Abyssinia neque pontes adsunt, neque naves pro trajiciendis

14.	መራ ።	Conduxit.	መሪ ።[1]	Conductor.
15.	ቈጠረ ።	Numeravit.	ቈጣሪ ።	Numerator.
16.	አነበበ ።	Legit.	አንባቢ ።	Lector.
17.	ደፈረ ።	Præsumpsit.	ደፋሪ ።	Præsumptuosus.
18.	አደረ ።	Pernoctavit.	አዳሪ ።[2]	Hospitio receptus.
19.	አሳደረ ።	Hospitatus est.	አሳዳሪ ።	Hospes.

TABULA OROMONICA.

1.	*Agérra*.....	Cooperit domum.	*Agértu*[3]	Coopertor.
2.	*Agêsa*......	Occidit.	*Agéftu*[4]	Occisor.
3.	*Ama*.......	Metit.	*Amtu*	Messor.
4.	*Arábsa*.....	Convitiatur.	*Arábsitu*[5].....	Convitiator.
5.	*Arârsa*.....	Pacificat.	*Arársitu*......	Pacificator.

fluminibus, sed natatores, አሻጋሪ ። dicti, viatores trajiciunt. Apud Oromones et Sidamas pontes et naves imperfecte construuntur.

[1] መሪ ። dicitur conductor classis mercatorum, ordinarie auctoritate publica constitutus.

[2] Latine *hospes* dicitur tam ille qui dat quam ille qui hospitalitatem recipit; lingua amarica huic incommodo occurrit per adjectivum derivatum a verbis sub diversa forma, ut supra.

[3] Ars cooperiendi domum paleis in tota alta Æthiopia sat parum honorabilis est, et cognoscitur hoc nomine apud Oromones.

[4] Omnia verba quæ induunt formam causativam, vel realem vel etiam apparentem, dant adjectivum cum finali in *ftu*, quia, uti vidimus ubi de verbis, sic faciunt in secunda pluralis temporis præsentis.

[5] Si loco *arábsitu* diceretur *arábsu*, hæc vox derivata a verbo *áraba* (*loquitur*) significaret *homo loquax*. *Araba* tanquam verbum in usu non est, probabiliter quia significat linguam materialem seu oris organum. Ad vitandam confusionem Oromones vocant linguam seu idioma, non ex lingua materiali, uti apud nos, sed a voce *os*, quod oromonice interpretatur *afàn*.

6. *Aría*	Expellit.	*Arîtu*[1]	Expulsor.
7. *Bâra*	Discit.	*Bártu*.	Discipulus.
8. *Barsîsa*	Docet.	*Barsíftu*.	Magister.
9. *Belâa*.	Esurit.	*Belóftu*	Famelicus.
10. *Cámsa*.	Serenat.	*Cámsitu*[2]	Serenator.
11. *Ḍâla*	Generat.	*Ḍáltu*[3].	Genitrix.
12. *Ḍála*	Hereditatem adit.	*Ḍâltu*[4].	Heres.
13. *Ḍéḍḍaba*. . . .	Fatigat.	*Ḍeḍḍábḍu*	Debilis.
14. *Deêsa*	Parturit.	*Deêsitu*	Puerpera.
15. *Facâsa*.	Seminat.	*Facáftu*	Seminator.
16. *Hátta*.	Furatur.	*Hattò*	Furator.
17. *Kárama*.	Legit.	*Karámtu*	Lector.
18. *Kitâba*	Scribit.	*Kitábḍu*[5].	Scriptor.
19. *Kôra*[6]	Superbit.	*Kórtu*.	Superbus.
20. *Láblaba*	Prædicat.	*Labláḅḍu*	Prædicator.
21. *Mâra*	Consulit.	*Máritu*	Consiliarius.
22. *Mûra*[7]	Secat. Decidit.	*Múrtu*	Sector.

[1] *Arîtu* dicitur expulsor quicumque sed speciatim magus qui morbum expellendi potestatem sibi tribuit.

[2] *Serenator* est magus qui creditur dominus pluviæ, de quo alibi satis dictum est.

[3] Licet *ḍáltu* stricte dici possit de masculo et de femina, tamen ex usu exclusive de femina usurpari solet.

[4] Verbum *Ḍála* significat *hereditare*, sed primam syllabam breviorem habet quam verbum præcedens.

[5] Verbum *kitâba* mutuatum est ex lingua arabica, ac ideo etiam *kitábḍu* pro *scriptore*, utpote ex eo derivans. Verba quæ habent ultimam radicalem *ba* faciunt *ḍa* vel *ḍu* in secundis personis, et hæc est ratio propter quam hoc adjectivum habet *ḍu* et non *tu* in fine.

[6] *Kôra*. Hæc vox dat primam et tertiam personam temporis præsentis numeri singularis; inde dat nomen abstractum pro *superbia*, uti supra dixi. *Ḳôra* significat etiam *ephippium* pro equitatione.

[7] Verbum *mûra* significat æqualiter *secare* et *decidere* in judicio,

23. *Obsa*	Patientiam habet.	*Obsitu*	Patiens.
24. *Ordofa*.....	Sectatur.	*Ordóftu*	Sectator.
25. *Orgâa*	Fragrat.	*Orgóftu*	Fragrans.

PARAGRAPHUS TERTIUS.

DE ADJECTIVIS PROPRIIS.

Ductus necessitate ordinandi adjectiva quæ efformari solent ex nomine civitatum, regionum, aut regnorum, propter quasdam specialitates, quas distinguere bonum esse putavi, vocavi illa adjectiva propria, quia ex nominibus propriis originem trahunt. Hæc adjectiva diversis modis efformari solent in lingua amarica, non vero in oromonica.

In lingua amarica, si agatur de personis transmarinis, ordinarie efformatur adjectivum per additionem litteræ ዊ immediate post nomen urbis vel nationis, verbi gratia : ሮማዊ ፡ (*Romanus*), ነምሣዊ ፡ (*Germanus*), ፍረንሣዊ ፡ (*Gallus*), ግሪቃዊ ፡ (*Græcus*)[1]. Dixi *ordinarie*, quia amarice *Anglus* non dicitur እንግሊሳዊ ፡, sed እንግሊስ ፡ ነው ፡ (*ex Anglia est*); et *Arabs* non interpretatur አረባዊ ፡, sed አረብ ፡ ነው ፡ (*ex Arabia est*). Aliquando nomini regionis additur ሰው ፡ (*homo*); sic

sed adjectivum *múrtu* ab eo derivatum fere nunquam audivi de judice decidente quæstionem, sed solum de instrumento ad secandum apto, rarius de homine secante.

[1] Exceptiones quæ sequuntur, de personis anglicis et arabibus, nec non de omnibus aliis regionibus æthiopicis, intelligi non debent eo sensu, quod, si ዊ adhiberetur, hæc locutio ab omnibus non intelligeretur; imo aliquando ትግሬዊ ፡ de persona e regno Tigre oriunda audivi.

dicitur : እንግሊስ ፡ ሰው ፡ ያውቃል ፡ (qui est *ex Anglia, homo scit*, id est, *Anglus scit*); ዐረብ ፡ ሰው ፡ ይመጣል ፡ (qui est *ex Arabia, homo veniet*, id est, *Arabs veniet*). Quod diximus de duobus ultimis dicendum etiam est de fere omnibus aliis adjectivis propriis quæ derivantur ex nominibus regionum Æthiopiæ, ut Gogiam, Çewa, Tigre, Galla [1] et alia.

Quum vero agitur de linguis, adjectivum derivatum a nomine substantivo proprio regionis varietates quasdam etiam exhibet. Aliquando enim littera ኛ additur nomini regionis ad efformandum adjectivum, si tamen adjectivum dici debet; sic dicitur : ትግርኛ ፡ (*lingua Tigre*), አማርኛ ፡ (*lingua amarica*), ሸዋኛ ፡ (*lingua çewica*), ጋልኛ ፡ (*lingua oromonica*), ዐረብኛ ፡ (*lingua arabica*). Dixi *si tamen adjectivum dici debet*, quia per adverbium hæc locutio latine traduci potest; sic ዐረብኛ ፡ ይነገራል ፡ traduci posset *arabice loquitur*, vel etiam per ablativum *in lingua arabica*. Hoc adjectivum tamen cum finali ኛ nunquam audivi de linguis regionum transmarinarum. Sic nunquam diceretur : ላቲንኛ ፡, pro lingua latina, et ፍራንሰውኛ ፡ pro gallica, sed potius ላቲኒ ፡ ቋንቋ ፡, ፍራንሰዊ ፡ ቋንቋ ፡, semper dicere audivi.

In lingua oromonica nulla adsunt adjectiva propria specialiter constructa, sed illa semper exprimuntur per genitivum casum; sic, ut Oromones dicant *hominem romanum*, vel *linguam romanam*, dicere solent : vel NÂMA RÔMA (litte-

[1] Hic usus sum nomine *Galla* et non *Oromone*, quia in lingua amarica prius solum cognoscitur, non vero posterius, quum quæstio est de populis oromonicis apud Abyssinos.

raliter *homo Romæ*, id est, *ex Roma*), AFÀN RÔMA (*lingua Romæ*), vel etiam, omissis substantivis NÂMA et AFÀN, utuntur particula KAN unita nomini proprio denominanti, uti KAN RÔMA (*qui Romæ*, id est, *ex Roma*), KAN ROMÁTTI (*qui Romæ*, id est, *ex Roma est*). Primus modus communior est; sic, ut dicant, *Gogiamensis leprosus est*, dicunt: *NÂMA GÓḌAM KÚRCI-ḌA*[1]. Si vero quæstio præcesserit de quibusdam hominibus, et inter eos aliquem e Gogiam oriundum sibi accersi velint, dicunt : *ISA*, KAN GÓḌAM, NA WÂMI (*illum*, *qui Gogiami*, id est, *e Gogiam est*, *mihi voca*).

PARAGRAPHUS QUARTUS.

DE ADJECTIVIS NUMERALIBUS.

Ad vitandam confusionem in hoc paragrapho distinguam adjectiva numeralia linguæ amaricæ a numeralibus linguæ oromonicæ, diversa quæstione pro qualibet lingua de iis pertractando.

QUÆSTIO PRIMA.

DE ADJECTIVIS NUMERALIBUS LINGUÆ AMARICÆ.

In lingua amarica adjectiva numeralia seu ordinalia construuntur per additionem litteræ ኛ numeris cardinalibus vel decimalibus, excepto solo numero primo[2]. Ut

[1] Hæc est injuria maxima qua Gogiamenses affici solent apud Oromones. *KÚRCI*, quæ ቈምጣ ፡ dicitur apud Abyssinos, est species lepræ, quæ pellem totam personæ non cooperit, sicut elephantiasis, sed solum extremitates manuum et pedum incipiendo a digitis rodit. Valde frequens est in Abyssinia, præsertim in Gogiam, fere nulla apud Oromones, et iterum frequentissima ad austrum apud Sidamas.

[2] Adjectivus numeri primi in omnibus linguis a me cognitis nun-

autem studiosus ipsorum constructioni assuescat, tabulam hic addam in numeris prius cardinalibus, postea ordinalibus, latine et amarice; deinde per notas variationes et observationes pro opportunitate explicabo.

Unus	አንድ ፡	Primus[1]	መጀመርያ ፡
Duo	ሁለት ፡	Secundus[2]	ሁለተኛ ፡
Tres	ሦስት ፡	Tertius	ሦስተኛ ፡
Quatuor ...	አራት ፡	Quartus	አራተኛ ፡
Quinque ...	አምስት ፡	Quintus	አምስተኛ ፡
Sex	ስድስት ፡	Sextus	ስድስተኛ ፡
Septem	ሰባት ፡	Septimus	ሰባተኛ ፡
Octo	ስምንት ፡	Octavus	ስምንተኛ ፡
Novem	ዘጠኝ ፡[3]	Nonus	ዘጠነኛ ፡
Decem	አሥር ፡	Decimus	አሥረኛ ፡
Undecim ...	አሥራንድ ፡	Undecimus	አሥራንደኛ ፡
Viginti	ሃያ ፡[4]	Vigesimus	ሃያኛ ፡

quam componitur ex radicalibus ipsius numeri cardinalis; lingua amarica vero numerum unum አንድ ፡ non solet facere adjectivum dicendo አንደኛ ፡, nisi quum hic numerus est in compositione cum decimalibus, uti postea videbitur; sed dicit መጀመርያ ፡ quod ad speciem particularem adjectivi pertinet de qua postea agendum.

[1] Numerus ordinalis latinus etymologiam suam accipit a *prioritate;* amaricus et oromonicus accipiunt a verbo *incipere.*

[2] Lingua latina in numero ordinali *secundo* recedit etiam a radicalibus numeri ejus cardinalis, non vero lingua amarica et oromonica.

[3] Numerus cardinalis *novem* non est normalis, quia loco ት, quæ est in omnibus aliis uti characteristica substantivi, habet ኝ in fine; quum vero fiunt numeri decimales, ceteri exuunt litteram ት; ipse vero transformat ኝ in ን, quia hæ duæ litteræ originaliter una erant.

[4] Lingua amarica, uti fere omnes linguæ, habet radicales spe-

Viginti unus. የየያንድ፡

Triginta . . . ሠላሳ፡

Quadraginta አርባ፡

Quinquaginta. አምሳ፡

Sexaginta . . ስድሳ፡

Septuaginta. ሰባ፡

Octoginta . . ሰማንያ፡

Nonaginta . . ዘጠና፡

Centum . . . መቶ፡

Ducenti . . . ሁለት፡መቶ፡

Trecenti . . . ሶስት፡መቶ፡

Quadringenti አራት፡መቶ፡

Quingenti . . አምስት፡መቶ፡

Sexcenti . . . ስድስት፡መቶ፡

Septingenti. ሰባት፡መቶ፡

Octingenti . . ስምንት፡መቶ፡

Nongenti . . ዘጠኝ፡መቶ፡

Mille . . . . . ሺህ፡

Decem millia. ዐልፍ፡

Mille millia. መቶ፡ዐልፍ፡

Vigesimus primus. የየያንደኛ፡

Trigesimus . . . . ሠላሠኛ፡

Quadragesimus. አርበኛ፡

Quinquagesimus አምሰኛ፡

Sexagesimus . . . ስድሰኛ፡

Septuagesimus. . ሰበኛ፡[1]

Octogesimus . . . ሰማነኛ፡

Nonagesimus. . . ዘጠነኛ፡[2]

Centesimus . . . . መቶወኛ፡[3]

Ducentesimus . . ሁለት፡መቶወኛ፡

Trecentesimus . . ሶስት፡መቶወኛ፡

Quadringentesimus አራት፡መቶወኛ፡

Quingentesimus. አምስት፡መቶወኛ፡

Sexcentesimus . . ስድስት፡መቶወኛ፡

Septingentesimus . . ሰባት፡መቶወኛ፡

Octingentesimus . . ስምንት፡መቶወኛ፡

Nongentesimus . . . ዘወኝ፡መቶጠኛ፡

Millesimus . . . . ሺይኛ፡

Decies millesimus. ዐልፈኛ፡

Millies millesimus. መቶ፡ዐልፈኛ፡

In lingua amarica ዐልፍ፡ est ultimus numerus speci-

ciales pro *vigesimo*, neque efformat illum ex numero cardinali; ex linguis a me cognitis sola lingua arabica componit numerum vigesimum per numerum dualem dicendo *AÇEBIN*, id est, *duodecem*.

[1] Verbum hoc in civitate Gondar in usu non est.

[2] Vide notam 1.

[3] Usque ad *centum* numeros ordinales in ኛ fere semper audivi usitatos, quamvis nón communiter uti occurrit infra numerum *decem*. Supra *centum* rarissime audivi tum in lingua amarica quum in oromonica; in hoc casu aliquam affinitatem conservant cum lingua hebraica, quæ supra *decem* nullos habet numeros ordinales.

fice nominatus, et illo utuntur pro omnibus numerationibus posterioribus, uti videri potest in lectione I, *De numeris.*

QUÆSTIO SECUNDA.

DE ADJECTIVIS NUMERALIBUS LINGUÆ OROMONICÆ.

Lingua oromonica ex numeris cardinalibus construit suos numeros ordinales addendo illis syllabam *FA*. Pro commoditate tyronum oromonum linguam latinam addiscere volentium, repetam in sequenti tabula ad extensum numeros latinos tam cardinales quam adjectivos post oromonicos.

[1] 1. *Tôko*	Unus.	*Galkavadûra* [2]	Primus.
2. *Lâma*	Duo.	*Lamâfa*	Secundus.
3. *Sâdi*	Tres.	*Sadâfa*	Tertius.
4. *Afur*	Quatuor.	*Arfafa* [3]	Quartus.
5. *Çân*	Quinque.	*Çánafa* [4]	Quintus.
6. *Gà*	Sex.	*Gâfa*	Sextus.

[1] Posui hic etiam notas numerales arithmeticas arabicas, quæ adoptatæ sunt etiam pro lingua oromonica.

[2] Uti dixi de lingua amarica, lingua oromonica non solet construere adjectivum ordinalem ex radicalibus numeri primi, nisi quum invenitur in compositione cum decimalibus.

[3] Hic adest anomalia, radicalis enim *R*, quæ in numero cardinali in fine est, in numero ordinali collocatur in prima syllaba.

[4] Dixi supra quod characteristica adjectivi numeralis est *FA* finalis, sed melius diceretur quod est *ÁFA*, uti constat ex numero *quinto*; sed prima *A* sæpe radicalis etiam est, vel alia vocalis transformata, ac ideo sola *FA* invariabilis est.

7. *Tórba*.....	Septem.	*Torbâfa*.....	Septimus.
8. *Saddêti*....	Octo.	*Saddetâfa*...	Octavus.
9. *Sagàl*.....	Novem.	*Sálgafa* [1]....	Nonus.
10. *Kudàn*.....	Decem.	*Kurnâfa* [2]....	Decimus.
11. *Kudatôko*..	Undecim.	*Kudatokâfa* [3]..	Undecimus.
20. *Digdàm*....	Viginti.	*Digdamâfa* [4]..	Vigesimus.
21. *Digdamitóko*	Viginti unus.	*Digdamitokâfa*	Vigesimus primus.
30. *Soddòm*....	Triginta.	*Soddomâfa*...	Trigesimus.
31. *Soddomitóko*	Triginta unus.	*Soddomitokâfa*	Trigesimus primus.
40. *Afûrtama* [5].	Quadraginta.	*Afurtamâfa*..	Quadragesimus.
50. *Çántam*....	Quinquaginta.	*Çantamâfa*...	Quinquagesimus.
60. *Gâtam*....	Sexaginta.	*Gatamâfa*....	Sexagesimus.
61. *Gatàmitôko* [6]	Sexaginta unus.	*Gatamitokâfa*.	Sexagesimus primus.
70. *Torbátam*..	Septuaginta.	*Torbatamâfa*.	Septuagesimus.

[1] Hic adest eadem anomalia de qua diximus in numero *quarto;* L finalis numeri cardinalis in numero ordinali transit ad primam syllabam, et, loco SAGALÂFA, SÁLGAFA dicitur.

[2] Juxta regulam ordinariam dicendum erat KUDANÂFA, sed ejus loco KURNÂFA dicitur. Hic etiam anomalia invenitur, quia mutatio radicalis hic quoque adest. Ex hoc patet quod sola finalis FA, vel AFA, uti regula invariabilis habenda sit in his adjectivis.

[3] Numerus *primus* quando decimali unitus est, semper hoc modo characteristicam adjectivi ordinalis induit.

[4] Numerus *viginti,* ut diximus de lingua amarica, etiam hic non retinet radicales numerorum LÂMA et KUDÀN, sed proprias habet.

[5] In numero *triginta* dictum est SODDÒM et hic posui AFÛRTAMA. *A* finalis aliquando pronunciatur, aliquando non pronunciatur; quare sola littera M characteristica numeri decimalis videtur, quia in istis linguis vocales raro radicales essentiales sunt, nisi A ante MA talis sit etiam dicenda.

[6] Vocalis I inter GÂTAM et TÔKO non videtur radicalis, sed tantum introducta ex necessitate inter duas consonantes. Idem dicendum de DIGDAMITÔKO, SODDOMITÔKO, etc.

80. *Sáddetam* . . Octoginta.	*Saddetamâfa*. . Octogesimus.
90. *Sagáltam*. . . Nonaginta.	*Sagaltamâfa* . . Nonagesimus.
100. *Díbba* [1] . . . . Centum.	*Dibbâfa*. . . . . Centesimus.
101. *Díbbafitôko* [2] Centum et unus.	*Dibbafitokâfa*. Centesimus primus.
102. *Dibbafilâma* Centum et duo.	*Dibbafilamâfa* Centesimus secundus.
200. *Díbba-lâma* [3] Ducenti.	*Díbbalamâfa* . . Ducentesimus.
1000. *Kúmma* [4] . . . Mille.	*Kummâfa* . . . . Millesimus.

APPENDIX AD ARTICULUM SECUNDUM.

DE QUIBUSDAM ALIIS ADJECTIVIS IRREGULARIBUS.

Quæ hucusque relata sunt adjectiva pro utraque lingua, normalia dicenda sunt et certis legibus subjecta; adsunt

[1] Lingua oromonica habet nomen specificum pro *centum,* sicuti habent omnes aliæ lingùæ, in quibus nunquam compositum ex præcedentibus numeris invenitur. Post *centum* ordo numerationis oromonicæ recedit ab amarico et a nostro, uti infra notabitur.

[2] In numeris 101 et 102 syllaba *fi* inter *díbba* et *tôko* valet conjunctionem *et,* eodem sensu quo latine dicitur centum *et* duo. Si hæc conjunctio non adesset, idem numerus valeret *ducenti,* uti infra videbimus.

[3] Lingua amarica et linguæ nostræ dicunt *duo* ante *centum* ut dicant *duo centum.* Sed oppositum habet lingua oromonica quæ dicit *centum duo díbba-lâma*, et sic ordo semper servatur usque ad centum mille et ultra.

[4] *Kúmma* pro *mille* est ultimus numerus proprio nomine donatus in lingua oromonica, quasi alium non cognoscant. Oromones solent numerare etiam usque ad mille millium ac centena millia, sed aliud proprium nomen non habent; et, quando ad nostrum *millionem* perveniunt, dicunt *kúmma-kúmma* (litteraliter *mille mille*), quod idem est ac latinum *mille millium,* cum sola differentia quod Oromones pluralem non habent.

alia non pauca, præcipue in lingua amarica, quæ referre bonum esse puto distinctis numeris.

Primo quidem invenitur in lingua amarica quoddam adjectivum satis frequens ex verbo in modo infinitivo compositum, per additionem litteræ ያ tanquam finalem. Hoc adjectivum appellari poterit *instrumentale*, quia prædicatur de re tanquam medium ad aliquid. Per se adjectivum dici debet, licet tanquam substantivum sæpissime usurpetur, uti evenire solet de fere omnibus aliis adjectivis. De eis sit tabula sequens :

1. ማሻገርያ ። . . . . Cum quo trajicitur flumen [1].
2. መቍጠርያ ። . . . . Cum quo numerari solet [2].
3. መዝገያ ። (*porta*). . . : . . . Cum qua clauditur.
4. መታዘብያ ። [3] . . . . Cum quo testimonium exhibetur.

[1] Varia sunt instrumenta quibus utuntur Abyssini ad trajiciendum flumen, et 1° quidem ታንኳ ።, quæ est strues juncea cujusdam speciei; 2° pellis caprina inflata, አቆማዳ ። dicta, et ligata pectori personæ trajiciendæ; 3° pellis bovina stramine sicco plena, in qua persona trajicienda includitur; hæc instrumenta a valido natatore conducuntur.

[2] Sic appellatur species rosarii valde communis inter Abyssinos, quadraginta salutationibus solum composita. Hæc etiam communis apud mahumedanos est.

[3] Hæc vox derivatur a verbo ታዘበ ። (*testatus est*); per additionem መ dictis radicalibus habetur infinitivus *testari*, cui addendo ያ in fine habebitur nomen de quo hic. Pro norma sciendum quod ultima radicalis ante characteristicam istius nominis semper amittere debet suam vocalem et fieri sexta, ut syllabam faciat cum præcedenti, uti in exemplo allato ብ, quæ fieri debebat በ. Quando agitur de dentalibus ጠ vel ተ, ደ, ዘ, in hoc casu semper transformantur in

5. **መጋጠሚያ ፡**............ Quidlibet cum quo res jungitur.
6. **መታጠቂያ ፡**........... Cinctura qua persona ad renes cingitur.
7. **መጠምጠሚያ ፡**.......... Pileus turcicus quo caput cingitur.
8. **መቈፈርያ ፡**............ Instrumentum quo terra foditur.
9. **መጻፊያ ፡**............. Calamus vel aliud cum quo scribitur.
10. **መስፊያ ፡**.............. Acus et filum cum quo suitur.
11. **ማለቢያ ፡**.............. Vas in quo lac mulgetur.
12. **ማሰርያ ፡**.............. Quidquid inservit ad ligandum.
13. **መጋገርያ ፡**............ Quidquid inservit ad coquendum panem.
14. **መቈለፊያ ፡**............ Clavis ad claudendum, vel globulus vestium.
15. **መገረፊያ ፡**............ Flagellum, virga, flagrum, lorum et similia.
16. **መዞርያ ፡**.............. Quo circumdatur vel circuitur.
17. **ማደርያ ፡**.............. In quo vel cum quo pernoctatur.
18. **መጀመርያ ፡**[1].......... Cum quo vel a quo incipitur.
19. **መጨረስያ ፡**[2].......... Cum quo vel in quo terminatur.
20. **መኖርያ ፡**.............. In quo aliquid collocatur, vas vel locus.
21. **መግቢያ ፡**.............. Porta per quam quis ingreditur.
22. **መስፈርያ ፡**............ Instrumentum quodcumque ad mensurandum.
23. **ማለፊያ ፡**.............. Via vel medium ad alibi transeundum.

ዮ vel **ቾ**, **ጆ**, et **ዦ**. Hoc modo semper construitur hoc nomen e verbo, vel ex illo decomposito verbum invenitur.

[1] Vide notam 1 de numeris ordinalibus pag. 294.

[2] Eodem sensu quo primus numerus dicitur **መጀመርያ ፡**, eodem perfecte sensu ultimus numerus dicitur **መጨረሻ ፡**.

24. መንፍያ ፡ .... Instrumentum quodcumque ad insufflandum.

25. መጥረግያ ፡ .... Scopa vel quidquid aliud ad tergendum, purgandum.

26.[1] ማሰብያ ፡ (አሰበ ፡) ...... Munuscula pro reminiscentia, vel *pro memoria.*

27. ማብርያ ፡ (በራ ፡)....... Lucerna vel quodlibet ad lumen inserviens.

28. ማስታረቅያ ፡ (አስታረቀ ፡) Munuscula ad pacem faciendam.

29. ማጠብያ ፡ (አጠበ ፡) ..... Locus, vas vel *saponaria*[2] ad lavandum.

30. ማረምያ ፡ (አረመ ፡) ..... Quidquid inservit ad purgandum[3].

31. ማሰደብያ ፡ (አሰደበ ፡) ... Quidquid convitiari vel maledicere facit.

32. መቀደስያ ፡ (ቀደሰ ፡) .... Necessaria ad missam celebrandam.

33. መፍያ ፡ (ፈላ ፡)......... Vas ad ebulliendum.

34. ማስተወቅያ ፡ (አስተወቀ ፡) Munuscula ad amicitiam faciendam[4].

[1] Ultima hæc exempla habent radicales verbi intra parenthesim unitas, ut studens ad normam eorum sciat modum efformandi verbum ex hoc nomine, et vicissim ex verbo nomen hoc inveniendi.

[2] Sapo in usu non est in Æthiopia, sed fructus arbusculæ *saponaria* apud nos dictæ et apud Abyssinos እንዶድ ፡, *potassio* (gallice *potasse*) adeo saturatus est, ut ad lavandum sapone nostro aptior sit; illa usus sum tanquam vomifica purgativa. Apud Oromones vestes in urina animalium lavari solent.

[3] Dicitur linteolum ad nasum emungendum. Quando apud Oromones perveni, non hoc linteolo, sed digitis ad hoc utebantur; nunc usus invalere incipit linteolo utendi.

[4] Generalis usus est in Æthiopia se præsentandi principibus, vel personæ honoratæ cuicumque, cum aliquo munere, et est veluti tri-

Aliquando etiam ultimum ያ omittitur, ut in sequentibus exemplis :

35. መውረጃ ። .... Via vel medium ad descendendum.
36. መውጫ ። .... Via vel medium ad exeundum vel ascendendum.
37. መጠጫ ። (italice *pipa*) ... Veluti antonomastice instrumentum quo fumus tabacci ore trahitur.
38. ማረሻ ። .... Aratrum cum quo terra aratur.
39. መቀመጫ ። .... Quod inservit ad sedendum, locus vel sella.
40. መጫወቻ ።[1] .... Instrumentum quodcumque ad ludendum.
41. መጋረጃ ። (ጋረደ ።)..... Cortina vel quidquid impedit visum.
42. መወገጫ ። (ወገጠ ።).... Quidquid inservit ad pinsendum[2].

Abyssini, deficiente nomine alicujus rei, ex officio ejus eam vocare solent. Etiamsi nomen adsit, sæpissime tamen tali nomine generico utuntur[3], quod quammaxime com-

butum honoratum. Hoc extraneis, maxime mercatoribus, de necessitate est.

[1] Dicitur etiam in despectum de verbo, vel de actione, vel de alio minus gravi ad exprobrandum aliquem; hæc vox derivatur a verbo ተጫወተ ። (*lusit*), quodque etiam derivatur a ጫዋ ። (*laicus* vel *sæcularis*), quia ludere sæcularium est. In principio hoc verbum ad linguam monachorum solum pertinebat.

[2] Instrumentum domesticum ad pinsendum necessaria coquinæ.

[3] Sic forfices መቈረጫቻ ። dicuntur, et acus መርፌ ። dicitur. Sed hæc et filum possunt venire sub nomine መስፊያ ። (*ad suendum*).

modum est, quia sic lingua facilius addiscitur, quum una vox semper æquivaleat veluti quinque, sex et septem vocibus. Hæc forma adjectivi nominis non invenitur apud Oromones.

Alia species adjectivi invenitur in lingua amarica, minus quidem, sed satis usitata, quæ etiam invenitur apud Oromones, jàm supra notata, efformandi videlicet adjectivum per vocem ባለ ፡ (*dominus*) et apud Oromones *ÁBBA*, unitam substantivo cuicumque tanquam possesso. Verbi gratia :

1. ባለ ፡ ቤት ፡ . . . *ABBA MÂNA* . . . . Paterfamilias.
2. ባለ ፡ ምሽት ፡ . *ABBA WÁRRA* vel *NÎTI KÂBA*. Conjugatus.
3. ባላገር ፡ [1] . . . . *ABBA BÍA* [2] . . . . Proprietarius regionis.
4. ባለ ፡ መጻፍ ፡ . . *ABBA KITÂBA* . . . . Pro docto in libris [3].
5. ባለ ፡ መዳኒት ፡ . *ABBA KORÎCA* . . . . Empiricus [4].

[1] In lingua amarica hæc vox valde generica est, et dicitur de quacumque persona cujuscumque conditionis.

[2] *ABBA BÍA* in lingua oromonica ordinarie dicitur solum de persona honorata et auctoritatem habente in regione.

[3] Apud Oromones tanquam magus habetur quilibet litteratus, quia ipsi putant in libro omnia videri, præterita, præsentia, futura, et etiam intima secreta cordis.

[4] In Abyssinia medicus cognoscitur sub nomine ሀኪም ፡ ex arabica lingua desumpto, vel sub nomine ኣዋቂ ፡ amarico, in sensu satis normali. መዳኒት ፡ (*medicina*) apud Abyssinos et *KORÍCA* apud Oromones fere semper superstitiose accipiuntur. Quando mihi accidebat ut eis darem medicinam quæ gallice vulgo *sulfate de quinine* vocatur, in chartula inclusam, ipsi, medicina projecta, chartam collo suspendebant.

6. ባለጠጋ ፡[1].... *Sorêsa*............. Dives.
7. ባለ ፡ ፈረስ ፡.. *Ábba fárda*.......... Eques.
8. ባለ ፡ ቀሚስ ፡.. Inducula honoratus a principe Abyssino.
9. ባለ ፡ ገንዘብ ፡. *Ábba hôri*.......... Dominus æris.
10. ባለ ፡ እህል ፡.. *Ábba midàn*.......... Dives in frumento.
11. ባለ ፡ ላም ፡... *Ábba saà*.. .... Dives in armentis.
12. ባለ ፡ ጦር ፡... *Ábba dûla*.......... Dux militum[2].
13. ባላባት ፡..... Possessor patrimonii paterni vel juris cujuslibet[3].
14. ባለ ፡ ባል ፡.... Mulier conjugata[4].

Igitur quotiescumque agitur de re vel de qualitate ad personam aliquam pertinente, in lingua amarica poterit semper efformari hoc adjectivum, quod tenebit locum substantivi in discursu per reticentiam nominis personæ, vel pronominis ad eam respicientis. Abyssini sæpissime illo utuntur, etiam ad elegantiam discursus.

Non sic res se habet inter Oromones, apud quos adjectivum compositum voce *ábba* usitatum quidem est fere in omnibus casibus supradictis, sed solum in necessitate adjectivi efformandi, et nunquam vox *ábba* ad mulierem se

[1] Etymologia divitiarum in Abyssinia ex ጸጋ (*gratia*) venit. Verbum hoc sæpissime ጠጋ pronunciatur et scribitur. Divitiæ sunt gratiæ temporales in sensu eorum.

[2] In Abyssinia ባለ ፡ ጦር ፡ dicitur quicumque habet lanceam, sed nobiliter dux militiæ sic appellatur. *Abba dûla* apud Oromones dux militiæ solum est.

[3] Hoc nomen in sola Abyssinia in usu est; apud Oromones *durêsa* diceretur.

[4] Hoc adjectivum solum in Abyssinia in usu est, ubi ባላ ፡ significat hic *dominam*, et ባል ፡ significat *maritum*. Hæc duo nomina non sunt confundenda, licet iisdem fere litteris scribantur et per solam vocalem distinguantur.

extendit, excepto casu quo ex usu ipsa jus habeat masculine appellari, uti alibi dictum est.

Remaneret hic aliquid dicendum de adjectivis quæ fiunt per particulam relativam, uti *qui occidit*, የገደለ ።, KAN AGESÈ, pro *occisore; qui didicit*, የተማረ ።, KAN BARÈ, pro *docto;* hæ locutiones gerunt quidem vices adjectivi, sed vera adjectiva non sunt, ac potius propositiones adjectivæ dici deberent. Aliquando genitivus complementi latine verti potest per adjectivum, v. g. የወርቅ ፡ ቤት ።, MÂNA WÓRKIE, significant litteraliter *domus auri*, sed verti possunt *domus aurea.* Hæc omnia facile discuntur, quum non recedant a regulis linguarum nostrarum. De cætero sufficiat advertere hæc valde in usu esse tum in lingua amarica quum in oromonica.

CAPUT SECUNDUM.

DE DECLINATIONIBUS, CONSTRUCTIONE ET CONCORDIIS NOMINUM.

Declinatio stricte respicit solum variationes nominis relative ad numerum et casum; lato autem sensu quælibet variatio, quæ directe vel indirecte ad nomen pertinet, et in eo operatur, nomine declinationis vocari potest; ideo in hoc capite postquam de *numero* et *casu* tractaverimus, agemus de *genere*, de *articulo*, de *concordia* et de *constructione* totidem in articulis.

ARTICULUS PRIMUS.

DE NUMERO NOMINUM.

Circa numerum lingua amarica et lingua oromonica differunt a majori parte linguarum semiticarum; hæ enim ordinarie tres numeros habent, singularem, dualem et pluralem, sed illæ, magis in hoc ad linguas nostras accedentes, non habent nisi singularem et pluralem [1].

In lingua amarica nomina rerum habentium aliquam vitam et existentiam specificam habent in se terminatio-

[1] Lingua oromonica stricte pluralem non habet in nominibus, uti postea videbitur; lingua amarica habet quidem apud vulgus, sed in elegantiori stylo fere semper sine plurali terminatione nomina usurpari solent.

nem pluralem propriam; sed cetera, saltem ordinarie loquendo, in plurali non variant; v. gr.:

ላም ።	Vacca.	ላሞች ። [1]	Vaccæ [2].
በግ ።	Ovis.	በጎች ።	Oves.
ፈረስ ።	Equus.	ፈረሶች ።	Equi.
በቅሎ ።	Mulus.	አበቅሎቶች ።	Muli.
ሰው ።	Homo.	ሰዎች ።	Homines.
ቤት ።	Domus.	ቤቶች ።	Domus.

Non vero diceretur:

ተራራ ።	Mons.	ተራሮች ።	Montes.
ሜዳ ።	Planities.	ሜዶች ።	Planities.
ጋሻ ።	Scutum.	ጋሾች ።	Scuta.
ጨው ።	Sal.	ጨዎች ።	Sales.

Verum lingua oromonica terminationem pluralem non habet in nominibus cujuscumque generis, exceptis paucissimis sequentibus.

Arri	Asinus.	*Arrôta*	Asini.
Ola	Ovis.	*Olôta*	Oves.
Rè	Capra.	*Rôta*	Capræ.

[1] Hic posui terminationem numeri pluralis in *o* ች ። quia normalis est, et, etiamsi occurrat in aliquibus vocibus non esse usitatam, si adhiberetur semper intelligeretur. Adsunt tamen plures exceptiones, uti ድንግል ። (*virgo*), ደናግል ። (*virgines*); ቈንጆ ። (*filia*), ቈነጃጅት ። (*filiæ*); ዶሮ ። (*gallina*), ዶራርት ። (*gallinæ*), et sic de aliquibus aliis. Secundum opinionem perillustris D. Antonii d'Abbadie, terminatio quæ gallice *otch* vel oromonice. *oc* pronunciaretur, ac quæ amarice per ች adjunctam ultimæ radicali mutatæ in septimam designatur, articulus pluralis esset; ita ut nomina amarica pluralem non haberent, nisi ea tantum in hac nota relata, ut exceptiones.

[2] Non esset error dicere ብዙ ። በግ ። (*multæ* [litt. *ovis*] *oves*), ብዙ ። ላም ። (*multæ* [l. *vacca*] *vaccæ*), ብዙ ። ፈረስ ። (*multi* [l. *equus*]

Ignoro existentiam aliorum nominum habentium terminationem pluralem propriam in lingua oromonica, nisi quis velit ut talia considerare duo sequentia, quæ sunt potius nomina singularia collectiva:

Fárda	Equus.	*faradò* [1] ...	Mandra equorum, asinorum.
Sâa [2]	Vacca.	*lon*	Armentum.

In utraque lingua, quando nomina non habent suam propriam terminationem pluralem, hic numerus exprimi solet per additionem notæ numericæ vel particulæ quantitatis, aut, quod sæpius occurrit, per sequens verbum rectum a nomine ipso. In utraque lingua sint exempla in singulari simul et plurali.

Exempla amarica.

አንድ ፡ ከተማ ፡..	Una urbs.	ሁለት ፡ ከተማ ፡.	Duæ urbes.
አንድ ፡ ሰፈር ፡..	Unum agmen.	ሁለት ፡ ሰፈር ፡..	Duo agmina.
አእድ ፡ መስቀል ፡[3]	Una crux.	ብዙ ፡ መስቀል ፡.	Multæ cruces.
አንድ ፡ ቅዳሴ ፡..	Una missa.	ቅዳሴ ፡ ብዙ ፡...	Multæ missæ.
አንበሳ ፡ ታዩ ፡[4]..	(litt. *Leo visi sunt*) Leones visi sunt, apparuerunt.		
ጐራዴ ፡ ተገዙ ፡.	(litt. *Ensis empti sunt*) Enses empti sunt.		

equi), ብዙ ፡ ሰው ፡ (*multi* [l. *homo*] *homines*), quia, ut supra dixi, in stylo eleganti sine plurali usurpari nomina solent.

[1] *Faradò* pro mandra equorum, asinorum et mulorum, est solum in usu apud Oromones meridionales incipiendo ab Ennerea.

[2] *Sâa* in sensu obvio dicitur *vacca* sine lacte et vitulo, alioquin *amésa* diceretur. *Sâa* aliquando generice etiam accipitur pro *parvo armento*.

[3] Nomen crucis est infinitivus verbi ሰቀለ ፡ (*appendit*). Festum crucis solemniter celebratur ubique ab Abyssinis die 17 septembris eorum, dicti መስከረም ፡ amarice, et *agája* oromonice.

[4] አንበሳ ፡ habet pluralem አንበሶች ፡, tamen sæpissime sin-

Oromonica exempla.

Lâga tôko.	Flumen unum.	*Lâga lâma*.	Flumina duo.
Lènca tôko. . . .	Leo unus.	*Lènca lâma*. . . .	Leones duo.
Kerénsi tôko. . .	Leopardus unus.	*Kerénsi gà*. . . .	Leopardi sex.
Egérsa tôko . . .	Oliva una.	*Egérsa danù*. . .	Olivæ multæ.
Mêti tôko.	Palma una.	*Mêti bajè*[1]. . . .	Palmæ multæ.
Geldêsa dufè . .	Simia venit.	*Geldêsa dûfani* .	Simiæ venerunt.
Sarè éya.	Canis latrat.	*Sarè éyani*.	Canes latrarunt.

Observandum tandem quod circa numerum sæpissime quam maxima latitudo conspicitur etiam in lingua amarica, et in illis nominibus terminationem pluralem habentibus, ita ut indifferenter aliqua propositio pluralis in singulari exprimi soleat, sic ብዙ ፡ ሰው ፡ ሞቱ ፡, *nâma danù dūè* (*multi homines mortui sunt*), ubi voces ሰው ፡ ሞቱ ፡ in singulari pro ሰዎች ፡ ሞቱ posita sunt in amarico, et *dūè* pro *dūani* in oromonico.

ARTICULUS SECUNDUS.

DE DECLINATIONE NOMINUM PER CASUS.

In utraque lingua casus sunt sex, nempe nominativus,

gularis pro plurali ponitur. ታዩ ፡, passivum verbi አየ ፡ (*vidit*), sæpissime pro verbo *apparuerunt* accipitur, licet hoc ultimum verbum ዘለቁ ፡ amarice dici debeat.

[1] *Egérsa* et *mêti* traduxi per verba *oliva* et *palma*, sed hæ species, frequentissimæ in tota Æthiopia, silvestres sunt, et fructum inutilem producunt; ex hoc colligitur has et alias arbores fructiferas nostras, quas etiam illic silvestres conspexi in silvis, per solam industriam fructiferas fieri. *Mêti* pro *palma* non debet confundi cum *meéti* (*argentum*).

genitivus, dativus, accusativus, vocativus, et ablativus[1]. In modo autem construendi eos valde differt lingua amarica a lingua oromonica. Quapropter separatim de iis agendum in duplici paragrapho.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

DE CASIBUS LINGUÆ AMARICÆ.

In lingua amarica casus nominativus simplices radicales nominis dat absque ullo affixo vel suffixo cujuscumque generis. Casus vocativus, sicuti nominativus, radicalibus puris componitur, sed aliquando adjungit interjectionem ante vel post nomen. Accusativus solus habet suam characteristicam adformantem seu finalem. Ceteri tres casus per præformantes characteristicas litteras efformantur.

Litteræ characteristicæ præformantes sunt pro genitivo የ, pro dativo ለ, et pro ablativo ከ vel በ; quæ litteræ non sunt simpliciter signa casuum, sed præpositiones casum regentes, quod videbitur ubi de præpositionibus agendum erit. Characteristica finalis accusativi casus est ን; interjectiones autem pro casu vocativo sunt ያ ፡ et ሆይ ፡,

[1] Hæc distinctio casuum admitti debet ne analogia omnis destruatur cum linguis nostris, quæ ideam grammaticalem nobis subministrant. In lingua amarica sextuplex casus prædictus satis distinctus est per simplices præpositiones vel præformantes litteras, quamvis nomen stricte in se indeclinabile semper sit. In lingua oromonica e contra melius distinguerentur casus primario in regentem et in rectum; hic autem posterior, in accusativum simplicem, in transitivum, in motum, in derivativum, in instrumentalem, in causalem, in localem, et in indicativum, juxta regimen diversorum verborum vel præpositionum.

prior semper præcedens nomen, posterior semper illud sequens.

Quum autem nomina aliquando solitarie se exhibeant in declinatione, aliquando vero cum suis adjectivis vel pronominibus, de singulis speciatim exempla proponam.

EXEMPLUM PRIMUM.

Singularis.

ጌታ ፡ (nominativus) . . . . Dominus.
የጌታ ፡ (genitivus) . . . . Domini.
ለጌታ ፡ (dativus) . . . . Domino.
ጌታን ፡ (accusativus) . . . . Dominum.
ጌታ ፡ ሆይ ፡ [1] (vocativus) . . . . O domine.
ከጌታ ፡ *vel* በጌታ ፡ (ablativus) . . . . A domino, in domino.

Pluralis.

ጌቶች ፡ (nom.) . . . . Domini.
የጌቶች ፡ (gen.) . . . . Dominorum.
ለጌቶች ፡ (dat.) . . . . Dominis.
ጌቶችን ፡ (acc.) . . . . Dominos.
ጌቶች ፡ ሆይ ፡ (voc.) . . . . O domini.
ከጌቶች ፡ *vel* በጌቶች ፡ (abl.) . . . . A dominis *vel* in dominis.

EXEMPLUM SECUNDUM.

In hoc exemplo nomen cum suo adjectivo declinatur.

Singularis.

ቸር ፡ ጌታ ፡ [2] . . . . Bonus dominus.
የቸር ፡ ጌታ ፡ . . . . Boni domini.

[1] Poteram dicere simpliciter ጌታ ፡ (*domine*), uti in latino, vel etiam ያ ፡ ጌታ ፡ (*o domine*); differentia stat penes naturam vocativi. ሆይ ፡ pro admiratione dicitur; ያ ፡, pro exclamatione vel pro vocanda persona de longe; ጌታ ፡ est vocativus simplex.

[2] Pro bonitate generatim adest adjectivum መልካም ፡, sed quia,

ለቸር ፡ ጌታ ፡	Bono domino.
ቸር ፡ ጌታን ፡	Bonum dominum.
ያ ፡ ቸር ፡ ጌታ ፡	O bone domine.
ከቸር ፡ ጌታ ፡, በቸር ፡ ጌታ ፡	A bono domino, in bono domino.

Pluralis.

ቸር ፡ ጌቶች ፡	Boni domini.
የቸር ፡ ጌቶች ፡	Bonorum dominorum.
ለቸር ፡ ጌቶች ፡	Bonis dominis.
ቸር ፡ ጌቶችን ፡	Bonos dominos.
ያ ፡ ቸር ፡ ጌቶች ፡	O boni domini.
ከቸር፡ጌቶች፡, በቸር፡ጌቶች፡	A bonis dominis, in bonis dominis.

In allato secundo exemplo duo consideranda sunt, characteristicam nempe litteram unicam esse pro adjectivo et substantivo ejus, hancque nunquam suum locum cedere sive sit præformans sive sit adformans; deinde adjectivum fere semper præcedere suum substantivum in hac lingua, uti infra etiam videbitur evenire de declinatione nominis cum suo pronomine. Tandem observandum est in allato exemplo terminationem pluralem in solo substantivo inveniri.

EXEMPLUM TERTIUM.

In hoc exemplo nomen cum suo demonstrativo proximo declinatur.

Singularis.

ይህ ፡ ጌታ ፡ (nom.)	Hic dominus.
የዚህ ፡ ጌታ ፡ (gen.)	Hujus domini.
ለዚህ ፡ ጌታ ፡ (dat.)	Huic domino.

quum agitur de domino, bonitas prædicata supponitur bonitas cordis, quæ aliter *clementia,* aut *sollicitudo,* aut quid aliud simile diceretur, posui ቸር ፡ quod magis ad ista omnia significanda inclinat.

ይህንን ፡ ጌታ ፡ (acc.)........... Hunc dominum.
ከዚህ ፡ ጌታ ፡ *vel* በዚህ ፡ ጌታ ፡ (abl.). Ab hoc domino, in hoc domino.

Pro plurali nulla variatio adest extra terminationem consuetam post substantivum.

Pronomen demonstrativum non habet casum vocativum, uti clarum est.

Radicales pronominis demonstrativi proximi diversæ sunt in nominativo et in accusativo a tribus aliis casibus; quod evenire etiam videbitur in sequenti exemplo demonstrativi remoti.

EXEMPLUM QUARTUM.

In hoc nomen cum pronomine demonstrativo remoto declinatur.

ያ ፡ ጌታ ፡ (nom.)............... Ille dominus.
የዚያ ፡ ጌታ ፡ (gen.)............ Illius domini.
ለዚያ ፡ ጌታ ፡ (dat.)............ Illi domino.
ያንን ፡ ጌታ ፡[1] (acc.)........... Illum dominum.
ከዚያ ፡ ጌታ ፡—በዚያ ፡ ጌታ ፡ (abl.). Ab illo domino, in illo domino.

EXEMPLUM QUINTUM.

Pro possessivo primæ personæ singularis.

ጌታዬ ፡ (nom.)................ Dominus meus.
የጌታዬ ፡ (gen.)............... Domini mei.
ለጌታዬ ፡ (dat.)............... Domino meo.
ጌታዬን ፡ (acc.)............... Dominum meum.
ጌታዬ ፡ ሆይ ፡ (voc.)........... O domine mi.
ከጌታዬ ፡ — በጌታዬ ፡ (abl.)..... A domino meo, in domino meo.

[1] In accusativo duorum exemplorum cum demonstrativo, tum proximo quum remoto, finalis accusativi posita est post pronomen ያንን ፡ et non post suum substantivum ጌታ ፡, sed in utroque poni potest, et tunc dicitur : ያንን ፡ ጌታን ፡.

Pluralis.

ጌቶቼ ። (nom.)............... Domini mei.
የጌቶቼ ። (gen.)............... Dominorum meorum.
ለጌቶቼ ። (dat.)............. .. Dominis meis.
ጌቶቼን ። (acc.)............... Dominos meos.
ያ ፡ ጌቶቼ ። (voc.)............. O domini mei.
ከጌቶቼ ። — በጌቶቼ ። (abl.)..... A dominis meis, in dominis meis.

EXEMPLUM SEXTUM.

Pro possessivo secundæ et tertiæ personæ singularis.

ጌታህ ። (nom.)...	Dominus tuus.	ጌታው ።...	Dominus ejus.
የጌታህ ። (gen.)..	Domini tui.	የጌታው ። .	Domini ejus.
ለጌታህ ። (dat.)..	Domino tuo.	ለጌታው ። .	Domino ejus.
ጌታህን ። (acc.)..	Dominum tuum.	ጌታውን ። .	Dominum ejus.
ከጌታህ ። (abl.)..	A domino tuo.	ከጌታው ። .	A domino ejus.
በጌታህ ። (id.)...	In domino tuo.	በጌታው ። .	In domino ejus.

Pro plurali ጌቶችህ ። (*Domini tui*), ጌቶችው ። (*Domini ejus*), cætera omnia uti in singulari.

EXEMPLUM SEPTIMUM.

Pro possessivo primæ personæ pluralis.

ጌታችን ። (nom.).............. Dominus noster.
የጌታችን ። (gen.)............. Domini nostri.
ለጌታችን ። (dat.)............. Domino nostro.
ጌታችንን ። (acc.)............. Dominum nostrum.
ጌታችን ፡ ሆይ ። (voc.).......... O domine noster.
ከጌታችን ። — በጌታችን ። (abl.)... A domino nostro, in domino nostro.

Pro plurali[1] ጌቶቻችን ። (*Domini nostri*) dicitur qui-

[1] In numero plurali duplex littera ች requiritur, una characteristica numeri pluralis, et altera pronominis possessivi, et dici debet

dem, ceteræ characteristicæ sive initiales sive finales, uti in singulari perfecte remanent.

EXEMPLUM OCTAVUM.

Pro possessivo secundæ et tertiæ personæ pluralis.

ጌታችሁ ፡ (nom.). Dominus vester.	ጌታቸው ፡. Dominus eorum.
የጌታችሁ ፡ (gen.). Domini vestri.	የጌታቸው ፡ Domini eorum.
ለጌታችሁ ፡ (dat.). Domino vestro.	ለጌታቸው ፡ Domino eorum.
ጌታችሁን ፡ (acc.). Dominum vestrum.	ጌታቸውን ፡ Dominum eorum.
ከጌታችሁ ፡ (abl.). A domino vestro.	ከጌታቸው ፡ A domino eorum.
በጌታችሁ ፡ (id.). In domino vestro.	በጌታቸው ፡ In domino eorum.

Pro plurali sola variatio est in nominativo substantivi qui est ጌቶቻችሁ ፡ [1] (*domini vestri*) et ጌቶቻቸው ፡ (*domini eorum*), cætera ut in singulari.

Nunc, ut aliquid addam de natura casuum præfatorum, exceptis nominativo, qui regens ut plurimum est, et vocativo, qui neque rectus neque regens, ut per se patet, quique casus minime constructi dici debent, cæteri semper supponi debent recti a verbis vel præpositionibus sympathicis, perfecte uti in latino evenire solet[2].

In lingua amarica ordinarie verba casus diversos regunt,

ጌቶቻችን ፡, የጌቶቻችን ፡, ለጌቶቻችን ፡, et sic de aliis casibus. In casu accusativo duplex ን finalis etiam requiritur, una pro characteristica possessivi personalis, et altera pro accusativo signando, et dicitur ጌቶቻችንን ፡.

[1] Etiam hic pro plurali secundæ et tertiæ personæ duplex littera ች requiritur ut supra dictum est.

[2] Hoc dici potest ut salvetur analogia cum linguis nostris, ut alibi jam dixi. Circa accusativum motus, utrum accusativus vel alius casus dicendus sit stricte judicari non potest, quia finalem accusativi nor-

sicut et in lingua latina. Dixi *ordinarie*, quia omnes linguæ suas anomalias semper exhibere solent, quas necessario ex usu addiscere oportet.

PARAGRAPHUS SECUNDUS.

DE CASIBUS LINGUÆ OROMONICÆ.

Lingua oromonica recedit ab omnibus aliis linguis in suis casibus. Etenim, licet in hac lingua possint numerari sex casus juxta diversas circumstantias, quibus nomen aliquod regitur a nomine, verbo vel præpositione. attamen in nomine vel pronomine ipso, vix aliqua distinctio invenitur inter eos, ita ut duo tantum casus exstare dicerentur, regens nempe et rectus. Nam solus nominativus regens propria characteristica finali donatur; cæteri, non excluso nominativo ipso, quando non est regens, sæpissime confunderentur, nisi suo verbo regenti vel præpositioni uniantur in propositione completa [1].

malis non induit, sed per solam præpositionem ወደ ። (*ad*) distinguitur, v. g. ወደ ። ቤት ። ሔደ ። (*ad domum perrexit*); non vero diceretur ወደ ። ቤትን ። ሔደ ። eodem modo quo diceretur ከቤት ። መጣ ። (*e domo venit*) in ablativo; consequenter, si accusativus vel ablativus dicendus sit nemo judicare potest. Dicimus *accusativum*, quia præpositio ወደ ። eamdem naturam ac præpositio latina *ad* habet. Hoc stricte dici etiam potest de ceteris casibus rectis a verbis vel a præpositionibus, maxime de ablativo sive instrumentali, sive locali, sive derivato, quos ablativos appellamus per analogiam cum casibus ablativis nostris.

[1] Quod dictum est, in adnotatione præcedenti, de accusativo motus et de ablativo linguæ amaricæ, a fortiori dicendum esset hic de fere omnibus casibus rectis aut obliquis linguæ oromonicæ. Hæc lingua

Ordo igitur exemplorum, quem secutus sum in lingua amarica, hic mihi omnino impossibilis est pro lingua oromonica, pro qua cogor dividere materias in tot quæstiones quot sunt casus, et eos cum omnibus suis variationibus explicare, nec non suis exemplis roborare.

QUÆSTIO PRIMA.

DE CASU NOMINATIVO.

In linguá oromonica casus nominativus duplex est, unus *regens* videlicet, et alter qui *indifferens* dici potest. Primus induit post radicales suas litteram N tanquam consonantem finalem, quotiescumque ultima vocalis radicalis est, uti *Wakájon* (*Deus*), *góftan* (*dominus*), *wakûman* (*divinitas*), *namûman* (*humanitas*). Si vero ultima vocalis radicalis non sit et elidi possit, tunc, ipsa elisa, *ni* additur post radicales, uti *náma* (*homo*), quando regens est, *námni*, et *jáda* (*cogitatio, voluntas*) *jádni* faciunt; hoc evenire solet quando prima syllaba valde longa est, et veluti duabus vocalibus æquivalens. Si casu ultima radicalis sit N, tunc reduplicatur, uti *mána* (*domus*) *mánni*. Sed omnes hi casus rari sunt, et veluti exceptiones dici debent legis generalis supra allatæ. Præter istas adsunt insuper aliquæ aliæ exceptiones minus tamen frequentes :

non solum caret finalibus pro distinctione casuum obliquorum, sed caret etiam litteris præfixis; ac ideo nomina indeclinabilia videntur, et solum per diversam naturam verborum aut præpositionum, quæ per analogiam cum linguis nostris diversum casum regunt, diversos casus in iis invenimus; per se differentia fere nulla est, uti in sequentibus exemplis demonstrabitur.

sic *HÂḌA* (*mater*) in nominativo mutat *ḌA* in *TI* et fit *HÂTI*, sic etiam nominativus *BÍA* (*regio*) est *BÍTI*, mutando *A* in *TI*. Pariter *LÁGA* (*flumen*) facit *LÁGDI*; *ḌÍBBA* (*centum*), *ḌÍBBI*.

Quotiescumque nomen aliquod in eodem casu nominativo, vel non est immediate regens verbum, vel uti tale non se exhibet, vel tanquam prædicatum propositionis est, vel etiam separatim nominari debet, tunc in suis radicalibus simpliciter pronunciari debet sine ullo additamento, uti in accusativo recto a verbo activo, et in vocativo evenire postea ostendam. Utriusque nominativi, *regentis* nempe et non regentis, exempla comparativa proponam.

WAKAJÓNKÈ ÁNA (*reg.*)	Deus tuus ego sum.
ANI WAKÁJOKÈTI (*non reg.*)	Ego Deus tuus sum.
WÁKTU BÈKA[1] (*reg.*)	Deus scit.
HÍNNI WAKÁJO (*non reg.*)	Ipse Deus.
ANI MALÈ WÀK ẸNG̣IRÒ (*reg.*)	Extra me Deus non adest.
KAN ḌÛGA G̣IRÒ WAKÁJO (*non reg.*)	Qui verus adest Deus.

In his exemplis sex vicibus invenitur nomen Dei, in primo exemplo *WAKÁJON*, quia regens verbum suppositum; in secundo *WAKÁJO* invenitur quia regens est *ÁNI*; in tertio *WÁKTU* quia regens, non vero in quarto, ubi *HINNI* regit; in quinto *WÀK* pariter regens[2], non vero in sexto, ubi regensest pa rticula relativa *KAN*.

[1] Nomen Dei sub triplici modo tanquam regens invenitur. *WAKÁJON* est sub forma communi aliorum nominum regentium; *WÁKTU* pro emphasi utuntur Oromones solum in juramentis, vel in imprecationibus et conjurationibus, vel etiam gravibus interjectionibus. *WÀK* simpliciter adhibetur ante aliqua verba solummodo.

[2] *WÀK*, ni fallor, sunt radicales nominis Dei primitivæ, quibus

QUÆSTIO SECUNDA.

DE CASU GENITIVO.

Casus genitivus pariter duplex est, unus *complementi* dictus, qui ordinatur ad complendum et determinandum antecedens substantivum, et alter *prædicatorius*, qui affirmat aliquid de subjecto in genitivo posito.

Genitivus complementi efformatur per sequelam genitivi relative ad substantivum cujus est complementum, sine ulla omnino additione; hic solus dici potest genitivus normalis, v. g.

1. *Mâna Pétros*............... Domus Petri.
2. *Ajána Giórgis*[1]............. Festum S. Georgii.
3. *Gavà Asándabo*[2]............. Mercatus Assandabi.
4. *Dâdi waîni*................ Vinum vitis.
5. *Buḍḍéná kámadi*............. Panis frumenti.
6. *Abba Jákob*................ Pater Jacobi.
7. *Amérti wórkie, meéti*[3]........ Annulus aureus, argenteus.

tractu temporis additæ sunt *ajo*, quæ videtur interjectio facta radicalis ex habitu. Quædam juramenta primitiva nec non verba conservant nomen Dei sub radicalibus primitivis.

[1] *Ajána* significat festum simul et larem, seu deum aut spiritum protectorem, non solum domus, sed etiam hominis in particulari aut regionis, fere eodem sensu quo, Ecclesia docente, angeli custodes hominum et regionum esse creduntur. Oromones celebrant festum S. Georgii in die 23 cujuslibet mensis; sed quis sit S. Georgius nesciunt, putant eum quemdam spiritum esse.

[2] *Asándabo* est nomen regionis in *Gudrù*, prope Nilum et Gogiam, ubi fit maximus mercatus, et quo conveniunt Abyssini et Arabes.

[3] Hic habetur exemplum genitivi complementi pro adjectivo ef-

Genitivus prædicatorius fit per particulam *kan* (*qui*, *quæ*, *quod*), præcedentem nomen, et *ti* nomini affixum; hic magis dicendus est propositio quam simplex casus genitivus, quia *kan* tenet locum substantivi regentis, *ti* est verbum auxiliare prædicatorium tenens locum copulæ, et genitivus veluti prædicatum propositionis, v. g.

1. *Isa kan Romátti*............. Ille qui ex Roma est.
2. *Isa kan Petrosítti*........... Ille qui Petri est.
3. *Kiési Lagamarátti*........... Sacerdos ex Lagamara est.
4. *Kan Lagamarátti*............ Qui ex Lagamara est.
5. *Kan workítti*.............. Quod ex auro est (pro *aureo*).

In primo et secundo exemplo posui *ísa*, quod tenet locum substantivi semper suppositi ante particulam *kan*; in tertio posui substantivum absque particula *kan* ad significandum fieri posse absque ea; in quarto et quinto adest sola particula *kan*, quæ tenet locum substantivi; ideo radicitus hic genitivus idem est ac præcedens, addito verbo auxiliari *ti*[1]. Ut autem differentia inter utrumque genitivum magis pateat, quando historice occurrit sermo de domo aliqua, ut distinguatur ab alia Oromones utuntur

formando, qui valde communis est. Dicere debuissem : *annulus auri, argenti,* vel rectius, in lingua latina, *ex auro, ex argento.*

[1] Qui leviter et transitorie audit linguam oromonicam et eam discit, primo intuitu videtur ei hunc genitivum esse normalem. Inveni etiam personas quæ hoc sustinebant. Ad hoc præjudicium destruendum posui hic distinctionem genitivi complementi et prædicatorii cum utriusque exemplis, ex quibus quisquis de quæstione hac judicare poterit.

genitivo normali dicendo : *MÂNA PÉTROS* (*domus Petri*); si vero aliquis interrogetur de eadem domo cujus sit, tunc necessario respondere debet : *KAN PETROSÍTTI*, vel saltem *PETROSÍTTI*.

QUÆSTIO TERTIA.

DE CASU DATIVO.

Dativus casus sic dictus quia regitur præcipue a verbo *dare*, quamvis a multis aliis etiam regatur. In lingua oromonica triplex dativus conspicitur : primus, qui induit *F* finalem, indicantem notionem destinationis, finis, aut intentionis subjecti agentis et regentis verbum[1]; secundus, qui accipit *DAF* post radicales, significans simul notionem donationis et intentionis ejusdem[2]; tertius tandem induit *TI* in fine, sicuti faciunt accusativus motus, et ablativus[3]. Omnium istorum dativorum distincta sint exempla.

1. *WAKÁJOF GEDÊTI DISÈ*[4]. . . . . (Deo dicens, *i.e.*) propter Deum condonavit.

[1] Quod hic dativus, finali *F* signatus, respiciat potius destinationem a subjecto agente intentam, natura ipsa hujus litteræ indicare mihi videtur; hæc enim, uti diximus de verbis, sicuti littera ለ in amarico, aliquando valet *quia, per, propter*.

[2] Hic casus dativus minus frequens est : comprehendit antecedentem et ei aliquid addere videtur; hic pronomine primæ personæ affixus nunquam invenitur.

[3] Propter hoc videtur hic dativus ordinatus ad exprimendam ideam transitus de loco ad locum.

[4] Hæc phrasis in latinum proprium traducta valeret *pro Deo*, vel

2. *Sif jadáḍḍu* (*tibi cogita*)........ Cogita de te[1].
3. *Petrosidàf kaêra*............. Petro præparavi[2].
4. *Paulosidàf lâḍa*............. Paulo donabo.
5. *Kiesítti kennêra*............. Sacerdoti dedi[3].
6. *Nátti himêra*............. Mihi locutus est.
7. *Nuf káḍḍa* (*nobis orate*)........ Pro nobis orate.

Primum, secundum et septimum exemplum ad primam speciem dativi pertinent; tertium et quartum, ad secundam; quintum et sextum, ad tertiam. Notavi has diversas species dativi, ut studiosus aliquo modo dirigatur in iis efformandis; fateor tamen sæpissime unam pro alia indiscriminatim audiri.

QUÆSTIO QUARTA.

DE CASU ACCUSATIVO.

Duplex est casus accusativus in lingua oromonica, unus normalis, qui regitur a verbo activo, et alter qui dicitur accusativus motus. Primus puris radicalibus nominis componitur, et solum declaratur ab ipso verbo activo regente,

propter Deum dimisit. Ideo vere hic quæstio est de fine et intentione expressa per finalem *f* et verbum *ḳedéti* in participio, nec sufficienter exprimeretur per alium dativum, v. g. dicendo : *Wakajótti.*

[1] Verbum latinum *cogitare* non regit dativum, hunc casum vero regit verbum italicum *pensare,* quod magis oromonico convenit. Etiam hic casus dativus male exprimeretur per *ti* finalem.

[2] Casus dativus in his duobus exemplis expressus videtur continere etiam ideam largitatis et liberalitatis, expressam per duo verba.

[3] Hæc duo exempla in præterito perfecto posita sunt, quia hoc dativi genus frequentius est cum hoc tempore.

quod accusativum suum semper sequitur[1]; secundus vero potest regi vel a solo verbo ideam motus habente, vel a præpositione *Gára* (*ad*), vel ab utroque simul, sed hic semper constructus est per affixum *ti*.

Utriusque accusativi sint exempla :

1. *Wakájon nâma humè*..........	Deus hominem creavit.
2. *Námni Wakájo ságada*.........	Homo Deum adorat.
3. *Gíni nu ípsa*................	Luna nos illuminat.
4. *Nui gía égna*..............	Nos lunam attendimus.
5. *Imáltun kára órdofa*	Viator viam sequitur.
6. *Káran imáltu gêsa*...........	Via viatorem conducit.
7. *Pétros fon ñádda*	Petrus carnem manducat.
8. *Ani koríca dûga*.............	Ego medicinam bibam.

Exempla accusativi motus.

1. *Mâna Petrosítti dâki*.........	Ad domum Petri vade.
2. *Manátti gâli*................	Domum ingredere.
3. *Gára gavátti*................	Mercatum versus.
4. *Gára gawítti dákani*[2].........	Ad serpentem perrexerunt.
5. *Lon mogátti fudátani*[3]	Gregem ad solitudinem duxerunt.

[1] Quia in linguis nostris idea motus accusativum casum postulat, hanc secundam speciem accusativi supponimus quidem, sed reapse ab ablativo non distinguitur nisi per verbum aut præpositionem; de hoc videantur præcedentes adnotationes initio hujus paragraphi.

[2] *Gáwi* dicitur serpens fabulosus et mythologicus qui supponitur existere in antris, speluncis, arboribus, silvis et similibus locis, ad quæ Oromones tanquam ad sanctuaria pergere solent religionis causa, et ibi sacrificant victimas, vel oblationes panis, mellis, butyri, cervisiæ et similium, faciunt ad sanitatem et alia obtinenda.

[3] *Mogà* dicuntur campi inculti inter duas respublicas, ubi pugnare solent tempore belli. In tempore pacis sunt pascua publica, in quibus

6. *Gángu horátti*[1] *fudatè*. . . . . Mulum ad aquas minerales conduxit.
7. *Mûka murútti kâanni*[2]. . . . . Ad ligna cædenda surrexerunt.

QUÆSTIO QUINTA.

DE CASU VOCATIVO.

Casus vocativus præ omnibus simplex est; is, uti apud nos, ordinarie et in suo statu normali puris radicalibus exprimitur. Dixi *in statu normali*, quia sæpissime interjectiones addi solent vocativo casui, de quibus separatim suo loco agendum erit. Nunc vero exempla aliqua de simplici vocativo normali exponam alicui verbo unita.

1. *Pétros, kóttu, dâki*. . . . . Petre, veni, vade.
2. *Ugóli, kâa, asâa*. . . . . Pueri[3], surgite, ludite.
3. *Elmakò, nátti hîmi* . . . . Fili mi, dic mihi.
4. *Gúrba*[4], *mal gódta?*. . . . . Juvenis, quid facis?

quilibet gregem suum pascere potest; tempore belli legiones militum alterna vice greges custodiunt. Sæpissime bellum incipit a custodibus gregum.

[1] *Hóra* dicitur *fons aquæ mineralis*. Hujusmodi fontes frequentissimi sunt apud Oromones, et singulis mensibus greges ad eos fontes adaquandi ducuntur, quia, quum in his regionibus animalia toto anno herbam virentem manducant, morbis vermium afficiuntur, et illis aquis mineralibus curari solent.

[2] *Mûru* (*cædere*) in modo infinitivo, suo accusativo unitum, hic tanquam nomen usurpatur affixumque *ti* recipit ad indicandum accusativum motus.

[3] Traduxi vocem *ugóli* per vocem *pueri*, sed persona respectabilis poterit sic appellare etiam adultos proprios domesticos. Hæc vox desumit suam etymologiam ab *hugì* (*opus*).

[4] *Gúrba* dicitur a superiore etiam *juvenis adultus*, ordinarie significat *puer*, sed in casu vocativo, raro in aliis casibus.

5. *Antala*[1], *ésa dákta?*	Filia, quo vadis?
6. *Obolêsakò*[2], *mâlif?*	Frater mi, quare?
7. *Obbo*[3], *mal gédtu?*	Domine, quid dicitis[4]?
8. *Obolêtikò*[5], *ádera*	Soror mea, quæso.
9. *Hâdakò*[6], *na dîsa*	Mater mea, permitte mihi.
10. *Abbakò, na ararêma*[7]	Pater mi, ignosce mihi.
11. *Sóddakò*[8], *endâkin*	Cognate mi, ne vadas.
12. *Fîrakò*[9], *enkáin*	Consobrine mi, ne discedas.
13. *Mîcukò, ñáddu*	Amice mi, manduca.
14. *Wasíllakò*[10], *na gargára*	Patrue mi, adjuva me.
15. *Esúmakò*[11], *na gêsà*	Avuncule mi, dirige me.

[1] *Antala* ordinarie est filia nubilis, sed a superiore sic vocatur etiam aliquando mulier quæcumque.

[2] *Obolêsa* dicitur *frater,* sed in vocativo quicumque æqualis.

[3] *Obbo* est titulus honoris pro persona respectabili quacumque, sed in vocativo solum; in aliis casibus filius quasi antonomastice sic de patre suo loquitur.

[4] Dicitur *gédtu* in plurali, et non *gédta* in singulari ad honorem.

[5] *Obolêti* (*soror*) appellatur quæcumque mulier æqualis conditionis.

[6] *Hâda* (*mater*) dicitur etiam quæcumque mulier ætatis superioris ad honorem.

[7] *Abba* dicitur ad honorem quæcumque persona ætate provectior.

[8] *Sódda* dicitur quicumque affinis vel consanguineus uxoris vel mariti apud utrasque cognationes.

[9] *Fîra* est vox generica pro quacumque cognatione vel consanguinitate.

[10] Hoc nomine appellatur non solum frater patris, sed frater avi, abavi et quilibet masculus lineæ lateralis ascendentis, quia femina diceretur *gája*, etiam ex parte matris.

[11] Sic appellatur frater matris, et quilibet lineæ ascendentis ut supra.

16. *Góftakò*[1], *na kénna* .... Domine mi, da mihi.
17. *Gíftikò*[2], *na górsa* .... Domina mea, consule me.
18. *Túrrukò*[3], *si gálla* .... Care (jecur) mi, te amo.

Volui hic ponere vocativum casum cum pronomine possessivo primæ personæ, quia, quando casus vocativus normalis sine interjectione pronunciatur, fere semper cum dicto pronomine est.

QUÆSTIO SEXTA.

DE CASU ABLATIVO.

Ablativus casus fere semper idem est quoad finalem ejus *ti*, uti jam supra notavi; quum tamen hæc non sufficiat ad illum exprimendum et distinguendum ab aliis casibus absque regentia, quæ multiplex est, ideo multiplex dicendus est ablativus, associationis videlicet, derivationis, instrumenti, loci, et absoluti.

Ablativus associationis est ille qui duorum substantivorum concurrentiam, associationem, vel compositionem importat. Perfecte idem est, tum in lingua[4] amarica quum in oromonica, cum sola differentia quod in prima abla-

[1] Sic appellatur dominus quicumque. Si ageretur de principe, tunc potius *góita* diceretur.

[2] *Gífti* est femininum. *Gófta* per antonomasiam dicitur de beata V. Maria.

[3] Hæc vox, valde communis apud Oromones meridionales, est adjectivum respondens nostro *carus*, vel *carior me mihi* Ovidii; in sensu litterali *turrò* valet *jecur*.

[4] Hic addo ablativo oromonico etiam amaricum, quia etiam in hac lingua hic ablativus specialis invenitur.

tivo normali addit particulam ጋራ ፡ (*cum*, *simul*)[1]; dum in lingua oromonica efformatur sola particula *wag̣ìn* (*simul*, *cum*) exuendo affixum *ti*, v. g.

ከንግዜር ፡ ጋራ ፡[2]	*Wakájo wag̣ìn* . .	Cum auxilio Dei.
ከንተ ፡ ጋራ ፡	*Si wag̣ìn*.	Tecum.
ከኔ ፡ ጋራ ፡	*Na wag̣ìn*	Mecum.
ከኛ ፡ ጋራ ፡	*Nu wag̣ìn*	Nobiscum.
ከናንተ ፡ ጋራ ፡	*Isini wag̣ìn*	Vobiscum.
ከርሳቸው ፡ ጋራ ፡	*Isani wag̣ìn* :. . .	Simul cum eis.
ከርሱ ፡ ጋራ ፡	*Isa wag̣ìn*	Simul cum eo.
ባንድ ፡ ንሔዳለን ፡	*Wag̣ìn adémna* . .	Simul pergemus.
ባንድ ፡ ንተኛለን ፡	*Wag̣ìn cífna* . . .	Simul dormiemus.
ባንድ ፡ ንበላለን ፡	*Wag̣ìn ñádna* . . .	Simul manducabimus.

Septem priora exempla cum nomine vel pronomine efformata sunt, tria posteriora cum verbo. In omnibus his lingua oromonica retinet particulam *wag̣in*, dum lingua amarica in tribus posterioribus, loco ጋራ ፡, ባንድ ፡ (*in unum*) habet. In utraque lingua nomen subintelligitur.

Ablativus derivationis pro lingua amarica satis regulariter exprimitur per præpositionem ከ uti in declinationibus suo loco dictum est. Pro lingua oromonica autem observandum quod exprimi potest dupliciter, vel per particulam *késa* (*ex-intra*) quando quæstio est de virtute vel de re a

[1] ጋራ ፡ amarice, et *wag̣ìn* oromonice dicendæ essent præpositiones ablativæ; sed quia semper nomen sequuntur, ne contra usum vocarem eas postpositiones, vocavi eas particulas.

[2] In utraque lingua hæc phrasis valde in usu est apud illos populos, qui passim ea utuntur in discursu familiari, et valet : *si Deus voluerit*, vel *cum auxilio Dei*.

subjecto aliquo derivata, vel per consuetum affixum *ti* in aliis casibus. Utriusque sint exempla sequentia :

1. *Dawìt kêsa dalatè*[1]....... Ex David natus est.
2. *Samái kêsa baè*[2].......... E cœlo exivit.
3. *Bísan kêsa baè*.......... Ex aqua exivit.
4. *Ibídda kêsa baè*.......... Ex igne exivit.
5. *Fîra* vel *firôma kêsa baè*.... Ex cognatis, *vel* cognatione exivit.
6. *Romátti dufè*............ Ex Roma venit.
7. *Hárkakótti baè*.......... Ex manibus meis exivit.
8. *Kalkalátti baè*[3]......... E sacco exivit.

Hi duo modi exprimendi ablativum derivationis habent in hac lingua aliquam diversitatem, ut supra notavi; sed non esset error, si unus pro alio usurparetur.

Ablativus instrumenti vel *medii cum quo* exprimi solet per solum affixum *ti* consuetum, et per solum verbum a quo regitur distingui potest, v. g.

Ango Wakajótti baè[4]......... Virtute Dei liberatus fuit.

[1] *Dawìt* dicitur etiam *breviarium* vel *psalterium;* hoc verbum desumptum est ex amarico.

[2] *Samái* pro cœlo est vox propria fere omnium linguarum semiticarum. Oromones hanc recenter didicerunt ex Abyssinis; ipsi vocant cœlum *gurrâca* (*nigrum*) ex colore, vel *Wakájo,* confundendo cœlum cum ipso Deo.

[3] *Kálkala* est saccus e pelle caprina factus, seu uter, quæ multis usibus inservit; sic, v. g. in pelle caprina, *Kàlkala* dicta, sales, qui loco pecuniæ aureæ vel argenteæ in usu sunt, portantur. *Kálkala* latine *marsupium* verti etiam potest.

[4] *Baè* significat *exivit,* sed quando quæstio est de aliquo periculo vel crisi quacumque, significat etiam *liberari*, *triumphare* et similia.

Horítti[1] *bitêra*	Pecunia emi.
Ebótti agesêra	Lancea occidi.
Dâku[2] *kamadítti*.	Cum farina frumenti.
Hárka tumtútti[3] *tolfamè*.	Manibus artificis fabrefacta est.
Hadútti[4] *muramè*	Novacula recisus est.

Ablativus localis etiam, uti præcedens, duplici modo exprimitur. Quando agitur de re abscondita in aliquo loco et invisibili, nunquam per affixum *ti* exprimitur, sed per postpositionem *kêsa* (*in, intra*); e contra, quando agitur de re visibili in aliquo loco, ablativus loci per affixum *ti* exprimitur. V. g.

Kurbána kêsa Góitan ġirà	In eucharistia Dominus adest.
Lâfa kêsà hôri doxè	In terra pecuniam abscondit.
Bisàn kêsa kúrtumin tâa	In aqua pisces morantur.
Mâna kêsa úfi doxè.	In domo se abscondit.
Amêsi manátti ġírte	Vacca lactens in domo adest.
Lafarátti hínni cîsa	Super terra ipse dormit.
Sirè ġalátti[5] *ġirà*.	Sub lecto invenitur.

[1] *Hôri* (*pecunia*) est vox generica pro *ære,* vel re quacumque pretio æstimabili. Dicitur speciatim de grege animalium.

[2] *Dâku* cum prima syllaba longa significat *farina;* cum prima syllaba breviori significat *natatio;* cum prima syllaba longa veluti duabus vocalibus æquivalenti significat *discessus* e loco.

[3] *Túmtu* (*artifex*): stricte sic appellatur solum artifex qui in arte sua percutiendo rumorem facit uti faber ferrarius, lignarius, et etiam textor telæ, non vero sutor.

[4] *Hadò* (*novacula*) non debet confundi cum *ádu* (*sol urens*). Hic *hadútti* dictum est (*cum novacula*), *ti* affixo immediate substantivo, dum in duobus præcedentibus exemplis, non substantivo, sed genitivo ejus affixum est, quia sic vult ratio linguæ.

[5] In hoc et in præcedenti exemplo affixum *ti* post particulam

In allato primo exemplo, quia de re invisibili agitur, uti est Christus in eucharistia, male diceretur *kurbanátti girà*, sed *kurbána kêsa* [1] necessario dicendum est. Quæ ratio militat etiam pro tribus sequentibus exemplis. E contra, in posterioribus tribus exemplis, *kêsa* male sonaret; et per *ti* finalem ablativum localem necessario exprimere oportet. Dicendum tamen quod aliquando ablativus localis sine ullo additamento exprimitur; v. g. quando quis interrogatur ubi sit aliquis, hic tum in amarico quum in oromonico idiomate respondebit : ቤት ፡ አለ ፡, *mâna girà* (*domi est*); sed hoc in casu solum accidit.

Fere idem dicendum de ablativo temporis. Quando quæstio est de spatio temporis designando, tunc ablativus per postpositionem *kêsa* exprimi solet; si vero quæstio sit de uno tempore ad differentiam alterius, tunc per affixum *ti* exprimi solet. v. g.

Gûja [2] *kêsa kóttu*	Intra diem veni.
Halkàn kêsa atâu	Intra noctem sit.
Gujátti barsífta	In die docebis.
Halkanítti ráfta [3]	In nocte dormies.

irrà substantivo affixam et *gála* non affixam positum est, quia etiam sic postulat lingua. *Irrà* (*supra*) sæpe affigitur substantivo et tunc elidi solet prima vocalis, nunquam vero *gála* (*sub*) affixum fit.

[1] *Kurbána* est vox amarica, quæ usurpatur pro eucharistia ut sacramentum non ut sacrificium.

[2] *Gûja* dicitur pro *die* ad differentiam noctis, non pro spatio viginti quatuor horarum, quod dicitur *búlti;* pro die dicitur etiam aliquando *adù* (*sol*).

[3] Sæpe verbum *ráfa* (*dormit*) confunditur cum *císa* (*se sternit in*

In prioribus duobus exemplis quæstio est de spatio diei et de spatio noctis; in duobus posterioribus vero sermo est de diversitate temporis impendendi pro schola vel pro somno.

Tandem, ut aliquid dicamus de ablativo absoluto, hic semper fit per participium uti apud Latinos, sed cum hac differentia, quod latine tam nomen substantivum quam participium in ablativo absoluto semper sunt, e contra, tum in lingua amarica quum in oromonica, verbum in participio nomen regit, v. g. *ipso occiso* amarice **እርሱን ፡ ገድሎ ፡** et oromonice ÍSA AGESÊTI dicitur, et ablativus solus in participio est.

APPENDIX.

DE ABLATIVO ADJURATORIO[1].

Præter supradictos casus ablativos adest insuper in lingua amarica ablativus adjuratorius per Deum, vel per sanctos, vel per Deum regis, v. g.

በእግዚር ፡[2] *vel* **ባምላክ ፡** . . . . . Per Dominum, per Deum.
በማርያም ፡[3] . . . . Per beatam Virginem Mariam.

lecto), uti etiam apud nos sæpe contingit; sed licet aliquando illic etiam unum pro alio accipiatur, prius tamen pro *dormire* est, et posterius pro *sternere se*.

[1] Ablativus de quo hic valde in usu est in Abyssinia, et fere incognitus apud Oromones, maxime in regionibus liberis.

[2] **እግዚር ፡** pro Domino, **አምላክ ፡** pro Deo magis stricte diceretur in lingua æthiopica sacra; in amarico indiscriminatim accipiuntur. Prius cognitum est ubique in sua radice EGZI.

[3] Usus adjurandi per Virginem Mariam ita prævaluit, ut in cir-

በሚካኤል ፡ . . . . Per sanctum Michaelem.
በጊዮርጊስ ፡ . . . . Per sanctum Georgium.
በንጉሥ ፡ አምላክ ፡ . . . . Per deum regis [1].
በጌታችን ፡ አምላክ ፡ . . . . Per deum domini nostri.
በሥላሴ ፡ [2] . . . . Per sanctam Trinitatem.
በመድኃኔ ፡ ዐለም ፡ . . . . Per salvatorem mundi.
በሞቴ ፡ [3] . . . . Per mortem meam.

ARTICULUS TERTIUS.

DE GENERE NOMINUM.

Circa genus nominum pro utraque lingua hæc lex generalis præmittenda est : in nominibus cujuscumque speciei, nullum signum, nulla characteristica finalis apparet in nomine ipso; sed genus diversum, vel per articulum, vel per pronomen, vel per sequens verbum, semper exprimitur. De singulis exempla hic sint, prius amarice, postea oromonice.

culis popularibus veluti cærimonia ordinaria evaserit. Adveniente aliquo in circulo, omnes assurgere solent, et noviter ingressus adjurare solet fere semper per B. V. Mariam, raro per Deum, vel sanctos, ut sedeant.

[1] Adjuratio per deum regis vel proprii domini videtur supponere in Abyssinia aliquam ideam polytheismi, quasi deus regis sit alter a deo aliorum; sed forsitan dicendum est hunc usum ante fidei christianæ prædicationem invaluisse.

[2] ሥላሴ ፡ pro *Trinitate* derivatur a lingua æthiopica sacra uti generatim omnia nomina liturgica.

[3] Usus adjurandi per propriam mortem non debet confundi cum juramento per mortem propriam, quia hoc diceretur እኔ ፡ ልሞት ፡ vel simpliciter ልሞት ፡, de quo ubi de juramentis.

1° Genus per articulum expressum. — Exempla amarica.

ፈረስ ፡	. . . . Equus.	ፈረሱ ፡	. . . . Ille[1] equus.	ፈረሲቱ ፡	. . Illa equa.
በቅሎ ፡	. . Mulus.	በቅሎው ፡	. Ille mulus.	በቅሎይቱ ፡	Illa mula.
በግ ፡[2]	. . . . Ovis.	በጉ ፡	. . . . . (*L.* Ille ovis) aries.	በጊቱ ፡	. . . . Illa ovis.

Exempla oromonica.

GARBÍCA	Ille servus.	*GARBÍTTI*	Illa serva.
NAMTÍCA. . . .	Ille homo.	*DUBERTÍTTI*.	Illa mulier.
GOGAMÍCA[3]. .	Ille Gogiamensis.	*GOGAMTÍTTI*.	Illa Gogiamensis.
SIDAMTÍCA[4] .	Ille Kafanus.	*SIDAMTÍTTI*.	Illa Kafana.

2° Genus per pronomen expressum.

ይህ ፡ ፈረስ ፡	Hic equus.	ይቺ ፡ ፈረስ ፡.	Hæc equa.
ያ ፡ ውሻ ፡.	Ille canis.	ያቺ ፡ ውሻ ፡.	Illa catella.

Nota bene. Observandum solum pronomen possessivum tertiæ personæ in lingua oromonica diversum genus ha-

[1] Lingua latina non habet articulum; hac de causa per pronomen illum hic expressi, quia articulus in linguis a latina derivatis a pronomine demonstrativo remoto derivatus est.

[2] በግ ፡ est de genere communi, licet, si agatur de masculo, dicitur communius ኣውራ ፡ በግ ፡ (ad litt. *masculus ovis*, i. e. *aries*), et, si de hirco, ኣውራ ፡ ፍየል ፡ (*masculus caper*, i. e. *hircus*); ፍየል ፡ (*caper*) est etiam de genere communi, uti sunt fere omnia nomina hujusmodi.

[3] Apud Oromones *GÓGAM* dicitur quicumque ex septentrione venit, sive sit Abyssinus, sive Arabs, sive Romanus, sive etiam Græcus.

[4] *SIDÁMA* dicitur quicumque extraneus ex Kafa, Kullo, Góbo, Wallamo, et similibus regionibus proveniens. Apud Oromones in despectum dicitur *SIDÁMA* quicumque christianus, et quodam sensu aliquando apud eos *SIDÁMA* valet etiam mancipium.

bere. Hoc vero pronomen sive in lingua oromonica sive in amarica indicat tantum genus subjecti possidentis, non vero subjecti possessi. V. g. :

ምሽቱ ፡ [1]..	Uxor ejus.	ባሉ ፡.....	Maritus ejus.
Abbasà..	Pater ejus (*scilicet* filii).	*Abbasì*. .	Pater ejus (filiæ).
Fardasà.	Equus ejus (viri).	*Fardasì*.	Equus ejus (feminæ).

3° Genus per verbum expressum.

Amarice in secunda et tertia persona singularis solum per verbum genus indicatur; oromonice vero in sola tertia singularis, uti de verbis dictum fuit.

Exempla amarica.

ፈረስ ፡ ነው ፡ ...	Equus est.	ፈረስ ፡ ናት ፡....	Equa est.
ዶሮ ፡ [2] ይጮኻል ፡	Gallus cantat.	ዶሮ ፡ ትጮኻለች ፡	Gallina cantat.
አህያ [3] ፡ መጣ ፡ ..	Asinus venit.	አህያ ፡ መጣች ፡..	Asina venit.
ጅብ ፡ በላ ፡ [4]....	Hyæna (m.) comedit.	ጅብ ፡ በላች ፡ ...	Hyæna (f.) comedit.

[1] ምሽቱ ፡ (*uxor*) non debet confundi cum ምስቱ ፡ (*formica alba*); hæc valde communis in regionibus illis. Confusio facilis est in pronunciatione pro extraneo. Pariter sive ው, sive *u* finalis, id est, vocalis litteræ secundi ordinis potest esse articulus vel pronomen possessivum masculinum, quod ex solo sensu cognosci potest.

[2] ዶሮ ፡, sicuti omnia nomina animalium quæ sunt ordinarie generis communis, dicitur indifferenter pro maribus et feminis. Sed, quum agitur de mare jam apto ad generationem, præsertim animalium magis cognitorum, necessarium est addere in amarico አውራ ፡, et in oromonico *kórma* immediate ante nomen animalis.

[3] አህያ ፡ (*asinus*) non debet confundi cum አያ ፡; hoc enim ultimum est titulus honoris qui dari solet inter æquales, æquivalens nostro *frater*. Extraneus ea audiendo sæpissime confundere solet.

[4] Quia hyæna animal veluti immundum et despectum habetur,

Exempla oromonica.

Orabêsa dūfè . . Hyæna (m.) venit.	*Orabêsa dúfte*. Hyæna (f.) venit.
Gángo dūè. . . . . Mulus mortuus est.	*Gángo duúte*. . Mula mortua est.
Adúrri ñádda. . . Felis (m.) manducat.	*Adúrri ñádte* . Felis (f.) manducat.
Árba kagéla [1] . . Elephas (m.) minatur.	*Árba kagélte* . Elephas (f.) minatur
Ándakon galè . . Gallus intravit.	*Ándakon gálte*. Gallina intravit.

Quæ hucusque dicta sunt intelligi debent de prædicatione indirecta generis, quia, si directe inquireretur de genere alicujus animalis, tunc necessarium esset addere **አውራ** vel *kórma* pro *mare*, et **እንስት ፡** vel *dáltu* pro *femina*, v. g. :

አውራ ፡ *vel* **እንስት ፡ ፈረስ ፡**.	Masculus *vel* femina equus.
አውራ ፡ *vel* **እንስት ፡ ዶሮ ፡**. .	Gallus *vel* gallina.
Kórma vel *dáltu fárda*	Equus *vel* equa.
አውራ ፡ በሬ ፡ ነው ፡[2]	(Masculus bos est *pro*) taurus est.
Kórma kotío-da	Taurus est.
እንስት ፡ አህያ ፡ ናት ፡	(Femina asinus est *pro*) asina est.
Árri dáltu-da[3].	(Asinus femina est *pro*) asina est.

et insuper quia difficile est distinguere marem a femina, fere semper in genere feminino appellatur.

[1] *Kagéla* ut nomen significat *rectum*, ut verbum vero significat modo *desiderat*, modo *minatur*, tum etiam *inclinat*.

[2] Tum apud Abyssinos quum apud Oromones, taurus valde benignus est, et sæpe illic occurrit videre eum arantem; ni fallor, hæc est ratio cur non habet nomen specialem. Jam alibi notavi, omnia animalia ferocia generatim illic notabiliter benigniora esse, excepto uro.

[3] *Arri* pro *asino* non debet confundi cum *hárri* (*seta*); hæc confusio apud indigenas ipsos facilis est. Hac de causa in Gera, quia regina *Hárri* vocabatur, mutatum est nomen sive asini, sive etiam setæ.

Circa genus nominum observandum est insuper linguam amaricam femininis magis abundare quam lingua oromonica. Hæc ultima enim solet femininum genus tribuere tantum iis omnibus rebus quæ revera genus femininum habent, uti animalia; cetera autem omnia fere semper masculine appellat, nisi in despectum sit, in quo casu vir ipse in feminino appellari solet.

E contra lingua amarica nominibus omnibus rerum quæ proprium genus masculinum non habent, uti luna, stellæ, montes, arbores et similia, sæpissime tribuit genus femininum, licet non sit error si masculinum eis tribuatur; sic dicitur : ጨረቃ ፡ ናት ፡ (*luna est*), (ኮከብ ፡ ናት ፡ (*stella est*), ተራራ ፡ ናት ፡ (*mons est*), ዋንዛ ፡ [1] ናት ፡ arbor Æthiopiæ specialis, ወርካ ፡ ናት ፡ (*sycomorus est*), ወይራ ፡ ናት ፡ (*olea est*); non esset tamen error si diceretur ጨረቃ ፡ ነው ፡, ኮከብ ፡ ነው ፡, et sic de omnibus aliis.

Si e contra ageretur de rebus aut proprietatibus communibus, non habentibus existentiam particularem, uti aqua, aer, ferrum, aurum, et cetera similia, nunquam in feminino appellari solent, v. g. nunquam diceretur, ውሃ ፡ ናት ፡ (*aqua est*), ነፋስ ፡ ናት ፡ [2] (*aer est* vel *ventus*

[1] ዋንዛ ፡ (dicta apud doctos *cordia abyssinica*) est arbor valde communis in omnibus illis regionibus; illius lignum optimum est pro quibuscumque operibus fabrilibus. Pariter ወርካ ፡ et ወይራ ፡ (*olea chrysophylla*) valde communes sunt, sed sycomori plures species adsunt, et oliva silvestris est.

[2] In utraque lingua nulla est distinctio inter aerem et ventum, sed eodem nomine appellantur, ነፋስ ፡ in amarico, et KILÉSA in oromonico. Oromones vocant GÁWI (*serpentem*) turbinem ex duplici aeris flumine efformatum, tanquam quid superstitiosum.

est), ከሠል ፡ ናት ፡ (*carbo est*), አፈር ፡ ናት ፡ (*pulvis est*), እንጨት ፡ ናት ፡ (*lignum est*); sed ውሃ ፡ ነው ፡, ነፋስ ፡ ነው ፡, et sic de ceteris diceretur.

ARTICULUS QUARTUS.

DE ARTICULO NOMINUM.

Habent articulum sive lingua amarica sive lingua oromonica. Utraque lingua utitur eo tanquam affixo immediate post nomen; usus tamėn illius non est idem in utraque lingua. Etenim lingua amarica solet affigere articulum cuicumque nomini substantivo vel substantive sumpto, quotiescumque ille necessarius est ad præconceptam ideam nominis suppositi excitandam. E contra lingua oromonica utitur eo solum quando quæstio est de aliqua persona non proprio nomine appellata, saltem ordinarie loquendo.

In lingua amarica affixum ው vel ultima radicalis mutata in litteram secundi ordinis dant articulum masculinum. Articulus vero femininus efformatur per mutationem ultimæ radicalis in litteram tertii ordinis, cui adjungitur littera ቱ, quæ est secundi. Circa affixum pro articulo masculino, caute procedendum, ne confundatur cum pronomine possessivo tertiæ personæ per eamdem litteram expresso, et eodem ordine affixo[1]; distinctio unius ab

[1] Valde frequens est casus hujus confusionis, v. g. ብሩ ፡ potest indifferenter traduci *argentum ejus*, vel simpliciter *argentum* (*l'argento* italice); hæc tamen confusio locum non habet in feminino genere, quia in hoc pronomen possessivum affixum non est idem cum articulo; pronomen enim possessivum est ዋ, et articulus ቱ.

altero per sensum unice cognosci poterit. Circa affixum femininum ቲ observandum est quod radicalis ultima immediate ante affixum prædictum semper induit vocalem tertiam *i*, ut supra notavi.

Pro lingua oromonica affixum masculinum pro articulo exprimendo est *cà* fortis immediate post radicales; affixum pro articulo feminino autem est *ti* sæpissime citatum[1]. Dixi *immediate post radicales*, quia talis videtur lex ordinaria ; sed sæpissime addenda est syllaba *ti* ante supradicta affixa, præcipue quando ultimæ radicales nominis sunt *m* vel *r*, uti exempla postea declarabunt.

Licet de articulo exempla non pauca jam dederim ubi de genere, illa vel alia hic repetere juvat in utraque lingua per tabulam in tres columnas distinctam. In prima erit nomen in suo statu normali sine articulo. In secunda idem nomen cum articulo masculino. In tertia cum articulo feminino.

Tabula amarica.

	Nomen sine articulo.	Nomen cum articulo masculino.	Nomen cum articulo feminino.	
1.	አማራ ፡[2] . . .	አማራው ፡	አማራይቲ ፡ . . .	Amaricus.

Sic *argentum ejus* diceretur ብርዋ ፡, dum pro articulo ብሬቲ ፡ diceretur. Sic pariter ወርቅዋ ፡, *aurum ejus*, in feminino, ወርቂቲ ፡ *aurum* (*l'oro* italice).

[1] *ti* finalis, uti sæpe notavi, plures habet significationes; ut autem articulus femininus distinguatur, ante omnia sensus præ oculis semper habendus, postea, quod magis illum declarat est vocalis *i* semper præcedens, imo sæpissime *ti* reduplicata, uti ex sequentibus exemplis perspicuum est.

[2] Nomen *Amara* significationem suam mutat pro regionum varietate. In Tigre accipitur generatim pro persona stirpis amaricæ. i. e.

	Nomen sine articulo.	Nomen cum articulo masculino.	Nomen cum articulo feminino.	
2.	ጋላ ፡ [1]	ጋላው ፡	ጋላይቱ ፡	Oromonicus.
3.	መነኩሴ ፡	መነኩሴው ፡	መነኩሲቱ ፡	Monachus.
4.	ቄስ ፡	ቄሱ ፡ [2]		Sacerdos.
5.	ንጉሥ ፡	ንጉሡ ፡	ንግሥቲቱ ፡	Rex.
6.	ሴት ፡ [3]	(ሴትዮ ፡) *vel*	ሴቲቱ ፡	Mulier.
7.	ሰው ፡	(ሰውዬ ፡) *vel*	ሰውዬው ፡	Homo.
8.	ሌባ ፡	ሌባው ፡	ሌባይቱ ፡	Fur.
9.	ሻንቅላ ፡	ሻንቅላው ፡	ሻንቅላይቱ ፡	Niger homo.
10.	ወይራ ፡ [4]	ወይራው ፡	ወይራይቱ ፡	Oliva.

Tabula oromonica.

1.	*Amara*	*amartîca*	*amartítti*	Amaricus.
2.	*Gógam*	*gogamtîca*	*gogamtítti*	Gogiamensis
3.	*Sidáma*	*sidamtîca*	*sidamtítti*	Kafanus.
4.	*Kúllu*	*kullîca*	*kullítti*	Kullensis.
5.	*Sankalla*	*sankalîca*	*sankaltítti*	Niger.

pro Abyssino meridionali; in Begemeder per *Amara* intelligitur persona provinciæ amaricæ sitæ ad meridiem fluvii *Baçillo;* apud Oromones significat quoscumque Abyssinos.

[1] Oromon appellatur *Galla* apud Abyssinos.

[2] Nomen *sacerdos* procul dubio non accipit articulum femininum.

[3] Nomina hic notata sub numeris 6 et 7 videntur habere duos articulos; *mulier* enim dicitur aliquando ሴትዮ ፡ aliquando ሴቲቱ ፡ si pronuncietur cum articulo; *homo* etiam, quando pronunciatur cum articulo, vel ሰውዬ ፡ vel ሰውዬው ፡ dicitur.

[4] Quod dicitur hic de oliva, de qualibet arbore dicendum, non quod supponantur habere duo genera, sed quia in utroque appellari possunt; in tabula oromonica exempla arborum nulla posui, quia nomina arborum articulum non habent. Sicuti pariter in eadem tabula oromonica non posui exempla animalium, quæ etiam articulum non habent; dubito an audiverim de equo *fardîca*, *fardítti*, sed certus non sum.

6.	*Gárba*	garbîca	garbítti	Mancipium.
7.	*Kállo*	kallîca[1]		Magus.
8.	*Geberò*	gebertîca	gebertítti	Extraneus adoptatus.
9.	*Gaberiè*	gabertîca	gabertítti	Colonus.
10.	*Nâma*	namtîca		Homo.
11.	*Dubérti*		dubertítti	Mulier.
12.	*Imáltu*	imaltîca	imaltítti	Viator.
13.	*Gúrba*	gurbîca		Juvenis *v.* puer.

ARTICULUS QUINTUS.

DE CONCORDIA NOMINUM[2].

Concordia, de qua hic, est convenientia nominis substantivi, vel pronominis adjectivi ejus, cum suo adjectivo, et cum verbo vel regente vel recto, quæ inveniri debet in qualibet propositione completa. Hæc autem convenientia supradictorum respicit genus, numerum et casum.

[1] Adsunt plures mulieres quæ artem magicam profitentur apud Oromones; attamen hoc nomen non habet articulum femininum quia tales mulieres fere nunquam in feminino genere nuncupantur, sed semper in masculino. Cognovi quamdam magam celeberrimam, quæ góFTA (*dominus*) in masculino nuncupabatur ab omnibus et etiam a proprio marito, dum ipsa gífti (*dominam*) nuncupabat maritum proprium in feminino.

[2] Posita est hic materia de concordia, tanquam accessoria nominis, sed eodem titulo potuerat pertractari vel in lectione de verbis, vel ubi de pronomine, et quidem rationabilius, quia concordia præ nomine magis verba et pronomina afficit; sed, ut quidquid jam dictum est facilius intelligatur, post tria hæc disserere de illa bonum putavi. Optimum fuisset lectionem specialem de illa facere, sed hæc materia in his linguis non satis ampla mihi visa est et essentialis pro lectione speciali. Ceterum parum conveniens fuisset illam usque ad finem opusculi hujus protrahere.

Quæ dicta sunt alibi de verbis, de pronominibus et in hac eadem lectione de genere, de numero et de casu, ultro sufficere deberent ad instruendum lectorem studiosum de legibus scitu necessariis pro concordia in his duabus linguis. In supradictis materiis exempla etiam permulta coacervata inveniuntur ad omnes difficultates explanandas; adnotationes etiam omissæ non sunt quæ dubia et anomalias vel exceptiones ostendant. Attamen ne hic magis directe de hac concordia pertractare omittam, pro utraque lingua saltem præcipuas leges suis exemplis munitas submittam, duplici quæstione.

QUÆSTIO PRIMA.

DE CONCORDIA PRO LINGUA AMARICA LEGES.

1. Quando agitur de genere, concordia fere nunquam attendenda est inter substantivum et adjectivum, quia hæc vel de genere communi sunt, vel saltem nulla generis declaratoria characteristica donantur, nisi articulum induant; v. g.

መልካም ፡ ሰው ፡ . . . . Bonus homo.
መልካም ፡ ሴት ፡ . . . . Bona mulier.
መልካሙ ፡ ሰው ፡ . . . . Ille bonus homo.
መልካሚቱ ፡ ሴት ፡ [1] . . . . Illa bona mulier.

[1] In lingua amarica indifferens est affigere articulum nomini substantivo vel adjectivo ejus, uti in hoc exemplo et in præcedenti; sed in hoc casu observandum quod nomen articulum induens, sive adjectivum sive substantivum sit, semper præcedere debet, sic dicitur : መልካሚቱ ፡ ፈረስ ፡ vel ፈረሲቱ ፡ መልካም ፡ (*illa bona equa*, vel *equa illa bona*); saltem hoc magis proprium est.

2. Bene vero semper attendenda concordia pronominis cum nomine quando ea copulantur in unum, v. g.

ያ ፡ ፈረስ ፡, ያች ፡ ፈረሲቱ ፡.... Ille equus, illa equa.
ይህ ፡ በቅሎ ፡, ይች ፡ በቅሎይቱ ፡ Hic mulus, hæc mula.

3. Magis autem observanda concordia generis inter nomen vel pronomen sive substantivum sive adjectivum cum verbo in secunda et tertia persona numeri singularis, non vero in aliis personis; v. g.

መልካሙ ፡ ጐበዝ ፡ አደገ ፡..... (Bonus) pulcher ille juvenis crevit[1].
ውቢቱ ፡ ቆንጆ ፡ አደገች ፡..... Pulchra illa puella crevit[2].
ታናሹ ፡ አሽከር ፡ ውርፉ ፡ ነው ፡.. Parvulus ille puer deformis est[3].
ታናሺቱ ፡ ልጅ ፡ ውብ ፡ ናት ፡.. Parvula illa filia pulchra est[4].
ጥጃችን ፡ ታድጋለች ፡, ያድጋል ፡ Vitula nostra, vitulus noster crescit[5].

4. Concordia circa numerum. Quando nomen plura-

[1] መልካም ፡ generatim pro *bono* accipitur; quum vero de juvene vel puella prædicatur, de pulchritudine etiam intelligi potest. ጐበዝ ፡ significat juvenem post pubertatem, sed officiose ab adulatore datur etiam ætate provectis, uti apud nos.

[2] ቆንጆ ፡ dicitur puella pubens et apta ad matrimonium, sed officiose dicitur etiam de muliere, ut supra de juvene dictum est.

[3] አሽከር ፡ ordinarie dicitur *puer*, sed a patre familias et ab omni persona auctoritatem habente possunt sic appellari juvenes, imo adulti, domestici, et operarii quicumque.

[4] ልጅ ፡ est generis communis, et æquivalet *filio* vel *filiæ*, nomen quod dari potest pueris et adultis juxta conditionem loquentis et titulum sermonis.

[5] ጥጃ ፡ dicitur *vitulus* vel *vitula lactens;* non debet confundi cum ጠጅ ፡ (*hydromeli*), quod plurale non habet, sed, quando pronun-

lem habet, tunc vel in se, vel in suo adjectivo, vel in utroque, numerus potest concordare cum verbo; si vero nomen pluralem non habeat, tunc nulla concordia requiritur, quia nomen indeclinabiliter ponitur, et numerus determinatur a verbo. Nominum pluralem habentium sint exempla.

ወታደር [1] ፡ መጣ ፡	Miles venit.
ወታደር ፡ መጡ ፡	(*Litt.* miles) milites venerunt.
ወታደሮች ፡ መጡ ፡ [2]	Milites venerunt.
ቀራጮች ፡ [3] *vel* ሰላዮች ፡ [4] አሉ ፡ .	Exactores *vel* exploratores adsunt.
ጥጆቻችን ፡ ይበላሉ ፡	Vituli nostri manducant.
ጥጃ ፡ መልካሞች ፡ ናቸው ፡ [5] ...	Vituli boni sunt.
መልካም ፡ ጥገቶች ፡ ተገዙ ፡	Bonæ vaccæ lactantes emptæ sunt.
ነፍጠኛ ፡ ባሩድ ፡ ያውቃል ፡	Focillarius nitratum pulverem (facere) cognoscit.
ጨው ፡ ባሩድ ፡ ና ፡ ዲኝ ፡ ይገባል ፡	Sal nitrum et sulphur requiritur.
ከሠል ፡ ያስጨምራል ፡ [6]	Carbonem addere convenit.

ciatur cum pronomine possessivo, potest confundi, licet diverso modo scriptum.

[1] Hic nomen in singulari pro plurali etiam usurpatur.

[2] Hic e contra ወታደሮች ፡ non posset pro singulari interpretari, et verbum necessario in plurali debet esse.

[3] ቀራጭ ፡ derivatur a ቀረጥ ፡ (*tributum mercatorum*, italice *dogana*); non debet confundi cum ግብር ፡ (*tributum stabile populi* ratione fundi) ex quo derivatur ገባሪ ፡ (*tributarius*).

[4] ሰላይ ፡ est explorator occultus, italice *spia;* minus proprie diceretur de exploratore cognito. Hæc duo nomina ultima posita sunt in plurali in exemplo supra allato, sed poni poterant in singulari cum verbo in plurali.

[5] In hoc et in sequenti exemplo vicissim adjectivum et substantivum notam pluralitatis mutant.

[6] Hic traductio est ad sensum; hic ከሠል ፡ regens est verbi.

ብዙ ፡ ሰው ፡ *vel* ሰዎች ፡ ሞተ ፡, ሞቱ ፡[1] Multi homines mortui sunt.

Ex his omnibus exemplis patet concordiam quoad numerum valde benignæ interpretationis esse, sive inter substantivum et adjectivum, sive inter hæc et verbum ab eis rectum.

5. Concordia quoad casum adhuc valde simplicior est; etenim nomina, sive substantiva sive adjectiva, nullam patiuntur variationem in se; sed tantum præpositionem unica vice ab initio sibi præfixam habere debet illud quod præcedit, sive sit pronomen, sive adjectivum, sive substantivum; deinde regentiam verbi custodire quoad præpositionem ipsam, quæ juxta naturam casus recti a verbo mutari debet.

እውነተኛ ፡ ሹም ፡ መጣ ፡......... Ille verus officialis[2] venit.
የእውነተኛ ፡ ሹም ፡ ነው ፡......... Illius veri officialis est.
ለእውነተኛ ፡ ሹም ፡ ስጥ ፡......... Illi vero officiali da.
እውነተኛ ፡ ሹሙን ፡ ግደል ፡........ Illum verum officialem occide.
ከእውነተኛ ፡ ሹም ፡ ቤት ፡ ተነሣ ፡... (*Ad litt.* Ex illius veri officialis domo surrexit). Ex illius veri officialis domo exivit.
በእውነተኛ ፡ ሹም ፡ ቃል ፡ ተሾመ ፡.. In veri illius officialis verbo constitutus est.

[1] Hoc ultimum exemplum necessario de plurali intelligi debet, tamen in singulari exprimi poterat, tum quoad nomen tum quoad verbum.

[2] ሹም ፡ traduxi *officialis*, quia sicut istud, illud quoque vox generica est derivans ex verbo ሾመ ፡ (*præfecit*), qua vocari possunt

Exempla cum solo substantivo sine adjectivo et articulo.

ንጉሥ ፡ ተነሳ ፡ .... Rex surrexit.
የንጉሥ ፡ ቃል ፡ ነው ፡ .... Regis verbum est.
ለንጉሥ ፡ ተናገረ ፡ .... Regi locutus est.
ንጉሥን ፡ እወዳለሁ ፡ .... Regem àmo.
ከንጉሥ ፡ ወጣ ፡ .... A rege exivit.

QUÆSTIO SECUNDA.

LEGES PRO LINGUA OROMONICA.

1. In lingua oromonica quum sola tertia verborum persona singularis duo genera, nempe masculinum et femininum, habeat, in hac persona tantum cum subjecto verbum ratione generis concordare debet, v. g. :

1. *Dubértin tokítti dūtẹ*, mulier unica illa mortua est.
2. *Dubértin tôko dūtẹ*, mulier una mortua est.
3. *Námni tokîca dūè*, homo unicus ille mortuus est.
4. *Námni tôko dūè*, unus homo mortuus est.
5. *Fárdi galè*, equus venit, intravit. *Fardi gáltẹ*, equa venit, intravit.
6. *Fárso tólca*, cerevisiam (ille) præparat. *Fárso tólcitẹ*, cerevisiam (illa) præparat.
7. *Dâdi ḍûga*, hydromeli (ille) bibit. *Dâdi ḍúgtẹ*, hydromeli (illa) bibit.
8. *Hínni ráfa*, ille dormit. *Isẹn ráftẹ*, illa dormit.

omnes officiales publici, excepto rege, imo officiales privati præcipuarum domorum; sic vero vocantur præsertim officiales civiles præ militaribus. Quodam modo hæc vox videtur eamdem significationem habere ac vox latina *superior*.

9. *Imáltu dufè*, viator venit. *Imáltu dúfte*, viatrix venit.
10. *Dadà divádа*, butyro (ille) ungitur. *Dadà divádte*, butyro (illa) ungitur[1].

In quatuor primis exemplis inveniuntur duo nomina cum articulo, et duo sine illo, omnia tamen genus proprium habentia, propter quod concordia inter dicta nomina et verbum absolute necessaria est, ita ut error esset si diceretur: *dubértin tokítti dūè*, vel *námni tokíca dūte*, quia in priori casu nomen est femininum et verbum masculinum; in posteriori autem nomen masculinum et verbum femininum. In quinto et nono exemplo habentur nomina generis communis, quæ concordare possunt cum verbo tum in masculino quum in feminino, et a solo sensu discursus possunt errore convinci. In octavo exemplo invenitur pronomen tertiæ personæ, quod diversitatem generis habet, ac proinde cum verbo concordare debet; male ergo diceretur, *hínni ráfte, ísen râfa* : quia esset discordia generis inter pronomen regens et verbum rectum. In tribus tandem ceteris exemplis subjectum bibens vel ungens subintelligitur, et a verbo masculino vel feminino determinatur illius genus.

2. Rarissime nomen regens cum verbo concordare debet ratione numeri, quia, paucissimis exceptis, nomina pluralis notam non habent, ut jam supra diximus in

[1] Unctio capitis ex butyro universalis consuetudo est et veluti moraliter necessaria mulieribus etiam innuptis et parvulis; maximo vero honori est masculis, qui caput suum ungendi jus habent postquam hostem in bello, vel leonem, elephantem, leopardum aut urum juniorem in venatione occiderunt.

primo hujus capitis articulo, et solo verbo numerus subjecti determinatur. Bene vero ratione numeri concordare inter se debent pronomen personale et verbum. De hoc exempla permulta exposita jam sunt ubi de conjugatione verborum; de sola igitur nominis concordia cum suo verbo exempla hic sint.

1. *Alátin*[1] *dufè*, accipiter venit. *Alàtin dûfani*, accipitres venerunt.
2. *Búllalen*[2] *éyya*, turtur clamat. *Búllalen éyyu*, turtures clamant.
3. *Adúrrin antûta ñáḍḍa*, feles mures manducat. *Adúrrin antûta ñáḍḍu*, feles mures manducant.
4. *Waldagêsi*[3] *lâfa kôta*, *waldagesi* terram fodit. *Waldagêsi lâfa kôtu*, *waldagesi* terram fodiunt.
5. *Tirîni*[4] *asítti ġirà*, *tirîni* hic adest. *Tirîni asítti ġirù*, *tirîni* hic adsunt.
6. *Çimbirà halkàn ġírtẹ*, vespertilio adest. *Çimbirà halkàn ġirù*, vespertiliones adsunt.

[1] *Aláti* est nomen genericum quod dari solet familiæ carnivorarum avium, incipiendo a corvo usque ad aquilam. Hoc nomen datur etiam familiæ anseris, licet speciatim proprio nomine donetur. In amarico eodem sensu et extensione አሞራ ፡ dicitur.

[2] *Búllale*, amarice እርግብ ፡, dicitur de turture et de columba.

[3] *Waldagêsi* est animal ferox, satis cognitum ab historiæ naturalis cultoribus, quod invenitur in fere omnibus regionibus africanis. Hoc animal noctu fodere solet terram ad insecta quærenda, et sic parat cavernas ceteris animalibus.

[4] *Tirîni* (gallice *civette d'Afrique* vel *chat musqué*) est animal producens muscum, pertinensque ad familiam felis. Valde communis est apud Oromones meridionales et in Kafa, ubi muscum colunt.

7. *Kamalè*[1] *midàn ballêsa*, simia grana destruit. *Kamalè midàn ballêsu*, simiæ grana destruunt.
8. *Bôfi*[2] *çínina*, serpens mordet. *Bôfi çíninu*, serpentes mordent.

In omnibus exemplis allatis idem nomen sine ulla mutatione regit verbum in singulari et plurali. Observandum est solius nominativi numerum per verbum indicari posse. In aliis casibus numerus singularis a plurali per numeros vel particulas quantitatis distingui solet; v. g.

1. *Titîsa danù agesè* .... Muscas multas occidit.
2. *Angiràn bajè argadnè* ...... Pediculos multos inveniebamus.
3. *Táfki*[3] *fittêra* .... Pulices destruxi.
4. *Tokàn lâma argêra* .... Cimices duas inveni.
5. *Kennîsa nan gálla* .... Apes amo, diligo.
6. *Mêti*[4] *gubnè* .... Formicas nigras combussimus.

[1] *Kamalé*, amarice ጦጣ ፡, dicitur simia parva quæ super arbores dormit; valde noxia seminibus est.

[2] *Bôfa*, amarice እባብ ፡, est nomen genericum familiæ serpentium; dictum est *çínina* (*mordet*), sed poterat dici *ñádda* (*manducat*), quia verbum *manducare* sæpe accipitur pro *dolere*, *percutere*, quando agitur de animalibus noxiis.

[3] Circa pulices et alia insecta minuta fere semper in plurali appellari solent. Si contingat illa in singulari appellari, tunc per additionem *unus tóko* determinari solet absque ulla mutatione nominis.

[4] *Mêti* ordinarie dicitur generatim de omnibus formicis, sed speciatim de specie nigro-rubea, quæ, dispositione quadam admirabili, vita communi vivunt sicut et apes. Hæc species improviso invadit domum et cogit exire dormientes, quia morsicat et non dimittit. Incommoda est, sed destruit insecta, mures, et etiam serpentes; aliquando etiam occidit infantes.

7. *Rirmi ballèsina*[1] . . . . Formicas albas destruimus.

Allata exempla clare demonstrant numerum determinari a particulis et vocibus numeralibus *danù*, *bajè*, *lâma*, in exemplis primo, secundo et quarto; cetera exempla sine nota et particulis quantitatis posita sunt ad demonstrandum quod indeterminate pro singulari et plurali intelligi possunt absque discordia quoad numerum.

3. Concordia quoad casum inveniri debet inter verbum et casum ab eo rectum. Allata exempla dant concordiam verbi activi cum accusativo. Pro ceteris casibus exempla quamplurima exposui ubi de casibus; tunc enim, exponendo varios casus, indirecte etiam exponere debuimus concordiam nominis recti cum suo verbo, vel præpositione regente.

ARTICULUS SEXTUS.

DE CONSTRUCTIONE.

Circa modum construendi propositionem ordo amaricus recedit ab oromonico in aliquibus, et in multis etiam convenit.

Hæ duæ linguæ inter se valde differunt quoad modum disponendi substantivum relative ad adjectivum suum. Etenim lingua amarica substantivo semper anteponit adjectivum, excepto casu quod hoc sit attributum directum simplicis propositionis prædicatoriæ; e contra

[1] Formica alba, satis cognita a nostris ac valde communis in Æthiopia, destruit omnia in domibus, et etiam segetes maturas in agro.

lingua oromonica adjectivo semper præmittit substantivum. Utriusque exempla sint.

Exempla amarica.

1. መልካም ፡ ሰው ፡ ሞተ ፡.... Bonus homo mortuus est.
2. ታላቅ ፡ ዝሆን ፡ ታየ ፡..... Magnus elephas apparuit.
3. ባለጠጋ ፡ ፍሬንጂ ፡ ተቀማ ፡[1] Dives Francus spoliatus est.
4. አንድ ፡ ዋሾ ፡ እስላም ፡ ገባ ፡ Quidam mendax mahumedanus venit.
5. ጥቁር ፡ ሰው ፡ ውርፍ ፡ ነው ፡[2] Niger homo deformis est.
6. ነጭ ፡ ሰው ፡ ብልሀተኛ ፡ ነው ፡ Albus homo industriosus est.

Exempla oromonica.

1. *Nâma gári dūè*........... Homo bonus mortuus est.
2. *Arba gúddan mullatè*...... Elephas magnus apparuit.
3. *Sorêsa Fráṇgi*[3] *samamè*..... Dives Francus spoliatus est.
4. *Sóbdu tôko isláma galè*..... Mendax unus mahumedanus venit.
5. *Námni gurráċẹ jâra-ḍa*..... Homo niger deformis est.
6. *Námni adì*[4] *ogêsa-ḍa*....... Homo albus industriosus est.

Præter differentiam supra citatam circa substantivi dispositionem relative ad adjectivum, in allatis exemplis

[1] Apud Abyssinos ፍሬንጂ ፡ nomen honorificum non est.

[2] Per *hominem nigrum* intelligunt quemcumque nigrum stirpis chamiticæ; Abyssini in eorum sensu *nigri* non sunt sed subrubei; ipsi enim ægre ferunt *nigri* vocari; nos etiam coram *albos* vocare timent, quia hic color in sensu indigeno est color leprosorum.

[3] Hoc idem nomen apud Oromones incognitum est. Nomen europeæ personæ satis fixum non est, quia quid novum apud eos; nunc *kiêsi* (*sacerdotes*) potius dicerentur.

[4] *Adì* (*albus*) male sonat apud Oromones quum de hominibus loquuntur; *adì* apud eos est etiam nomen cujusdam animalis magici aut mythologici quod homines devorat.

invenimus verbum semper in fine periodi, quod est proprietas utriusque linguæ. Hæc dispositio verbi in fine sententiæ adeo essentialis est, ut sensus variaretur per diversam transpositionem, præcipue in lingua oromonica. Si in duobus exemplis sequentibus, scilicet, መልካም ፡ ሰው ፡ ሞተ ፡, ታላቅ ፡ ዘሆን ፡ ታየ ፡, verbum poneretur sententiæ initio, post illud substantivum, et deinde adjectivum, vix sensus remaneret. In lingua oromonica vero omnino sensus mutaretur, quia tunc verba ab initio posita tanquam substantiva haberentur et verbum deficeret ad sensum propositionis complendum : sic *DŪA NÂMA GÁRI* significaret *mors hominis boni*, vel, subintelligendo auxiliare *est* in fine, traduci posset *mors hominis bona.* E contra eædem voces, per diversam constructionem dicendo *NÂMA GÁRI DŪA*, significarent : *homo bonus*[1] *moritur.*

Dixi supra *excepto casu quod adjectivum sit in propositione tanquam attributum directum prædicatum a verbo*, quia tunc in utraque lingua post substantivum immediate ante verbum collocari debet, v. g. : ዝንጀሮ ፡[2] ጨካኝ ፡ ናት ፡ (*simia pertinax est*), quod oromonice *ĢELDÊSI MÓRKA ḌA* diceretur.

[1] In his linguis voces *GÁRI* oromonice et መልካም ፡ amarice, quando agitur de personis, valde lato sensu intelligenda sunt non solum de bonitate morali, sed etiam de honore, de divitiis, vel aliis qualitatibus. Sic pariter dicendum de phrasi amarica ደኅና ፡ ሰው ፡, quæ ad litteram *hominem sanum* significaret, màgis tamen communiter de *homine divite, potente, justo et honorato*, dici solet.

[2] ዝንጀሮ ፡ est nomen genericum pro omni specie simiarum. Adest etiam parvum regnum ጀንጀሮ (*ĢINĢIRÒ*) vocatum ad orien-

Si in propositione, præter substantivum et adjectivum, inveniatur etiam pronomen demonstrativum sive proximum sive remotum, tunc ante omnia hoc ultimum præcedere debet in lingua amarica; post illud venit adjectivum, et post hoc substantivum immediate ante verbum; v. g.

ይህ ፡ ብርቱ ፡ ደብተራ[1] ፡ ያውቃል ፡. Hic fortis doctor cognoscit.
ያ ፡ መልካም ፡ ሀኪም[2] ፡ ይፈውሳል ፡. Ille bonus medicus curat.

In lingua oromonica e contra post substantivum venire debet adjectivum; post adjectivum sequitur pronomen immediate ante verbum, v. g.

Mucà tínnan kúni bôa[3] .... Infans parvus hic plorat.
Gorómsa dímtu sána gálci ...... Vitulam rubram illam introduc.

Si propositio composita aut complexa sit, prius præcedere debet pars servilis ejus vel coincidens, postea magis declaratoria si adsit, deinde subjectiva sequitur.

Exempla amarica.

የመጣ ፡ ነበረ ፡ ባለጠጋ ፡ ፍሬንጂ ፡ በመንገድ ፡ ተቀማ ፡ አሉ ፡
Qui venerat dives *Francus*[4] in via spoliatus dicitur.

tem regni *Gemma Káka*, ubi inveniuntur traditiones concordantes cum traditionibus paganis regni Kafa.

[1] ደብተራ ፡ est nomen proprium doctorum Abyssiniæ.

[2] ሀኪም ፡ pro medico est noviter desumptum ex arabo vel ex æthiopico, sed satis cognitum et populare.

[3] *mucà* pro infante utriusque generis.

[4] Traduxi ፍሬንጂ ፡ per *Francum*, sic enim quilibet Europæus

ከብት ፡ [1] የሚጠበቁ ፡ ሰውቻችን ፡ በመንገድ ፡ ናቹ ፡ ይላሉ፡

Gregem qui custodiunt homines nostri in via sunt.

Eadem exempla oromonica.

Kan dufè tûre sorési nagadè[2] *karátti samamè, ġédu.* Qui venerat dives mercator in via spoliatus est.

Lon kan tíxu námni kéña karátti ġirù, ġédu. Gregem qui custodiunt homines nostri in via sunt.

In propositionibus complexis lingua oromonica sequitur constructionem amaricam, præcipue quando agitur de relationibus historicis; poterat tamen satis polite etiam dicere, *Nagadè sorêsi, kan dufè tûre, karátti samamè, ġédu,* ponendo ab initio substantivum *nagadè* et postea adjectivum *sorêsi* ante propositionem incidentem *kan dufè tûre,* quia hoc magis accederet ad naturam constructionis oromonicæ propositionum simplicium, in quibus substantivum semper ab initio ponitur.

In præfata propositione complexa si ordo constructionis

vocatur apud omnes Orientales; nescio tamen certe utrum vox amarica supradicta ei in omnibus respondeat. Quod certum est, dicta vox de omnibus Europæis dicitur in Abyssinia in sensu non totaliter favorabili.

[1] ከብት ፡ ordinarie significat gregem bovinum simul et equinum. Sed dicitur etiam de sorte pecuniaria et re quacumque pretio æstimabili.

[2] In lingua oromonica vox *nagadè*, uti in amarico, ex quo desumpta est, significat mercatorem, sed dicitur sæpissime etiam de quocumque extraneo, præcipue de Mahumedanis et Abyssinis. Sæpe insuper hanc vocem ad contumeliam Oromones accipiunt, veluti *nobilis* oppositam, et ideo dici solet de iis qui a stirpe *Borána* originem non trahunt.

latinæ sequeretur, ante omnia diceretur *dicunt* (ĢEDU, ይላሉ ፡) *quod mercator dives* (NAGADÈ SORÉSI, ነጋዴ ፡ ባለ ጠጋ ፡) *qui venerat* (KAN DUFÈ TÛRE, የመጣ ፡ ነበረ ፡) *spoliatus est in via* (SAMAMÈ KARÁTTI, ተቀማ ፡ በመንገድ ፡); quod in his linguis vix sensum haberet, quia ante omnia verbum *dicunt* (ĢEDU, ይላሉ ፡) oromonice ab initio positum imperative acciperetur, et amarice omnino sine sensu esset, vel antecedentibus dictis refertum supponeretur; consequenter propositio principalis sine verbo remaneret.

Hæc dicta sufficiant de construotione.

LECTIO QUINTA.

DE PARTICIPIO.

Materia de participio, quam nunc aggredior, procul dubio obscurior est quam aliæ in his lectionibus grammaticalibus tractatæ, quia magis a sensu et tramite grammaticæ latinæ recedit [1].

Coactus tamen aliquid dicere, ne opus hoc grammaticale una parte mancum videatur, materiam hanc de participio in duo capita dividam. In priori sermo erit de natura et de legibus generalibus participii in linguis sive amarica, sive oromonica; in posteriori vero de diversis participiis utriusque linguæ in particulari [2].

[1] Hoc sensu materia participii dici potest obscura, quod in istis linguis ad differentiam linguarum nostrarum, participium participat non solum de nomine et de verbo, sed insuper sæpissime de adverbio et de conjunctione, ita ut in praxi vix cognosci possit qua natura sit et pro quo accipiendum, ut exemplis satis demonstratur in decursu operis.

[2] Bonum putavi sic dividere hanc lectionem, ut lectores, quibus magis placent leges quam exempla, eas in unum collectas habeant, et ne cogantur quærere illas nimis in opere dispersas; ii vero quibus exempla magis placent, ea etiam omnia una simul inveniant.

CAPUT PRIMUM.

DE PARTICIPIO IN GENERE.

Præsens caput in duos articulos persolvam; in priori sermo erit de natura participii linguæ amaricæ et linguæ oromonicæ ad differentiam participiorum linguæ latinæ; in posteriori de legibus generalibus eorumdem.

ARTICULUS PRIMUS.

DE NATURA PARTICIPII.

Apud Latinos quia participia omnia, licet retineant naturam verbi quoad sensum, ejusdem verbi actionem modo eis proprio exprimunt, modificatio eorum externa tamen magis ad nomen accedere videtur, quum ut nomina declinari soleant per casus, relicta omni conjugatione per personas.

Nullo modo res ita se habent in participiis sive linguæ amaricæ, sive oromonicæ. Verba enim quæ sæpissime participia esse videntur, licet adhuc retineant completam conjugationem per personas ita ut modus specialis conjugationis verborum magis videantur quam vera participia, raro declinari per casus tanquam nomina solent.

Præterea, in lingua latina participia cujuscumque generis habent formam propriam ipsis essentialem, radicalibus verbi insitam, simpliciaque dici possunt et non

composita ; e contra in istis linguis propriam formam fere nunquam habent, sed eam quasi semper accipiunt a verbo ipso in tempore vel præsenti, vel præterito simplici, prout natura ipsius participii postulat. Ac fere nunquam simplicia sunt, sed composita ex verbo et particula relativa, aut alia simili.

Tandem, participia linguæ latinæ sæpissime usurpantur ut nomina, ut plurimum adjectiva, quia revera de nomine accipiunt, et nomina dici possunt; deinde inserviunt compositioni aliquorum temporum in conjugatione ipsius verbi a quo derivantur, cum additione verbi auxiliaris ; nunquam vero in discursu tanquam adverbia usurpantur sub eorum forma propria, neque in eodem officium conjunctionis facere solent. E contra in istis linguis participia usurpantur quidem ut nomina, et ad aliquorum temporum verbi compositionem concurrunt, sed insuper sub eorum forma sæpe ut adverbia usurpari solent in discursu, et officium conjunctionis facere solent.

Quapropter sive in lingua amarica, sive in oromonica participia in sensu linguæ latinæ vix adesse videntur, sed, vel verbi tempora, vel incidentes propositiones, vel adverbia potius dici possunt. Ideo hæc materia jam in parte elucidata invenitur ubi de conjugatione verborum actum est, et alibi.

ARTICULUS SECUNDUS.

DE LEGIBUS GENERALIBUS PARTICIPIORUM.

Participia linguæ amaricæ et linguæ oromonicæ non semper iisdem legibus subjiciuntur ; ideo de iis singillatim agam, duplici paragrapho.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

REGULÆ PRO LINGUA AMARICA.

Lingua amarica de lege generali construere solet sua participia mediantibus litteris characteristicis sive præfixis, sive affixis radicalibus verbi in forma quacumque, juxta diversam naturam ipsorum participiorum.

Pro participio præterito perfecto supino, quod inservit ad constructionem temporum perfecti compositi et plusquam perfecti modi indicativi, mediante additione verbi auxiliaris substantivi, characteristicæ litteræ semper adfixæ sunt, seu adformantes. Hæ litteræ characteristicæ in aliquibus personis et verbis sunt eædem ac præteriti simplicis, non sunt vero eædem in omnibus.

Verba bisyllaba in dicto participio, ante finales præteriti simplicis, ordinarie solent addere litteram ቶ immediate post radicales in omnibus personis, exceptis prima singularis numeri, quæ accipit ቼ vel ቸ, et tertia pluralis numeri, uti in praxi videri poterit in exemplis sequentis capitis. Alia omnia verba lege ordinaria in hoc participio accipiunt solum finales præteriti simplicis, excepta prima persona numeri singularis supradicti, quæ semper ultimam radicalem in litteram ordine quintam mutat, ex. gratia : አደረገ ። (*fecit*) fit in prima persona singulari participii supini አድርጌ ።.

In omnibus aliis participiis litteræ characteristicæ eorum semper præformantes sunt.

Pro participio præterito simplici littera characteristica præformans est የ immediate ante radicales verbi,

pro participio præsenti vero, præformantes litteræ characteristicæ sunt የመ [1]. Sed, quum hæc duo participia declinari possint tanquam nomina, stricte ante prædictas litteras collocari debet littera characteristica, seu melius præpositio signans vel regens casum respectivum; hæc deberet esse regula generalis pro omni casu, sed ex usu elidi solet littera የ in casu dativo, et in ablativo utriusque participii supradicti, uti exempla capitis sequentis demonstrabunt.

Pro participio futuro littera characteristica præfixa radicalibus est ለ; sed, quum hoc conjugari soleat per personas, in prima persona singularis numeri ea immediate ante radicales est; in cæteris vero personis ante litteram characteristicam personæ respectivæ collocari debet. Circa quod observandum insuper est radicales verbi desumi ex modo imperativo, et quidem ex secunda persona numeri singularis pro quatuor primis personis, et ex secunda pluralis ejusdem modi imperativi pro personis

[1] Hoc participium præ omnibus vices nominis adjectivi gerit, uti videri potest in primis exemplis paragraphi secundi sequentis capitis, ubi የሰደበ ፡ *blasphemator* versum est, quod latine æqualiter significat *qui blasphemavit*, et *qui blasphemat*, quia uterque *blasphemator* dici potest. Hæc est ratio propter quam hoc participium, sive præteritum sive, præsens semper idem est, salvo tempore quod per characteristicam determinatur, uti supra dictum est. Hoc idem participium, sive præsens sive præteritum, unitum particulæ ጊዜ ፡, dabit futurum conditionale determinatum conditione vel de præterito, vel de futuro, prout verbum exiget, e. g. : የተኛ ፡ ጊዜ ፡ (*quando dormiverit*), የሚተኛ ፡ ጊዜ ፡ (*quando dormiet*). Horum temporum aliqua exempla ad extensum inveniuntur ubi de conjugatione verborum in lectione secunda actum est.

secunda et tertia pluralis numeri, uti clarius exempla demonstrabunt in cap. seq. paragrapho secundo.

Pro participio gerundivo littera characteristica est ሸ præfixa radicalibus in modo imperativo, ut supra de participio futuro dixi, et exemplis demonstrabitur cap. seq.[1]

PARAGRAPHUS SECUNDUS.

REGULÆ PRO LINGUA OROMONICA.

Leges participiorum linguæ oromonicæ simpliciores sunt et minus categoricæ. Hæc lingua valde pauciora participia habet, eaque litteris adformantibus seu finalibus ordinarie efformat.

Dixi *ordinarie*, quia sæpe particulis præpositivis aliqua tanquam participia, sive præterita sive præsentia, efformare solet; sed tunc phrases participiis æquivalentes potius dicendæ sunt quam vera participia. Hisce positis :

Pro participio præterito perfecto veluti supino habetur in lingua oromonica præteritum simplex cum omni sua conjugatione, mediante affixo *TI* in fine ejusdem, pro omnibus personis, excepta prima singularis numeri, quæ suo loco accipit *TAN* in fine. Hoc participium sæpissime tanquam conjunctio in discursu invenitur, et sæpe etiam tanquam adverbium. Pro participio præterito simplici, vel etiam præsenti, hæc lingua utitur pronomine relativo *KAN*

[1] Majoris claritatis causa observandum est quod hoc participium gerundivum, unitum particulæ ጊዜ ።, dabit futurum ad tempus determinatum, v. g. ጌታ ፡ ሲተኛ ፡ ጊዜ ፡ ትመጣለህ ። (*quando dominus dormiet venies*). De hoc tempore composito aliqua exempla in longum posita inveniuntur ubi de conjugatione verborum in lectione II.

(*qui*, *quæ*, *quod*) immediate ante verbum in præterito pro participio præterito, in præsenti vero pro participio præsenti. Hoc stricte participium dici non potest, sed potius propositio, ordinarie incidens in discursu, aut tanquam nomen adjectivum considerari debet [1].

Participium futurum fieri solet in lingua oromonica mediante verbo in suo modo infinitivo, cui affigi debet littera F in fine. Huic participio si addatur verbum auxiliare conjugatum per personas, habebitur futurum vel remotum, vel imminens, vel de præterito, juxta diversitatem ipsius verbi auxiliaris temporum, uti videri potest in lectione prima ubi hæc diversa tempora in longum conjugata inveniuntur [2]. Vide, v. g. pag. 53, 86, etc.

[1] Ad hanc veritatem demonstrandam sequentem historiam narrabo: initio ministerii mei in Gudrù, anno 1853, volens vertere in linguam oromonicam symbolum apostolorum, ad illa verba, *inde venturus est judicare vivos et mortuos,* incredibiles fuerunt difficultates quæ mihi opponebantur. Pro participio futuro *venturus*, res satis plana erat, quia illæ linguæ valde divites sunt pro futuro exprimendo, solum difficile mihi erat tunc temporis, quodnam futurum magis opportunum judicare deberem inter multa. Pro participiis adjectivis *vivos* et *mortuos* vero, quæ magis obvia videntur, nullo modo inveniebantur voces correspondentes. Oromones exprimunt *vivos* dicendo KAN ỌIRÙ (*qui adsunt*), *mortuos* autem per KAN DÛANI (*qui mortui sunt*); veritus dicere KAN ỌIRÙ pro *vivis* vita mystica, dixi KAN ẸNḌÛNNE (*qui non sunt mortui*) pro *vivis*, et KAN DÛANI (*qui mortui sunt*) pro *mortuis.* Hæc versio nunc in ore omnium christianorum nostrorum vix mutari potest; sed, posito quod mutatio possibilis fuerit, meliorem nescio.

[2] Uti dixi in adnotatione præcedenti, valde dives est lingua oromonica pro exprimendo futuro cujuscumque generis; inde est, quod etiam hoc participium futurum potest diverso modo exprimi sine

Loco participii nostri gerundivi habetur in hac lingua quædam compositio, quæ dupliciter fieri potest. Magis ordinarie fieri solet per particulam præpositivam ŨTU immediate ante verbum conjugatum per personas, uti in præterito simplici, ita tamen ut ultima vocalis ejusdem verbi sit semper U. Minus frequenter hoc idem participium fit absque ulla præcedente particula per solum modum infinitivum, habentem in fine TU affixum. Hoc ultimum indeclinabile est, sed audivi solum illud in verbis habentibus formam activam in fine, quæ in modo infinitivo facit CU, et in hoc casu facit *cũtu*, e. g. : *ạacũtu* (*in dicendo*).

errore. In versione symboli apostolorum jam citata, ab initio parum versatus in lingua, verba *inde venturus est* verti per *áci dũfa* (*inde veniet*); postea, serio examini submittens dictam versionem, comperi eam magis textum symboli exprimere quam participium *dũfuf* (*venturus*), quia, ut mihi dicebant indigenæ, adverbium *áci* præcedens dictum participium excludit, quum illud futuro simplici unitum pro participio sit; imo, si poneretur, uti dicebant, infirmaret certitudinem adventus finalis Christi.

CAPUT SECUNDUM.

DE PARTICIPIIS IN PARTICULARI.

In articulo secundo capitis præcedentis jam expositæ fuerunt regulæ generales pro formatione præcipuorum participiorum utriusque linguæ; in hoc capite exempla ad extensum exponam cum observationibus et exceptionibus in utraque lingua duplici articulo.

ARTICULUS PRIMUS.

EXEMPLA PRO LINGUA AMARICA.

Ut præcedenti capite notavimus, participia præcipua ad quatuor reducuntur; de singulis distincti paragraphi sint.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

DE PARTICIPIO PRÆTERITO PERFECTO SUPINO.

Hoc participium efformatur per additionem affixi post radicales juxta diversitatem personarum per quas conjugatur; alius est tamen formationis modus ac in cæteris verbis bisyllabis. De utrisque sint exempla, prius de hoc participio normali puris radicalibus verbi composito, posterius de eo in bisyllabis [1].

[1] Regula hic citata pro bisyllabis non est profecto sine exceptione; inter alias exceptiones adest verbum አለ ፡ (*dixit*), quod in hoc participio facit ብለዬ ፡, ብለህ ፡, ብሎ ፡, ብለን ፡, ብላችሁ ፡, ብለው ፡, sicut poscunt sive personæ sive numeri. Hoc participium æquivalet

Pro primo sint radicales verbi አደረገ ፡ (*fecit*); pro secundo vero sint radicales verbi ተኛ ፡ (*dormivit*).

Ego (*ayant fait*)[1].	አድርጌ ፡	Ego (*ayant dormi*).	ተኝቼ ፡
Tu	አድርገህ ፡	Tu	ተኝተህ ፡
Tu (fem.).....	አድርገሽ ፡	Tu	ተኝተሽ ፡
Ille	አድርጎ ፡	Ille...........	ተኝቶ ፡
Illa	አድርጋ ፡	Illa...........	ተኝታ ፡
Nos	አድርገን ፡	Nos...........	ተኝተን ፡
Vos	አድርጋችሁ ፡	Vos...........	ተኝታችሁ ፡
Illi..........	አድርገው ፡	Illi...........	ተኝተው ፡

Inter dua verba relata hæc est differentia, quod in primo solum participii affixum inveniatur post radicales; in secundo vero additur ተ inter radicales et affixum prædictum, sicque verbum bisyllabum fit trisyllabum in hoc participio. In prima persona loco ተ invenitur ቼ juxta regulas transformationis jam alibi citatas, quæ locum habere solent in primis personis verborum et in genere feminino eorumdem[2].

illi quod *participe passé actif* gallice vocatur; ideo ብሎ verti debet *ayant dit,* loquendo de tertia persona singulari; ብለን, *ayant dit,* de prima plurali; ብላችሁ, *ayant dit,* de secunda plurali. In lingua latina vero hoc participium adest tantum in verbis quæ sub forma passiva significationem activam habent, vulgo dicta *verba deponentia,* v. g. : *sequor, secutus* (*ayant suivi*). In aliis verbis activis periphrasi utendum est ad hoc participium amaricum vertendum in linguam latinam.

[1] Ad inveniendam horum duorum participiorum significationem, videatur nota ad calcem præcedentis paginæ posita.

[2] De hac transformatione actum est ubi de alphabeto, et ubi de genere verborum.

Nunc sint exempla ejusdem participii supini facientis vices conjunctionis, aut adverbii, aut ablativi absoluti[1].

1. ሙቼ ፡ እለቀለሁ ፡ Mortuus (*vel* postquam mortuus fuero), dimittam.
2. ተወግተን ፡ እንታረቃለን ፡ Præliati (*vel* postquam pugnaverimus), pacem faciemus.
3. በዶሮ ፡ ጩሐት[2] ፡ ትነሳላችሁ ፤ ትነስታችሁ ፡ ትበላላችሁ ፤ በልታችሁ ፡ ትመከራላችሁ ፤ ትመከራችሁ ፡ ታደርጋላችሁ ፡ አድርጋችሁ ፡ ደስ ፡ ይላችሁዋል ፡ Galli cantu surgetis, *surrecti* manducabitis, *manducato* (*cibo a vobis*) consiliabimini, *consiliati* facietis, *facto* (*negotio a vobis*) consolatio vobis erit. Hoc ultimum exemplum poterat etiam sic traduci : In cantu galli surgetis, *postea* manducabitis, *inde* consiliabimini, *inde* facietis et *posthæc* consolabimini.
4. ፈጥኖ ፡ ይሔዳል ፡.. Præsto (*vel* currendo) vadit.
5. ጋልቦ ፡ ይደርሳል ፡.. Incitato cursu perveniet.
6. ፈክሮ ፡ ሰደበ ፡.... Se jactans convitiatus est.
7. አድሮ ፡ ሞተ ፡..... Transacta nocte mortuus est.
8. ወግቶ ፡ ገደለ ፡..... Pugnando occidit.
9. ተወግቶ ፡ ወደቀ ፡.. Vulneratus cecidit.
10. ተቸግሮ ፡ አደረገ ፡ . Necessitate pulsus fecit.
11. ተመከረው ፡ ሰረቁ ፡. Post consilium furati sunt.

[1] Vocavi hoc participium *supinum*, quia revera sæpe per tale participium verti potest in latinum, sed ex dictis et dicendis perspicuum est valde diversum esse sensum ejusdem et várium.

[2] Cantus galli est horologium ordinarium illarum regionum, licet gallus minus periodice et regulariter cantet illic quam apud nos. In Abyssinia ordinarie incipit cantare hora secunda post mediam noctem; apud Oromones septentrionales circa horam quartam, et me adhuc vocabat mane ad orationem; in Kaffa cantus galli post auroram', imo sæpe in ortu solis. In hac ultima regione sine horologio

Ex his omnibus exemplis patet quam varius sit modus intelligendi hoc participium. Volui illud sub omni aspectu exponere et traducere, ut bene cognosceretur natura ipsius, quia in hac lingua hoc valde interest.

PARAGRAPHUS SECUNDUS.

DE PARTICIPIIS PRÆTERITO ET PRÆSENTI.

Quia hæc participia tanquam nomen declinari solent, illa in extenso exponam.

1° Exemplum participii præteriti.

1. የሰደበ ፡ ይመለሳል ፡......	Blasphemator revertitur[1].
2. የየሰደበ ፡ ቅጣት ፡ ነው ፡..	Blasphematoris punitio est.
3. ለሰደበ ፡ ሰው ፡ ይገባል ፡...	Blasphematori homini convenit.
4. የሰደበውን ፡ ሰው ፡ ጥራ ፡.	Blasphematorem hominem voca.
5. በሰደበ ፡ መላስ ፡ ይቀጥት ፡	In blasphematore lingua puniatur.
6. ከሰደበ ፡ አፍ ፡ ሰማሁ ፡....	A blasphematore ore audivi.

Hoc participium, quod in lingua amarica magis de præterito est, in latinum poterat verti *blasphemans*, *blasphemus*, vel *qui blasphemavit;* e contra sequens participium non potest de præterito interpretari, sed necessario de præsenti vel futuro proximo semper intelligendum est.

quum fuerim, omni arte mea non potui obtinere cantum galli pro hora surgendi cognoscenda in mane.

[1] ሰደበ ፡ (*blasphemavit* vel *conviciatus est*), hoc verbum pro *blasphemare* vel *conviciari* indifferenter accipi potest, quod oromonice ARÁBSA diceretur; hæ duæ linguæ nullam aliam vocem habent ad has omnes ideas significandas. In lingua amarica præsertim ስድብ ፡ (*convicium*), quod est nomen abstractum ab illo verbo derivatum, raro dictum audivi de blasphemia in Deum vel in sanctos, pro qua voce ፅርፈት ፡, a lingua liturgica desumpta, Abyssini utuntur.

2° Exempla participii præsentis.

1. የሚበላ ፡ ማን ፡ ነው ፡........ Manducans quis est.
2. የየሚሰራ ፡ ራት ፡ [1] ናት ፡ *vel* ነው ፡. Operantis cœna est.
3. ለሚመጣ ፡ ይሆናል ፡........ Venienti homini erit.
4. የሚመቸውን ፡ [2] ፈልግ ፡..... Convenientem quære.
5. በሚገባ ፡ [3] ስራት ፡ ተቀበለ ፡... Cum convenienti cæremonia receptus est.
6. ከሚያወቀ ፡ ሰው ፡ ጠይቅ ፡.... A sciente homine interroga [4].

Quum autem hoc participium, non solum declinari

[1] ራት ፡ significat *cœnam* et ምሳ ፡ significat *prandium.* In amarico ራት ፡ latiori modo significat etiam pensionem necessariam ad victum, non vero ምሳ ፡. Cœna Domini eucharistica hoc ultimo nomine vocatur.

[2] መቸ ፡, ex quo derivatur participium hoc, traduxi per verbum *convenire*, sed magis intelligi debet de aptitudine vel commoditate alicujus rei ad aliquid, quam de convenientia morali.

[3] Hoc participium derivatur a verbo ገባ ፡ (*convenit*), quod intelligitur solum de convenientia morali ad differentiam መቸ ፡ supradicti, quod de aptitudine materiali intelligi debet. Verbum ገባ ፡, de quo hic agitur, non debet confundi cum ገባ ፡ (*intravit*), licet eodem modo scriptum; primum pronunciatur cum duplici በ, et secundum, potius quasi v nostrum vel B leve; primum raro usurpatur in præterito, sed tantum in præsenti vel participio; secundum, pro omni tempore.

[4] Verbum ጠይቅ ፡ (*interrogavit*) in lingua latina regit accusativum casum, idemque dici potest de lingua oromonica; in lingua amarica autem accusativum et ablativum indifferenter regit, ac sine errore dici potest እርሱን ፡ ጠይቅ ፡ vel ከርሱ ፡ ጠይቅ ፡ (*ipsum interroga* vel *ab illo interroga*). Hujus naturæ verba quam plurima adsunt in lingua amarica, probabiliter etiam non pauci sunt in lingua oromonica, sed in hac posteriori, quum casuum diversitas non tam explicita sit, de hoc difficilius est judicare.

soleat ut nomen, sed insuper uti verbum conjugetur, de eo etiam exemplum sit per verbum ቈየ ፡ (*exspectabat*).

1. የምቈይ ፡ ነኝ ፡ . . . . Exspectans sum.
2. የምትቈይ ፡ ነህ ፡ . . . . Exspectans es.
3. የሚቈይ ፡ ነው ፡ . . . . Exspectans est.
4. የምንቈይ ፡ ነን ፡ . . . . Exspectantes sumus.
5. የምትቈዩ ፡ ናችሁ ፡ . . . . Exspectantes estis.
6. የሚቈዩ ፡ ናቸው ፡ . . . . Exspectantes sunt.

In hoc exemplo observandum est quod characteristica personalis post characteristicas participii posita invenitur, excepta prima persona, in qua characteristica personalis እ absorbetur a ም.

PARAGRAPHUS TERTIUS.

DE PARTICIPIO FUTURO.

De hoc participio fere infinita inveniri possunt exempla in lectione secunda, ubi fere semper ad extensum invenitur declinatum, et ex eo semper componatur futurum sive remotum, sive imminens, sive de præterito, per additionem verbi auxiliaris. Ne tamen hic suo loco desint ejusdem exempla, unius completæ conjugationis per omnes suas personas sufficiat exemplum, utpote qui nullo modo per casus hoc declinari soleat.

Exemplum de forma simplici.

1. ልጀምር ፡ . . . . Ego incepturus.
2. ልትጀምር ፡ . . . . Tu incepturus.
3. ሊጀምር ፡ . . . . Ille incepturus.
4. ልንጀምር ፡ . . . . Nos incepturi.
5. ልትጀምሩ ፡ . . . . Vos incepturi.
6. ሊጀምሩ ፡ . . . . Illi incepturi.

Exemplum formæ activæ.

1. ላምን ፡ *vel* ልአምን ፡ [1]...... Ego crediturus.
2. ልታምን ፡ *vel* ልትአምን ፡ ... Tu crediturus.
3. ሊያምን ፡ *vel* ሊአምን ፡..... Ille crediturus.
4. ልናምን ፡ *vel* ልንአምን ፡.... Nos credituri.
5. ልታምኑ ፡ *vel* ልትአምኑ ፡... Vos credituri.
6. ሊያምኑ ፡ *vel* ሊአምኑ ፡..... Illi credituri.

Exemplum formæ passivæ.

1. ልታሰር ፡ *vel* ልትአሰር ፡..... Ego ligandus.
2. ልትታሰር ፡ *vel* ልትትአሰር ፡. Tu ligandus.
3. ሊታሰር ፡ *vel* ሊትአሰር ፡.... Ille ligandus.
4. ልንታሰር ፡ *vel* ልንትአሰር ፡.. Nos ligandi.
5. ልትታሰሩ ፡ *vel* ልትትአሰሩ ፡. Vos ligandi.
6. ሊታሰሩ ፡ *vel* ልይታሰሩ ፡ [2]... Illi ligandi.

[1]. Hoc in exemplo duplicatum participium semper invenitur, primum per absorptionem litteræ አ; secundum vero sine ea, ut talis absorptionis explicatio clarior evadat. Hoc participium a verbo አመነ ፡ (*credidit*), quod in forma passiva ታመነ ፡ (*credibilis* vel *fidelis est*) significat. Ex hujus verbi abstracto derivari videtur vox አሜን ፡ (*amen*), quæ diffusa invenitur per totum fere mundum; hæc procul dubio ex hebraico derivatur, cujus filia fidelissima amarica lingua est.

[2] In primo hujus personæ ሊታሰሩ ፡ dictum est, et in secundo ልይታሰሩ ፡, quia ሊ et ልይ idem fere sonum exprimunt; poterat addi tertium, nempe ልይትአሰሩ ፡, auferendo omnem omnino absorptionem vocalium, uti factum est in tertia et sexta persona sequentis exempli, dicendo ልይአስጨምር ፡, ልይአስጨምሩ ፡, quia non solum ሊ valet ልይ, sed ሊአ quasi valet ያ ፡, quæ nihil aliud est quam *jod* cum *alif*, id est ኢ vel ይ cum አ. Ex hoc pariter velut demonstratum remanet quod *alif* sub numero tertio ኢ, et *jod* sub numero sexto ይ eadem quasi littera sunt, quia revera in praxi idem officium præstant pro

Exemplum formæ causativæ.

1. ላስጨምር ፡ *vel* ለአስጨምር ፡ .... Ego addere facturus.
2. ለታስጨምር ፡ *vel* ለትአስጨምር ፡.... Tu addere facturus.
3. ለያስጨምር ፡ *vel* ሊአስጨምር ፡ ..... Ille addere facturus.
4. ለናስጨምር ፡ *vel* ለንአስጨምር ፡.... Nos addere facturi.
5. ለታስጨምሩ ፡ *vel* ለትአስጨምሩ ፡... Vos addere facturi.
6. ለያስጨምሩ ፡ *vel* ሊአስጨምሩ ፡..... Illi addere facturi.

Ex hoc participio, uti jam dixi, construuntur omnia tempora futura cujuscumque generis, per additionem verbi auxiliaris, ut videri potest ubi de verbis egi.

PARAGRAPHUS QUARTUS.

EXEMPLA PARTICIPII GERUNDIVI.

Hoc participium, sicuti præcedens, conjugatur per personas, nunquam vero declinatur per casus; ideo exempla ipsius ad normam præcedentis esse debent.

Exemplum pro forma simplici.

1. ስተኛ ፡ [1]........................ Ego in dormiendo.
2. ስትተኛ ፡ .... Tu in dormiendo.
3. ሲተኛ ፡ *vel* ስይተኛ ፡ .... Ille in dormiendo.
4. ስንተኛ ፡........................ Nos in dormiendo.
5. ስትተኙ ፡....................... Vos in dormiendo.
6. ሲተኙ ፡ *vel* ስኢተኙ ፡ *vel* ስይተኙ ፡... Illi in dormiendo.

characteristica personarum tertiarum : sic ኢተኛል ፡ vel ይተኛል ፡ scribi potest; utrumque enim scriptum vidi, quamvis frequentius secundum occurrat in amaricis scriptis; consequenter, quod utraque æqualiter absorberi potest ab alia consonanti sub numero tertio, ut ሲ, ቢ, ሊ, ሚ etc. quæ valent ስኢ, ብኢ, ልኢ, ምኢ, aut ስይ, ብይ, ልይ, ምይ ።

[1] Hoc verbum unum ex illis est quæ completam syllabam reti-

Exemplum pro forma activa.

1. ሳጭድ ፡ *vel* ስአጭድ ፡ [1] . . . . Ego in metendo [2].
2. ስታጭድ ፡ *vel* ስትአጭድ ፡ . . . . . . Tu in metendo.
3. ስያጭድ ፡ *vel* ስይአጭድ ፡ . . . . . . Ille in metendo.
4. ስናጭድ ፡ *vel* ስንአጭድ ፡ . . . . . . Nos in metendo.
5. ስታጭዱ ፡ *vel* ስትአጭዱ ፡ . . . . . Vos in metendo.
6. ስያጭዱ ፡ *vel* ስኢአጭዱ ፡ . . . . . . Illi in metendo.

Exemplum pro forma causativa.

1. ሳስነሳ ፡ *vel* ስአስነሳ ፡ [3] . . . . Ego in discedere faciendo.
2. ስታስነሳ ፡ *vel* ስትአስነሳ ፡ . . . . Tu in discedere faciendo.
3. ስያስነሳ ፡ *vel* ስይአስነሳ ፡ . . . . Ille in discedere faciendo.
4. ስናስነሳ ፡ *vel* ስንአስነሳ ፡ . . . . Nos in discedere faciendo.
5. ስታስነሱ ፡ *vel* ስትአስነሱ ፡ . . . . . . Vos in discedere faciendo.
6. ስያስነሱ ፡ *vel* ስይአስነሱ ፡ . . . . . . Illi in discedere faciendo.

nent in ultima radicali modi imperativi; sic ተኛ ፡ dicitur, et non ተኚ ፡ pro *dormi;* ideo etiam in participio eam retinere debet, ut alibi dixi.

[1] Hujus verbi radicales sunt አጨደ ፡, et pertinet ad familiam eorum quæ in modo imperativo non conservant syllabas completas in radicalibus eorum, sed faciunt eas sextas, ad differentiam supradicti.

[2] Hic verbum አጨደ ፡ traduxi per *metere segetes,* sed in latino sensus ejus de sola messe et non de fœnisecio intelligitur; e contra in lingua amarica de utroque intelligendum est. Idem dicendum de verbo HÂMA (*metit*) linguæ oromonicæ, quod perfecte idem significat.

[3] Hujus verbi radicales sunt ነሳ ፡; sub forma passiva ተነሳ ፡ significat *discessit.* Sub forma simplici in præterito hoc idem verbum ነሳ ፡ significaret *privavit, recusavit,* vel *noluit dare.* Radix hæc differt ab አነሰ ፡ quæ significat *non fuit sufficiens,* id est *sublatus est;* attamen hoc verbum normale est in eo quod fere omnia tempora et modos habet,

Ex hoc participio etiam componi solent aliqua tempora per additionem verbi auxiliaris vel aliquarum particularum.

ARTICULUS SECUNDUS.

EXEMPLA PRO LINGUA OROMONICA.

Ad evitandam confusionem hunc articulum in quatuor paragraphos dividam pro diversitate participiorum, ut in præcedenti articulo.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

DE PARTICIPIO PRÆTERITO SUPINO.

Exempla hujus participii diversa erunt pro diversitate formarum verbi, nec non pro diversitate officii ejusdem.

EXEMPLUM FORMÆ SIMPLICIS.

Hujus participii radicales verbi sunt *GÂLA* (*intrat*).

1. *ANI GÁLETAN* .... Ego intratus *vel* me intrato.
2. *ATI GALTÊTI* .... Tu intratus *vel* te intrato.
3. *HÍNNI GALÊTI* .... Ille intratus *vel* illo intrato.
4. *NU GALNÊTI* .... Nos intrati *vel* nobis intratis.
5. *ISINI GALTANÎTI* .... Vos intrati *vel* vobis intratis.
6. *ISANI GALANÎTI* .... Illi intrati *vel* illis intratis.

In hoc exemplo ad personam indicandam pronomen

licet aliquando, ut vim activam acquirat, causativam formam vestire cogatur. Radicales supradictæ ነሳ ፡ significant *tollere*.

personale additum est quidem, sed non requiritur, quia semper absolute usurpatur, et persona cognoscitur ex eam indicantibus affixis aliisque propositionis vocibus.

EXEMPLUM FORMÆ ACTIVÆ.

Radicales verbi *GÁLCA* (*introducit*).

1. *Ani gálcetan*	Ego introductus *vel* me introducto.
2. *Ati galcitêti*	Tu introductus *vel* te introducto.
3. *Hínni galcêti*	Ille introductus *vel* illo introducto.
4. *Nu galcinêti*	Nos introducti *vel* nobis introductis.
5. *Isini galcitanîti*	Vos introducti *vel* vobis introductis.
6. *Isani galcanîti*	Illi introducti *vel* illis introductis.

EXEMPLUM FORMÆ EMPHATICO-MUTUÆ.

1. *Galfáḍḍetan*	*galcifáḍḍetan* [1].
2. *Galfaḍtêti*	*galcifaḍtêti*.
3. *Galfaḍḍêti*	*galcifaḍḍêti*.
4. *Galfaḍnêti*	*galcifaḍnêti*.
5. *Galfaḍtanîti*	*galcifaḍtanîti*.
6. *Galfaḍḍanîti*	*galcifaḍḍanîti*.

[1] Hæc forma emphatico-mutua duplex hic ponitur, prima insita verbo formæ simplicis, et secunda verbo formæ activæ. Uti jam dixi, hæc forma potest semper addi verbo sub omni sua forma, ut ei tribuatur vis quædam et emphasis *relativa*, quæ certo modo dici potest etiam *mutua*. Addita igitur hæc forma primo verbo *intrare*, hoc accipit aliquid de natura verbi *reddere :* sic, ut dicant *gratias tibi ago*, dicunt : *gálata si galfáḍḍa* (*gratias tibi reddo*), vel *galatakè si galfáḍḍa* (*gratias tuas tibi restituo*); addita vero secundo verbo jam habente formam activam, addit ei de vi activa, et de natura mutua ad aliquam personam.

EXEMPLA FORMÆ CAUSATIVÆ.

Etiam hic duplex sit exemplum formæ causativæ, unum pro forma causativa insita verbo formæ simplicis; secundum ejusdem formæ causativæ insitæ verbo eidem sub forma causativo-emphatica. Radicales hujus sint *WÂMA* (*vocat*, *invitat*[1]).

1. *WAMSISÊTAN* .... *WAMSIFACISÊTAN.*
2. *WAMSIFTÊTI* .... *WAMSIFACIFTÊTI.*
3. *WAMSISÊTI* .... *WAMSIFACISÊTI.*
4. *WAMSIFNÊTI* .... *WAMSIFACIFNÊTI.*
5. *WAMSIFTANÎTI* .... *WAMSIFACIFTANÎTI.*
6. *WAMSISANÎTI* .... *WAMSIFACISANÎTI.*

Nunc, ut ejusdem participii usus omnes bene agnoscantur, aliqua exempla per propositiones completas, vel per partem discursus hic addere bonum putavi.

1. *BAKÁLCA BAÊTI FI ARGINNÊTI, DÁKNA.* Stellam matutinam postquam viderimus, ibimus[2].
2. *IYÀ ANDAKÒ KAÁNNA, KAANNÊTI ÑÁḌNA, ÑAḌNÊTI MARIÁḌNA, MARIAḌNÊTI GÓḌNA.* Cantu galli surgemus, *postea* manducabimus, *postea* consilium inibimus, *postea* faciemus.

[1] Hoc verbum, uti verbum, perfecte utrumque significat; *WAMICÀ* (*invitatio*), nomen ab eo derivatum, de *invitatione* ad prandium solum intelligi debet, non vero de invitatione aut vocatione ad aliud negotium.

[2] In hoc exemplo participia *BAÊTI, ARGINNÊTI,* poterant traduci per ablativum absolutum *levata* et *visa,* sed volui ea vertere per *postquam viderimus,* ad varietatem sensus ostendendam. *BAKÁLCA* solum dixi, sed frequentius hoc nomen cum addito *BÂRI* (*aurora*) usurpatur, quia in illis regionibus Lucifer sæpe annuntiat auroram.

3. *Caginò*[1] *baêti, cêka múrna; ísa murnêti, kónce koncífna; ísa koncifnêti, mâna gárna; garnêti, ísa agérna; agernêti, fárso dúgna.* Interlunio[2] transacto, acaciam cædemus; ea cæsa, corticem arboris[3] decorticabimus; ea decorticata, domum construemus[4]; constructa, eam cooperiemus; cooperta, cervisiam bibemus[5].
4. *Bisán warabtêti* (orabtêti) *gálta.* Aqua hausta reverteris.
5. *Lolanîti duúani.* In bello mortui sunt.
6. *Agefnêti, mâta divádna*[6]*; divadnêti, nîti fúdna malè.* Postquam

[1] *Caginò* dicitur totum spatium quo luna invisibilis est, statque pro interlunio; sicuti *gována* dicitur plenilunium vespere illo quo luna est in oppositione cum sole in suo occasu. Mos non cædendi ligna et alia opera non faciendi in interlunio valde observatur in omnibus illis regionibus; ideo quid primitivum dicendum est.

[2] Acacia est una arborum ex quibus Oromones construere solent domos; ad illam cædendam vicini concurrere solent.

[3] Sive Oromones sive Abyssini utuntur cortice arborum, præsertim cujusdam sycomori pro ligaminibus ad domum construendam; *corticem decorticare* latine, *kónce kónca* oromonice, ልጥ ፡ ላጠ ፡ amarice, in his tribus linguis radicales verbi et nominis non mutantur.

[4] Constructio domus, latitudinis etiam decem metrorum, et altitudinis octo, ad modum tentorii est, et sæpe a vicinis una die perficitur.

[5] In die constructionis domus, ad vesperam solent manducare et bibere omnes simul. Magni labores omnes semper fiunt per convocationem vicinorum amicorum, ad quam nemo amicus potest honeste se recusare. In Oriente torcular vini similiter calcabatur, et hoc sensu mystice querebatur propheta, quod solus calcaverit.

[6] Apud Oromones et apud Abyssinos quum bellator hostem in pugna occiderit, huncque eviraverit, tropæum, nempe virilia, in

(in bello hostem) occiderimus caput ungemus, et postea uxorem ducemus quidem[1].

7. *Utallò*[2] *ñaddêtif duè*. Fungos quia manducavit mortuus est.
8. *Mûka sána baêtan, arbù ñádda*. Arborem illam ascensus, sycomora manducabo[3].
9. *Qoràn cabsitêti, dúfte*[4]. Collecto ligno, (mulier) venit.
10. *Bekêti fi galladêti godè* Scienter et voluntarie fecit[5].

Fere omnia allata exempla participii hujus, aut veluti

domum suam portat. Hoc magno honori illi reputatur, atque exinde caput suum butyro ungendi jure gaudet.

[1] Quando mulier alicui viro in conjugem spondetur, parentes vel etiam ipsa mulier paciscuntur matrimonium de præsenti contrahendum esse tantum quum vir sive hostem in bello, sive feram in venatione occiderit. Sæpe ad annos, conditione inexpleta, matrimonium differtur. Hujus facti egometipse testis fui.

[2] *Utallò*, amarice ጉንፋን ፡ latine verti potest *epiphora, coryza, fungus*. In regionibus Æthiopicis vulgo creditur epiphoram et coryzam manducatione fungorum generari, licet a quibusdam Æthiopibus hos morbos, imo et fungos, ex urinæ canis exhalatione oriri credatur.

[3] Adest species sycomori, cujus fructus, imo et folia, valde ad ficum nostrum accedunt, sicut pariter adsunt species ejusdem, præsertim in Oriente, quæ magis in foliis ad morum nostrum accedere videntur; hinc nomen *sycomori* e duobus vocibus græcis efformatum, nempe, *σύκῆ* (*ficus*) et *μορέα* (*morus*), quia de utroque participare videtur.

[4] *Qoràn* dicitur de ligno combustibili ad usum domesticum; *mûka* dicitur e contra de arbore, uti in exemplo præcedenti, et de natura lignea. *Cábsa* (*frangit*) dicitur pro colligere, quia colligendo rumpitur; opus est mulierum, hac de causa in feminino dictum est in exemplo.

[5] Hic participia *bekêti, cabsitêti* pro adverbio usurpantur.

conjunctiones, aut veluti adverbia sunt, uti ex traductione latina singulorum conspicitur.

PARAGRAPHUS SECUNDUS.

DE PARTICIPIO PRÆTERITO VEL PRÆSENTI COMPOSITO PER PARTICULAM *KAN*.

Ad hoc participium cognoscendum memoriæ revocanda sunt quæ de pronomine relativo *KAN* jam dicta sunt, necnon quæ de declinationibus, de constructione, de adjectivis alibi exposita inveniuntur; nam hoc participium compositum de omnibus illis accipit, et potius propositio incidens dici debet, quæ relative ad linguas nostras uti participium considerari potest.

Pro tempore præsenti vel præterito agnoscendo finalis verbi semper consideranda erit, quæ si præteriti simplicis sit, signum erit participium hoc esse præteritum; si vero finalis verbi vocalis *u* inveniatur, tunc participium præsens judicandum erit.

Ad declinationem hujus participii per casus diversos agnoscendam, constructio ejusdem et natura verbi observandæ sunt, uti jam de declinationibus dixi.

Exempla igitur prius pro temporum diversitate diversa sint, postea pro casuum differentia distincta exempla etiam proponam.

Exempla præteriti.

1. *Kan gedè, Petrosi da* . . . . . Qui dixit Petrus est.
2. *Kan lolè, Paulosi da* . . . . . Qui pugnavit Paulus est.
3. *Kan duè, isûma*[1] . . . . Qui mortuus est idem ipse est.

[1] *Isûma* (*idem ipse est*), *ûma* est finalis, quæ ordinarie dat nomen abstractum, uti *nâma* (*homo*), *namûma* (*humanitas*), sed sæpissime,

4. *Kan endunnè*[1], *às girà*	Qui non est mortuus hic adest.
5. *Kan fakatè, workì da*	Quod visum est aurum est.
6. *Kan galatè, dufè*	Qui amavit (*pro* voluit) venit.
7. *Kan gibbè, afè*	Qui abhorruit (*pro* noluit) remansit.
8. *Kan ñaddè baè*	Qui manducavit exivit.
9. *Kan hogiaddè giffára*	Quod fecit *giffara* est[2].

Exempla præsentis.

1. *Itillè*[3] *kan tólcu fakì da* . .	Tapete coriaceum qui præparat coriarius est.
2. *Dábba*[4] *kan ufáddu dubérti da*	Vestem pelliceam qui vestit mulier est.
3. *Gúrda*[5] *kan tôlu kabde*	Cinctorium conveniens (f.) habet.

quum additur pronomini personali, vel alicui attributo prædicativo, tunc affirmatio est certitudinis; sic *isûma*, *workûma*, valent *vere ipse est*, *vere aurum est.*

[1] Exemplum participii hujus ex verbo negativo compositi.

[2] *Giffára* est tela texta ex filo diversi coloris, et textili etiam pictura concinnata, ex qua vestes ad usum divitum ac maxime principum confici solent.

[3] *Itillè* dicitur pellis bovina uti corium præparata, quæ inservit veluti tapete, supra quod dormire solent sive Oromones, sive Abyssini velut linteum. Abyssini, sedibus carentes, etiam sedere solent super illud in die, non vero Oromones, qui ordinarie sedilia modica habent.

[4] *Dábba* est nomen amaricum satis cognitum apud Oromones, apud quos melius *wállo* dicitur pellis bovina præparata ad modum corii Marrochii, qua apud Oromones et apud aliquos Abyssinos generaliter vestiri solent mulieres; apud istos etiam *dábba* generaliter vestiri solent monachi austeriores, maxime eremitæ, nec non juvenes studio dediti.

[5] *Gúrda* est cinctorium tenue puerorum; si mulierum sit, est velut monile margaritis vitreis (gallice *verroteries*) diversi coloris vario tex-

4.	*Kan hundûma dendâu*[1]	Qui omnia potest (*omnipotens*).
5.	*Kan lôlu*[2] *abirmáḍḍu*[3]	Bellator discedat ad pugnam.
6.	*Oma kan ẹngôḍu*	Nihil facientes.
7.	*Maskála kan bîtu*	Mascala[4] qui emunt (*ementes*).
8.	*Wandabò*[5] *kan itâu*	Indusium quod erit.
9.	*Kallè*[6] *kan gâu*	Ad pallium militis quod sufficit.
10.	*Qáraba*[7] *kan gûrguru*	Gladiolos vendentes.
11.	*Fáki kan olfêsu*	Coriarios honorantes[8].
12.	*Boyè kan ñáḍḍu*	Porcum manducantes[9].

tum ad modum iridis, magis vel minus largum et pretiosum juxta diversam conditionem; eo cinguntur mulieres Oromones ad renes, ubi ligata pendet *dábba* supradicta.

[1] Hic inter particulam *kan* et verbum intercedit *hundûma*, pro unico participio.

[2] Hic etiam *kan lôlu* per adjectivum *bellator* traductum volui.

[3] *Birmáḍḍa*, amarice ዘመቱ ፡, est verbum significans, veluti sacramentaliter, discessum ad bellum faciendum, et nihil aliud.

[4] *Maskála* dicitur crux sive apud Abyssinos sive apud Oromones, licet primi mysterium crucis cognoscant, non vero secundi; hic tamen *maskála* dicitur apud Oromones ornamentum indusii mulierum circa collum, ex panno rubro vel ex materia serica conflatum, quod formam ornamenti archiepiscopalis, gallice *pallium* nuncupati, habere videtur.

[5] *Wandabò*, vel *tabbakò* dicitur tunica gossypica, qua vestiri solent mulieres apud Oromones; hæc tamen descendit solum usque ad renes.

[6] *Kallè* est pallium informe, ordinarie ex panno rubro vel ex materia serica, quo induuntur milites in actu belli, tum apud Abyssinos, qui illud ለምድ ፡ vocant, tum apud Oromones.

[7] *Qáraba* est instrumentum quod ex una parte novacula et ex altera est veluti forceps ad eradicandas spinas; populi illi semper nudipedes hoc instrumentum secum portant.

[8] Coriarius infamis est apud omnes illos populos, maxime meridionales.

[9] Porcus animal immundum reputatur ab omnibus illis populis,

EXEMPLA PRO DIVERSIS CASIBUS.

In supra allatis exemplis fere omnia participia in casu nominativo et vix aliqua in accusativo sunt; omisso igitur nominativo et vocativo casu, de cæteris omnibus quædam hic exempla submittam.

Pro genitivo.

1. *Kan nâma dufútti*	Venientis hominis est (*venturi*).
2. *Kan fôn islâma ñaḍḍútti*	Carnem islamiticam manducantis est[1].
3. *Kan ebîca ḍugútti*[2]	*Ebiciæ* hydromeli bibentis est.
4. *Kan gâja tutútti*[3]	Tabaci fumum ore trahentis est.

apud quos legalia Hebræorum multa in usu sunt. Apud Abyssinos dicitur አርዮ ፡.

[1] Per carnem islamiticam significatur caro animalium occisorum a Mahumedanis. Diversæ sectæ religiosæ illarum regionum non solent manducare carnem animalium occisorum a personis sectæ diversæ, ne communicent sacrificiis earum; talis carnis manducatio est veluti professio externa religionis, ab eaque absolute abstinere debent in Abyssinia christiani qui ut tales considerari volunt. Pagani carnem a quocumque occisam manducare solent.

[2] *Ebîca*, amarice ግራዋ ፡ est arbuscula cujus folia valde amara efficaxque contra febrem remedium sunt. Ex floribus autem illius, valde aromatici quum sint, mel ab apibus extractum præ omni alio percelebre est ad hydromeli conficiendum, ita ut hujus generis hydromeli tanti apud illos populos, quanti vinum celeberrimum apud nos æstimatur; *ebîca ḍûgu* igitur valet illius hydromeli bibere.

[3] *Gâja tûtu* (gallice *fumer la pipe*) est usus universalis apud omnes illas gentes, præsertim apud Oromones, et quid sacrum apud magos eorum. Initio mei ingressus in Abyssiniam, adhuc profanus hic usus erat apud christianos; nunc quasi universalis factus est etiam apud eos.

Pro casu dativo.

1. *Nâma sagadútti kénni* . . . . Adorantibus da.
2. *Gárri kan dufútti hîmi* . . . . . . Venientibus loquere.
3. *Nâma kan lôluf kâi*[1] . . . . Pugnaturis serva.

Pro casu accusativo.

1. *Kan argáddu bîtuf* . . . . Quod invenerit empturus.
2. *Nâma ságadu agêsuf* . . . . Adorantes occisurus.
3. *Gárri hâmu éguf*. . . . . Messores exspectaturus.
4. *Sibilla*[2] *kan tûmu bárbacuf* . . . Ferrum fabricantes quæsiturus.
5. *Nâma gûru dówuf* . . . . Gestatores prohibiturus.
6. *Kan warégu*[3] *dippîsuf*. . . . . . . Voventes impediturus.

Pro casu ablativo.

1. *Afàn dubbaddútti dagaêra* . . . . Ex loquente audivi[4].

[1] *Kâa* est verbum quod indifferenter significat *surgo, repono, servo, reservo,* in sensu litterali; aliquando *kâi* in modo imperativo dicitur etiam ei qui loquitur odiosa, ut dicatur ei : *desine talia loqui.*

[2] *Sibílla* hic traduxi per vocem *ferrum,* sed nomen genericum est pro omni metallo intelligendum, excepto auro, argento et stanno. Ferrum dicitur *sibílla gurrága* (*metallum nigrum*), æs vero dicitur *sibílla dîma* (*metallum rubrum*). Circa hoc observandum quod color niger attributus ferro lato modo intelligendus est, eodem modo quo de aqua *bisàn gurrága* (*aqua nigra*) dicunt pro *aqua pura;* ideo, ni fallor, *metallum nigrum* in eorum mente idem est ac *metallum purum,* quia illic fere unicum est metallum ab indigenis cognitum.

[3] *Warégu* per *vovere* traduxi, et *dippîsu* per *impedire,* sed primum significat potius *offerre,* et *waréga,* ut nomen, oblationem religiosam designat; secundum vero pro *cogi, opprimi,* et similia, accipi potest.

[4] *Afàn dubbaddûtti* dictum est in hoc exemplo brevitatis causa, sed melius erat dicere : *afàn nâma dubbaddútti* (*ex ore hominis loquentis*). et etiam, hoc posito, adhuc particula *kan* supponenda sem-

2. *Hárka* KENNÚTTI FUḌAḌḌU ..... E manibus dantis accipe[1].
3. *Edde* BULÚTTI BARBÁḌḌU....... Ubi permanens sit quære.
4. *Nâma* BEKÚTTI BARÊRA........ Ab homine sciente didici.

Ex omnibus allatis exemplis perspicuum est, particulæ KAN, quam ad hoc participium componendum necessariam diximus, substitui posse nomen substantivum ad quod ipsa particula relativa semper referri supponitur.

PARAGRAPHUS TERTIUS.

EXEMPLA PARTICIPII FUTURI ET GERUNDIVI.

De his participiis exempla in unum præsentem paragraphum coacervabo, utpote quæ valde simpliciora et clariora sunt.

Primo quidem pro participio futuro, quum indeclinabile omnino sit, sequentia pauca exempla sufficiant hoc loco, remittendo lectorem ad lectionem de verbis.

1. *Dámma* ARGÁCUF KAFÒ[2] KAÊRA..... Ad mel inveniendum (Mel inventurus) cistam posui.
2. *Barcûma* TOLCUF MÛKNI MURAMÊRA . Ad sedile[3] conficiendum (Sedile confecturus) arbor cæsa est.

per est, ita ut idem esset ac dicere : AFÀN NÂMA·KAN DUBBAḌḌÚTTI (*ex ore hominis, qui loquens est*), quod brevius supra traduxi dicendo : *Ex ore loquentis.*

[1] Fere idem dicendum de hoc exemplo et sequentibus, quia casus ablativus aliquod substantivum magis explicitum postulat præ aliis casibus.

[2] *Kafò* oromonice, ጋንሬ amarice, est instrumentum quod suspenditur arboribus pro apibus; cistam illud appellavi, quia ei simile, aut canistro oblongo est.

[3] Oromones ad differentiam Abyssinorum sedilia habent; sed ad

3. *MIDÀN* NÁKUF *GÚMBI*[1] *KOPPAÊRA.* Grana repositurus vas præparavi.
4. *TÉLBA*[2] TÛMUF *ELÈ*[3] *IBIDÂTTI KAÊRA.* Grana lini pinsiturus furnum super ignem posui.
5. *DADÀ*[4] *NUGÌ* BASUF *HUNDINU KOPAÉ ITAA.* Ad oleum *nugi* extrahendum omnia parata sunt.
6. *MULÙ* ÑACUF *BOKKOLÒ*[5] *QÁBNA.* Granum coctum aqua manducaturi milium indicum habemus.

ea conficienda truncum arboris consumunt, illum vel sculptura vel torno satis decenter præparando.

[1] Ne latine dicerem *GÚMBI*, nomen genericum *vas* posui; hoc autem vas formatur ex luto et palea *tefi*, et est figuræ circularis, altum circiter decem palmis et amplius, et largum sex et ultra, prout postulat necessitas grana reponendi et locus in quo collocari debet.

[2] Sive Abyssini sive Oromones linum optimum habent, sed miranda res! granum ejus manducant, et residuum comburunt. Farina lini, in aqua cum sale soluta, est obsonium exquisitum in diebus jejunii; ego ipse eam manducavi per 20 annos.

[3] *ELÈ* traduxi per furnum, quia pro eo saltem inservit ad panem coquendum; in hoc veluti patella grana lini torrentur antequam in mortario pinsantur; in dicta patella, quæ amarice ምጣድ ፡ dicitur, assantur omnia grana quæ assata manducari solent, uti fabæ, cicera, hordeum, milium indicum, et alia hujusmodi.

[4] Sive Abyssini sive Oromones, nescientes culturam olivæ, quam relinquunt in silvis infructuosam, exprimere solent oleum ex grano cujusdam plantaginis *nugi* dictæ; carentes torculari, dicta grana prius assant in patella, deinde in mortario pinsunt, tandem per ebullitionem cum aqua oleum exprimere solent. *Nugi* apud doctos *Guizotia oleifera* vocatur.

[5] Sive Abyssini sive Oromones, propter imperfectionem molæ, quæ apud eos adhuc primitiva est, grana assata in patella, ut supra dixi, vel cocta in aqua sæpe manducant; assatum granum Abyssini ቆሎ ፡ appellant, et Oromones *AKÁWI;* coctum vero aqua, primi appellant ንፍሮ ፡, et secundi *MULÙ*. Pro utroque, præ omnibus gra-

Non sic dicendum de participio gerundivo, quod aliqua conjugatione donatur per personas; de eo sit statim exemplum :

1. *Utu békû dufêra* . . . . Sciens *vel* sciendo veni.
2. *Utu béktu duftêrta* . . . . Sciens *vel* sciendo venisti.
3. *Utu bêku dufêra* . . . . Sciens *vel* sciendo venit.
4. *Utu béknu dufnêra* . . . . Scientes *vel* sciendo venimus.
5. *Utu béktanu duftanîrtu* . . . . . . Scientes *vel* sciendo venistis.
6. *Utu békanu dufanîru* . . . . Scientes *vel* sciendo venerunt.

Allatum participium efformatur ex præterito simplici per additionem particulæ *ûtu* ante radicales, et per mutationem ultimæ vocalis in *u*, uti jam dixi; hoc autem, quamvis magis populare et usitatum, attamen dici non potest, neque unicum participium hujus generis, neque melius; etenim a personis magnæ considerationis[1] audivi illud rarissime usurpatum, et loco ejusdem utebantur verbo in modo infinitivo cum affixo *tu* in fine, uti *gacûtu* (*in dicendo*), *bekûtu* (*sciendo*), *dufûtu* (*veniendo*).

nis, milium indicum in usu est apud illos populos, quia ad molendum difficilius; hoc autem apud Oromones nomine proprio *bokkolò* appellatur, apud Abyssinos vero የባሕር ፡ ማሽላ ፡ (*milium maris*) dicitur, sic præbendo in proprio nomine testimonium propriæ originis e regione longinqua, uti de hoc grano evenit in multis aliis regionibus.

[1] In Lagamara veniebat sæpe ad me valde venerabilis senex nomine *Dóbbe* (a quo plures notas, sive circa linguam oromonicam, sive etiam circa traditiones antiquas illius populi acceperam); hic fere nunquam utebatur participio supradicto per particulam *ûtu* efformato, sed magis hoc ultimo exprimere solebat nostrum participium gerundivum, dicendo *gacûtu*, ut supra.

LECTIO SEXTA.

DE ADVERBIIS.

Utraque lingua, amarica nempe et oromonica, habent procul dubio sua adverbia, licet rarissime simplicia et elementaria, sed fere semper composita ex adjectivis vel ex participiis per additionem alicujus præpositionis, uti postea exemplis et notis explicabo.

Adverbia alia sunt modi, alia ordinis, alia loci, alia temporis et alia quantitatis; de omnibus distinctis capitibus agendum erit.

Ante omnia præcedere faciam tabulam præcipuorum adverbiorum in utraque lingua, suis numeris ordinatorum, postea, si quæ circa ea observanda erunt, addam. Quum autem sæpissime nullam adverbii apparentiam habeant in his linguis, semper præcedere faciam adverbium latinum, ut studiosus per illud statim discat de quo agatur.

CAPUT PRIMUM.

ADVERBIA MODI.

1. Sapienter *et* prudenter[1]. በኁበልየት፡ . . . . *BEKUMÁTTI.*

[1] In his linguis, uti jam alibi notavi, prudentia et sapientia non distinguuntur.

2. Fortiter. . . . . በብርታት ፡ . . . . ḌABÊSE.
3. Paulisper . . . . በጥቂት ፡ . . . . SUTÛMA.
4. Dulciter . . . . ለዝብ ፡ . . . . LAFISÊTI.
5. Juste *et* vere [1] . . . . በውነት ፡ . . . . ḌUGÁTTI.
6. Bene. . . . . በመልካም ፡. . . . . GARÍTTI.
7. Scienter *et* sapienter አውቆ ፡ . . . . ÚTU BÊKU.
8. Libenter *et* voluntarie. ወዶ ፡ . . . . ÚTU ḌÁLATU.
9. Certe *et* vere . . . . . ርግጥ ፡. . . . . ḌUGÁḌA.
10. Præsto (celeriter). . ፈጥኖ ፡, ተሎ ፡. . . . . DÁFI [2].
11. Necessario. . . . . በግድ ፡. . . . . GIDÍTTI.
12. Injuste [3]. . . . . በሌብነት ፡, በተንኰለኝነት ፡ HATTUMÀTTI.
13. Publice . . . . ገልጦ ፡, ባዋጅ ፡ [4] . . . . MULLATET.
14. Secrete . . . . ተሸሽጎ ፡, በስውር ፡ [5] . . . . ḌOKSÊTI [6].
15. Malitiose. . . . . በክፋት ፡ [7] . . . . HAMEÑÁTTI.

[1] *Juste* et *vere* in his linguis non distinguuntur. In lingua oromonica insuper *certe* per idem fere verbum vertitur, uti videri potest n° 9, in quo ḌUGÁḌA fere idem est ac ḌUGÁTTI, num. 5.

[2] In lingua oromonica hoc adverbium modi exprimitur per imperativum verbi DÂFA, id est *festina*.

[3] Utraque lingua caret vocibus *justitia* (nisi *rectitudo* pro justitia accipiatur) et *injustitia;* consequenter caret etiam adverbiis ab illis derivatis; ideo pro adverbio *injuste* utitur voce በሌብነት ፡ (*per latrocinium*) in ablativo, vel voce በተንኰለኝነት ፡ (*per dolum*). Cave ne confundas ተንኰል ፡ cum ጥንቈል ፡.

[4] In utraque lingua hæc adverbia sunt participia significantia *manifestum* manifestatione facti. In lingua amarica አዋጅ ፡ est publicatio juridica, publica auctoritate facta.

[5] ተሸሽጎ ፡ pro *abscondito* stat, በስውር ፡ magis pro *secreto*.

[6] ḌOKSÊTI est participium significans *absconditum* simul et *secretum*. In Ennerea pro *mysterio* MAKTÒ habetur.

[7] Hic in utraque lingua *malitia* in ablativo tanquam adverbium est.

Omnia allata exempla sunt vel nomina substantiva aut adjectiva per præpositionem በ et affixam syllabam *TI* (*in* vel *cum*) in adverbia constructa, vel sunt participia sæpissime præterita et aliquando etiam præsentia. In lingua amarica nulla sunt adverbia simplicia, sed omnia composita vel mutuata ut supra. In lingua oromonica autem numerus tertius dici posset adverbium verum et simplex; cætera etiam composita sunt. Ad normam supradictorum possunt ad nutum fieri participia modi pro opportunitate.

CAPUT SECUNDUM.

TABULA ADVERBIORUM ORDINIS.

1.	Ante	ፊት ፡	*DÛRA* [1].
2.	Post	ኋላ ፡	*BÔDA* [2].
3.	Antea	በፊት ፡	*DURÁTTI* [3].
4.	Postea	በኋላ ፡	*BODÁTTI*.
5.	Deinde	ከዚሁ ፡ ወዲያ ፡	*SIÁCI*.

[1] Hoc adverbium intelligi debet de prioritate sive temporis sive loci in utraque lingua; idem etiam dicendum de omnibus ab eo derivatis et super illud constructis.

[2] Hoc etiam adverbium cum omnibus suis derivatis, sicuti præcedens, de posterioritate sive temporis sive loci intelligendum est.

[3] In hoc et in sequentibus quamplurimis adverbiis, uti in quarto, nono, duodecimo, decimo quarto et decimo quinto, *TI* finalis absolute necessaria non est, sed ad nutum addi potest ad energiam sermoni tribuendam, excepto casu quo adverbium referatur ad aliquod

6. Antiquitus.... ቀደም ፡ *vel* ቀድሞ ፡ ... G̣ALKAVADURÁTTI.
7. Primario..... ከሁሉ ፡ በፊት ፡...... HUNDÛMA FULDURÁTTI.
8. Postremo..... ከሁሉ ፡ በኋላ ፡...... HUNDÛMA BODÁTTI.
9. Coram........ ፊት ፡ ለፊት ፡....... FULDURÁTTI.
10. Gradatim..... ቀጥሎ ፡............ ORDOFÊTI.
11. Confuse...... ድብልቅ ፡.......... MAKKAÊTI.
12. Separatim.... የብቻ ፡............ KÓPATI.
13. Diverse...... ልዩ ፡ ሰራት ፡....... GÁRGAR.
14. Supra........ በላይ ፡............ IRRÁTTI.
15. Subter....... በታች ፡............ G̣ALÁTTI.
16. Dextrorsum... በቀኝ ፡............ MERGÁTTI.
17. Sinistrorsus... በግራ ፡............ BÎTATI.

Circa allata exempla observandum in primis aliquas particulas esse adverbia in uno sensu et præpositiones in alio, quod evenit in latino, ut sunt præsertim illæ quæ sub num. 1, 2, 14, et 15 inveniuntur. Cætera omnia sunt composita vel ex nomine, vel ex verbo in participio, uti capite præcedenti notatum est. Ad normam supradictorum alia similia construere ad nutum quis poterit.

tempus in particulari vel etiam ad locum. Idem dicendum de littera በ initiali pro lingua amarica, quæ fere idem officium præstat. Ratio est quia fere omnia allata adverbia simplicia sunt et non composita. Notandum est vero ኋላ ፡ sine præpositione rarissime usurpari.

CAPUT TERTIUM.

TABULA ADVERBIORUM LOCI.

1.	Hic	በዚህ ፡	*asítti* vel *ási*[1].
2.	Illic.	ወድያ ፡	*acítti* vel *áci*.
3.	Huc	ወደዚህ ፡	*gára asítti*.
4.	Illuc	ወደዝያ ፡	*gára acítti*.
5.	Intus	ውስጥ ፡	*kêsa*.
6.	Medio	በማኸል ፡	*ġíddu*.
7.	Extra	በውጭ ፡	*dída*.
8.	Pone	በኋላ ፡	*dûba*.
9.	Ubi	ወዴት ፡	*êsa* vel *esátti*.
10.	Circum	በዙርያ ፡	*nánnati*.
11.	Longe	ሩቅ ፡	*fagò*.
12.	Prope	ቀርብ ፡	*diò*.
13.	Alte	ረዥም ፡	*dērátti*.
14.	Breviter	ባጭር ፡	*gavabsêti*.
15.	Superius	በላይ ፡	*irrá*.

በዚህ ፡ (*hic*), primum exemplum præfatæ tabulæ in amarico, est adverbium et pronomen, perfecte uti evenit in latino de adverbio *hic*, quod pronomen etiam est. Cætera adverbia ejusdem tabulæ simplicia sunt quoad ma-

[1] In hoc et in sequenti exemplo *ti* finalis non est essentialis, nisi agatur de loco *in quem* tenditur, vel *in quo* aliquid situm est. Ita res se habent in exemplis sub numeris tertio, quarto et nono. Idem dicendum de littera በ initiali pro lingua amarica, saltem ordinarie, nisi littera illa sit radicalis, vel adverbium sit jam compositum ex alia præpositione.

jorem partem; sic tertium decimum est participium, et quartum decimum compositum est ex adjectivo.

CAPUT QUARTUM.

TABULA ADVERBIORUM TEMPORIS.

1.	Hodie	ዛሬ ፡	HÁRRA.
2.	Heri	ትላንት ፡	KALÊSA.
3.	Nudius tertius	ሠለሥተናው	DENGÉDDA.
4.	Cras	ነገ ፡	BÔRU [1].
5.	Postridie	ከነገ ፡ በስትያ ፡	ÍFTAN.
6.	A postera die	ከነገ ፡ ወድያ ፡	ÍFTAN ÁCI.
7.	Hoc anno	ዘንድሮ ፡	BARANA.
8.	Anno elapso	አምና ፡	BĀR DENGÉDDA.
9.	Continuo	ዘወትር ፡	GÁFA BARITÛMA.
10.	Semper	ወትሮ ፡	GÁFA BARITÛMA.
11.	Perpetuo	ዘለዐለም ፡ [2]	GÁFA BARITÛMA.
12.	Nunc	አሁን ፡	ÁMMA.

[1] Hæc duo adverbia in utraque lingua conjugantur etiam ut verba pro *lucescit dies*. In lingua oromonica tamen hoc verbum mutat primam vocalem o in A, et verbum irregulare est solum præteritum habens, nisi confundatur cum verbo *addiscere;* tunc enim verbum regulare est. Revera, dum homo discit aliquid, circa rem apprehensam potest dici cum aliquo fundamento quod dies fiat in intellectu illius; ideo non repugnat supponere quod originaliter hæc duo verba unum fuerint. Quod certum est eodem modo pronunciatur pro *lucescit dies* et pro *didicit:* semper enim BARÊRA dicitur, et in participio futuro BÂRUF; verum in præsenti BÂRA significat solum *disco* vel *discit*. In lingua amarica, si verbum, NAGGÀ, sin autem adverbium NAGÀ pronunciatur.

[2] ዘለዐለም ፡ est vox mutuata a lingua æthiopica, cujus radicales

13. Una vice........ አንድ ፡ ጊዜ ፡....... *GÁF TÔKO* (*ÇÀ TÒKO*).
14. Aliqua vice...... አልፎ ፡ አልፎ ፡...... *DÉRVE DÉRVE.*
15. Alia vice........ ሌላ ፡ ጊዜ.......... *GÁFA BẸRÀ.*
16. Præsto præsto.... ቶሎ ፡ ቶሎ ፡......... *ḌÂFI DÂFI*[1].
17. Nunquam....... (In utraque lingua deest, et forti negativa suppletur.)
18. Annuatim....... ሁሉ ፡ ዐመት ፡....... *ÁMMA WAGÁTTI.*
19. Mane........... ማለዳ ፡............. *GÁNAMA.*
20. Vespere......... ማታ ፡.............. *GÁLGALA.*
21. Meridie......... ቀትር ፡............. *WÂRI.*
22. Aurora.......... ንጋት ፡............. *BÂRITU.*

Ex viginti duobus exemplis allatis duodecim sunt adverbia simplicia; quatuor primi et quatuor ultimi sunt simplicia in utraque lingua, idem dicendum de septimo et duodecimo; quintum est simplex in lingua oromonica, non vero in amarica; decimum autem simplex est in lingua amarica, non vero in oromonica. Cætera, quæ simplicia dici non possunt, sunt composita vel ex participio vel ex præpositione, uti in præcedentibus capitibus dixi, excepto numero decimo sexto, quod est simplex, sed reduplicatum.

In exemplis compositis sæpe vox ጊዜ ፡ invenitur in lingua amarica; hæc vox plures habet significationes[2], sæpissime ex se, quando sola adhibetur, adverbium est cor-

sunt ዐለም ፡ (*mundus*), quibus additur ለ ut dicatur ለዐለም ፡ (*sicut mundus* vel *ad mundi finem duratura*), veluti in perpetuum; huic postea tanquam voci receptæ additur ዘ præpositio genitivalis.

[1] In utraque lingua duplicatio hujus adverbii non est absolute necessaria, sed ad emphasim fit.

[2] ጊዜ ፡ ordinarie significat *tempus* generice, aliquando *momentum* et etiam *horam;* sed, si absque præfixo pronuncietur, specialiter

respondens nostro *opportune;* sic dicitur በጊዜ ፡ መጣ ፡ (*opportune venit*, vel *in tempore venit*).

In lingua oromonica vero sæpe GÂFA in usu est. Hæc vox etiam plures habet significationes [1]; sed aliquando per se sumitur ut adverbium significans *opportune* ut supra, et unita aliis vocibus, uti HUNDÛMA vel BARITÛMA, pro aliis adverbiis etiam inservit, ut in tabula supradicta conspicitur. Aliquando significat etiam *vices*, sic dicitur GÀF MÊKA DUFÈ (*quot vices venit!*); sed pro *vice* melius poneretur ÇÀ loco GÂFA. Si quæstio esset de una tantum vice, vel potius de aliqua vice in particulari, tunc melius diceretur TÂKA sine addito, v. g. : TÂKA NAN DÛFA (*una vice* vel *aliquando ego veniam*). Præter supradicta adest insuper JÊRO, quod ordinarie *tempus* significat, et sæpe tanquam adverbium, fere eodem sensu quo diximus de GÂFA, accipitur; sed JÊRO magis pro *quando*, *dum* vel *quum*, accipi debet.

CAPUT QUINTUM.

ADVERBIA QUANTITATIS.

Adverbia quantitatis non multa sunt, eaque fere omnia nomina adjectiva vel pronomina adverbialiter usur-

significat *horam manducandi* in diebus jejunii, quæ est circa tertiam post meridiem.

[1] GÂFA significat ordinarie *diem*, vel *horam*, vel *momentum*, vel etiam generice *tempus*. Eædem radicales sunt etiam verbum regulare significans *interrogo*, v. g. TÂKA SI GÂFA (*semel interrogabo te*).

pata, de quibus jam antea peractum est. Hic tamen breviter ea exponam in solita tabula.

1.	Parum.........	ጥቂት ፡	*TÍNNO* vel *TÍNNA*.
2.	Minus.........	ይልቅ ፡ ጥቂት ፡	*TITÍNNO* vel *TINNAJÒ*.
3.	Minimum......	እጅግ ፡ ጥቂት ፡	*SONÀN TINNAJÒ*.
4.	Valde..........	እጅግ ፡	*SONÀN*.
5.	Multum........	ብዙ ፡	*BAJÈ* vel *GÚDDA*[1].
6.	Plus, Magis....	ይልቅ ፡ ብዙ ፡	*KAN CÂLU*.

Adsunt et alia adverbia quantitatis, uti, præter aliqua alia hic brevitatis causa omissa, እንደ ፡ in amarico et *ÁKA* in oromonico, quæ æquivalent nostris *quantum*, *sicut*, *velut*, v. g.: እንደ ፡ ጕልበቴ ፡[2], *ÁKA HÚMNAKÓTI* (*secundum vires meas*, i. e. *in quantum possum*). Numeralia nomina rarissime tanquâm adverbia usurpari solent in his linguis; sed, si occurrat, tunc adjectivum eorum cui præfigitur præpositio በ in amarico, et affigitur *TI* finalis in oromonico, adverbio æquivalere poterit; v. g.: በሦስተኛ ፡, *SADAFÁTTI* (*tertio* vel *tertio loco*).

[1] Uti alibi jam notavi, Oromones sæpe confundunt *magnum* et *multum;* sic, licet *BAJÈ* significet specialiter *multa* numerice, et *GÚDDA magnum*, dicunt tamen : *GÚDDA DUFÈ* (*multi venerunt*).

[2] Allata exempla proprie *quoad vires meas* significant. ጕልበት ፡ amarice, et *HÚMNA* oromonice perfecte idem sunt, et intelligi debent præcipue de robore et vi corporea, fere nunquam in sensu morali ac supernaturali. In hoc ultimo sensu *robur* verti potest amarice ኃይል ፡ et oromonice *ÁNGO;* sic male diceretur amarice በእግዜር ፡ ጕልበት ፡, et oromonice *HÚMNA WAKAJÓTI* (*robur Dei*); bene vero dici debet በእግዜር ፡ ኃይል ፡, et oromonice *ÁNGO WAKAJÓTI*. Quapropter, deficiente in his linguis voce *virtus*, ejus locum tenent ኃይል ፡ in lingua amarica, et *ÁNGO* in oromonica.

APPENDIX.

DE ADVERBIIS GENERATIM.

Apud nos adverbia distinguuntur a nominibus in eo quod illa indeclinabilia sint, non vero ista; in istis linguis res sic absolute dici non potest. Quamvis enim stricte in lingua amarica nec non et in oromonica nomina indeclinabilia per se dici debeant, utpote quæ in eorum radicalibus invariabilia et declinabilia solum sint propter litteras characteristicas præfixas vel affixas quas recipiunt in diversis casibus; attamen sufficiens differentia adhuc exstaret per illas solas litteras inter nomina et adverbia in istis linguis, si adverbia nullos casus diversos haberent uti apud nos; sed res aliter se habet, et adverbia sæpissime recipiunt affixa casuum, uti ostendunt sequentia exempla in utraque lingua.

1. የውስጥ ፡[1] ይምጡ ፡ . . . . Qui interius veniant.
2. ለዘወትር ፡ ይሁንለ ፡ . . . . Pro semper sit.
3. በዘለዐለም ፡ መኖር ፡ . . . . Æternaliter vivere.
4. ኃጢአተኛ ፡ የአሁን[2] ፡ ያስባል ፡ Peccator pro instanti cogitat

[1] የውስጥ ፡ et የውጭ ፡ correspondent perfecte vocibus *interior* et *exterior* linguæ latinæ; sed, quum de personis agitur, tunc የውስጥ ፡ ሰው ፡ individuos familiæ, et የውጭ ፡ ሰው ፡ extraneos familiæ significat. Quando quæstio est de magnis domibus, ut sunt præsertim principum domus, dicendo የውስጥ ፡ ሰው ፡ intelliguntur domestici et officiales personæ principis specialiter addicti.

[2] አሁን ፡ (*nunc*) non debet confundi cum ዘንድሮ ፡ jam supra notatum; quia primum de instanti locutionis moraliter intelligendum est, secundum vero de epoca præsenti. Pariter አሁን ፡ non de-

1. *Isa ammátti*.................. Ille qui nunc est.
2. *Isa bodátti*.................. Ille posterior est.

Allata exempla nequivi litteraliter in latinum traducere nisi ad purum sensum, in primo ውስጥ ፡ est adverbium cui præfixa est የ genitivalis; in secundo ዘወትር ፡ (*semper*) est adverbium cui præfixa est præpositio ለ pro dativo; sic de aliis duobus. Duo exempla linguæ oromonicæ exhibent duo adverbia *ámma* (*nunc*) et *bóda* (*postea*) in casu dativo, quæ tanquam adverbia latine reddi non possunt in tali casu, ac ideo per gyrum et additiones versa sunt.

'bet confundi cum እወን ፡ (*utique*), affirmativa simplici, quæ oromonice *éni* dicitur et arabice *íwa*.

LECTIO SEPTIMA.

DE PRÆPOSITIONIBUS.

Omnes linguæ suas habent præpositiones sive proprie sive improprie sic appellatas. Lingua amarica præpositionibus magis abundat quam oromonica. In illa lingua veræ præpositiones, sequendo etymologiam latinam, dici possunt, quia ut plurimum præponuntur nomini vel verbo; in hac vero lingua non possunt stricte dici præpositiones, quia non præponuntur sed postponuntur.

Quum autem præpositionum natura et ordo diversi sint in utraque lingua, de iisdem duplici capite pertractare convenit, prius de præpositionibus linguæ amaricæ, postea de iisdem pro lingua oromonica.

CAPUT PRIMUM.

DE PRÆPOSITIONIBUS LINGUÆ AMARICÆ.

In lingua amarica præpositiones duplicis generis sunt: aliæ sunt simplices, quæ casuum constructioni inserviunt, ut የ, ለ, በ, ከ, ወደ፡, ስለ፡, እንደ፡, et ን [1] finalis accusativi; hæ solæ veræ præpositiones sunt, quia hæ solæ

[1] ን finalem cum istis omnibus volui quidem recensere, quia convenit cum aliquibus ex citatis in eo, quod signum casus accusativi sit,

præponuntur nomini vel verbo, excepta ultima ን, quæ postponitur. Hæ etiam dicuntur simplices, quia per se solæ sufficiunt ad constructionem casuum et verborum.

Aliæ sunt compositæ, quæ diversas præpositiones simplices regunt et diversos casus, uti sunt sequentes ዘንድ ፡, ፊት ፡, ጋራ ፡, ውስጥ ፡, በቀር ፡, ቅርብ ፡, ወደያ ፡, በኋላ ፡, ማኸል ፡, et paucæ aliæ similes. Hæ dicuntur compositæ, quia cum simplicibus semper inveniuntur colligatæ. Insuper, ad rigorem etymologiæ latinæ sæpe citatæ, præpositiones dici non possunt, quia non præponuntur nomini sed postponuntur.

De præpositionibus simplicibus et compositis sit sermo distinctus in duobus articulis sequentibus.

ARTICULUS PRIMUS.

DE PRÆPOSITIONIBUS SIMPLICIBUS.

Quia in his linguis ad differentiam nostrarum præpositionibus construuntur casus in declinatione nominum, necnon aliqui modi in conjugatione verborum, omnia

sed nullo modo præpositio dici potest; hæc enim neque præponitur nomini, neque vim aliquam regendi casum accusativum habet, sed simpliciter signat accusativum rectum a verbo activo, neque insuper in hoc casu absolute necessaria dici potest, nisi quando occurrit necessitas distinguendi inter duo nomina quorum unum regit et alterum regitur, uti ሰው ፡ ሰውን ፡ ገደለ ፡ (*homo hominem occidit*); etenim non esset error si diceretur ጳውሎስ ፡ ሰው ፡ ገደለ ፡ (*Paulus hominem occidit*); vel de subjecto agente jam cognito si diceretur simpliciter ሰው ፡ ገደለ ፡.

exempla relata ubi de nominibus et verbis actum est ad quæstionem præsentem exponendam inservire possunt; attamen hic aliqua addam exempla præpositionum simplicium tum nomina, tum verba regentium.

1. የጻና፡[1] ጉማሬ፡ ታየ፡. Tanæ (*lacus*) hippopotamus visus est.
2. ለርብ፡[2] ጂን፡ ሰገደ፡.. Rebi genium adoravit.
3. የአባይ፡ አዞን፡ ገደለ፡.. Nili crocodilum occidit.
4. በበሽሎ፡[3] ሞተ፡..... In Bachelo (*fluvio*) mortuus est.
5. ከተከዜ፡[4] መጣ፡..... Ex Takazè (*fluvio*) exivit.
6. የየመጣ፡ ነው፡...... Illius qui venit (*venientis*) est.
7. ለገደለ፡ ቀማንት፡[5]... Occisori Camanto.
8. ወደ፡ ጎንደር፡ ሊሔድ፡ Ad Gondar iturus.
9. በተወጋ፡ አገር፡..... In regione qua bellum actum est.
10. ቀማንት፡ ከሆነ፡..... Camantus ex quo est *vel* factus est.

[1] ጻና፡ vel ጣና፡ (*Zana* vel *Tana*) est lacus celebris in Æthiopia, dictus etiam apud nos, sed male, *Dembea*, quia ad meridiem provinciæ ደምብያ፡ appellatæ est situs. Ejus hippopotami celebres sunt, et ex eorum pelle fiunt scuta.

[2] ርብ፡ vel እርብ፡ (*Reb* vel *Arb*) est flumen secundarium, quod ex oriente ad occidentem fluit in lacum supra dictum ጻና፡ vel ጣና፡. In his regionibus perceleber genius vulgo creditur existere, cujus sedes præcipua supponitur in hoc flumine; de hoc multæ fabulæ superstitiosæ ventilantur in populo.

[3] በሽሎ፡ (*gallice Bachelo*) est flumen ex primariis Abyssiniæ fluens ex oriente ad occidentem in Nilum cæruleum prope *Martula Maryam* in Gogiam.

[4] ተከዜ፡ (*Takazè*) post Nilum est præcipuum flumen Abyssiniæ, quod ex confinibus orientalibus ejusdem fluit ad occidentem, et in Nilum se effundit in *Nubia* superiori vel potius *Sudan* inferiori prope urbem *Berber* dictam.

[5] ቀማንት፡ est nomen cujusdam tribus bellicosæ ac laboriosæ,

11. ወይጦ ፡ [1] ሊሆን ፡ . . . . . Waito futurus est.
12. ፈላሻ ፡ [2] እንዲሰራ ፡ . . . Israelita ut construat.
13. ሻንቅላ ፡ ቢሸጥ ፡ . . . . Niger (*Nubianus*) si vendatur.
14. ቡዳ ፡ [3] ሲበላ ፡ . . . . Magus quando devorat.

Quinque priora exempla exhibent in prima littera præpositiones simplices præfixas nomini, et casum diversum regentes, vel potius signantes, quia casus a verbo etiam regitur. Sextum exemplum የየመጣ ፡ habet duas præpositiones የየ affixas radicalibus verbi መጣ ፡ (*venit*), quarum prima pro genitivo est, et secunda pro constructione participii. Septimum exemplum exhibet præpositionem ለ præfixam verbo ገደለ ፡ (*occidit*), non ut illud regat, sed ut illud mutet in participium vel adjectivum in casu dativo. Nonum exemplum habet præpositionem በ affixam verbo passivo ተወጋ ፡ ut illud vertat in participium pas-

quæ provinciæ ደምቢያ ፡ partem incolit. Hujus populi typus non differt a cæteris Abyssinis. Licet in decursu temporis paganus factus sit, servat tamen traditiones aliquas judaico-christianas, ex quibus supponi potest hanc tribum origine israeliticam fuisse.

[1] ወይጦ ፡ stirps est quæ ubique in Æthiopia invenitur dispersa et ab omnibus ut infamis habetur. Hæc, ni fallor, in his regionibus post Nigros ex stirpe chamitica sed ante Abyssinos et Oromones imperio potita est; hujusce generis hominum typus magis ad semiticas stirpes pertinere videtur.

[2] ፈላሻ ፡ nomen est Judæorum in Abyssinia. Hi linguam hebraicam ignorant ac versione sacrorum bibliorum abyssina utuntur.

[3] ቡዳ ፡ magus est qui in Æthiopia homines arte magica devorandi potestate frui vulgo creditur. Plura hominum millia, me teste, morte vel servitute damnata fuere, quia hanc artem exercere suspicabantur.

sivum, vel, verbo in suo statu relicto, ut regat nomen ኸገር ፡ in casu ablativo. Quinque exempla posteriora exhibent præpositiones præfixas verbo, ut directe illud regant modo ipsis proprio; de istis videantur exempla ubi de verbis finem versus cujuslibet conjugationis. Præter omnes allatas adsunt aliquæ aliæ præpositiones simplices, inter quas adest ስለ ፡, quæ unita nomini valet *propter*, v. g. ስለ ፡ ጴጥሮስ ፡ (*propter Petrum*). Eadem vox vero præfixa alicui verbo in præterito, valet *quia* v. g. ስለ ፡ ሰረቀ ፡ (*quia furavit*).

Ex hucusque dictis patet quam maxime varium esse officium præpositionum simplicium, et istas ex praxi potius quam ex grammaticæ studio perfecte apprehendi posse.

ARTICULUS SECUNDUS.

DE PRÆPOSITIONIBUS COMPOSITIS.

Præpositiones compositæ seu adverbiales magis per exempla quam per discursum explicari possunt. Ut autem exempla omnem vim earumdem exhibeant, brevibus propositionibus quidem, sed sufficientibus, composita sint. In propositione vero ut cognoscatur quænam sit præpositio adverbialis composita regens, subsignata invenietur.

1. በርሱ ፡ ዘንድ ፡ ይኖራል ፡.... Illum apud habitat.
2. ከርሱ ፡ ዘንድ ፡ መጣ ፡[1]..... Illo ex venit.

[1] ዘንድ ፡ in primo exemplo *apud* versum est, dum in hoc secundo *ex* traductum fuit. Stricte ዘንድ ፡ neque *apud*, neque *ex* per se significat, sed adverbium est indicans potius locum determina-

3. በርሱ ፡ ፊት ፡ ተናገረ ፡ ..... Illum ante locutus est.
4. ከርሱ ፡ ጋራ ፡ ተኛ ፡ .... Illo cum dormivit.
5. በቤት ፡ ውስጥ ፡ ነው ፡ .. .. Domum intra est.
6. ከርሱ ፡ ብቀር ፡ የለም ፡ .. .. Illum ultra non adest.
7. በርሱ ፡ ቅርብ ፡ ነገር ፡ ሆነ ፡፡. Illum prope res evenit.
8. ከርሱ ፡ ወድያ ፡ ይገኛል ፡ ... Illum ultra invenitur.
9. ከርሱ ፡ ወዲህ ፡ ነው ፡ ...... Illum citra est.
10. በሰው ፡ ማኸል ፡ ገባ ፡ .. ... In *medio* hominum intravit.
11. በድልድይ ፡[1] ላይ ፡ ያልፋል ፡. Pontem super transit.
12. በዛፍ ፡ ታች ፡ ይቀምጣል ፡ . Arbore sub sedet.
13. ከንጉሥ ፡ ትክክል ፡ ይሆናል ፡ Regi *æquale* erit.
14. ከዛሬ ፡ ወድያ ፡ አትምጣ ፡ ... Ex die hodierna inde ne venias.
15. ከኖራ ፡[2] ብርቱ ፡ ነው ፡ ..... Præ calce *fortis* est.
16. ከጋለሞታ ፡[3] ይልቅ ፡ ከፉ ፡ .. Præ meretrice prava.

Ex allatis exemplis tria patent.

1. Majorem partem præpositionum adverbialium supradictarum esse adverbia jam in lectione præcedenti exposita, facientia hic officium præpositionis, uti accidit etiam in latino.

tum; in his duobus exemplis *apud* et *ex* potius in præfixis በ et ከ inveniuntur. ዘንድ ፡ amarice et GÉNDA oromonice perfecte idem significant.

[1] Stricte hoc nomine ድልድይ ፡ vocantur pontes constructi ex lapidibus et calce, qui in Abyssinia, a me cogniti, septem sunt constructi a Lusitanis : duo supra Nilum cæruleum, quatuor circa Gondar, et unum super Reb.

[2] ኖራ ፡ (*calx*) est vox cognita in Abyssinia, licet industria calcis et usus illius ignorentur. In aliquibus regionibus ኖራ ፡ significat pontem, etiam ligneum.

[3] ጋለሞታ ፡ in Abyssinia dicitur de meretrice; apud Oromones dicitur de muliere vidua quacumque, etiam honesta.

2. Fere omnes regere ablativum casum, aliquando constructum præpositione በ (*in*), et aliquando præpositione ከ (*ex*).

3. Sæpe neque præpositiones adverbiales esse, sed adjectiva nomina a verbo derivata, ut numerus septimus, decimus tertius et decimus quintus, in quibus præpositiones adverbiales ቅርብ ፡, ትክክል ፡, ብርቱ ፡, sunt adjectiva derivata a verbis ቀረበ ፡ (*appropinquavit*), ተከከለ ፡ (*æqualis fuit*), et በረታ ፡ [1] (*roboratus est*).

CAPUT SECUNDUM.

DE PRÆPOSITIONIBUS LINGUÆ OROMONICÆ.

In hac lingua fere inutilis esset distinctio præpositionum in simplices et compositas capitis præcedentis, quia præpositiones simplices stricte paucissimæ sunt; attamen

[1] Hoc etiam verbum በረታ ፡ (*robustus* vel *fortis factus est*) procul dubio derivatur a ብረት ፡ (*ferrum*), quasi dicere velint de aliquo *fortis ut ferrum factus est.*. Apud nos, et apud Abyssinos, ut exprimatur robur et fortitudo alicujus rei, ferri comparatio adducitur. Sic apud nos dicitur *sanitas ferrea*, *constitutio ferrea*, et de concretis *e ferro est* dici solet; apud Abyssinos vero semper in concreto ብረት ፡ ነው ፡ dicitur, vel per verbum በረታ ፡ innuere volunt actum acquirendi robur ferri. Apud populos primitivos, qui substantias ferro fortiores non cognoscebant, idea roboris per ideam ferri exprimebatur. Nunc nos hanc ideam per ideam *adamantis* exprimimus; sed illi populi adhuc adamantem non satis cognoscunt, vel saltem idea illius apud eos satis popularis non est.

ne illæ paucæ confundantur, hoc caput etiam in duos articulos dividam : in primo sermo erit de præpositionibus simplicibus, et in secundo de compositis.

ARTICULUS PRIMUS.

DE PRÆPOSITIONIBUS SIMPLICIBUS.

Ut sæpe notavi, nullæ sunt præpositiones simplices præfixæ sive nominibus sive verbis. Adsunt tamen utrisque affixæ, scilicet *f* et *ti*, quæ proprie præpositiones dici non deberent. Bene vero exstant præpositiones aliquæ simplices, sed separatæ sive a nomine sive a verbo quæ ipsæ regunt; hæ ad sequentes reducuntur, videlicet *gâra*[1]. *áka*, *útu*, *jómu*, *jóus*, *jò*. De istis sint exempla propositionibus completis expressa.

1. Gâra *Petrosítti dâki*........ Ad Petrum vade.
2. Aka *tirinítti orgâa*[2]........ Veluti muscum fragrat.
3. Aka *dufútti hîmi*[3].......... Ut veniat loquere.
4. Utu *hínni girù*[4] *kóttu*....... Dum ipse adest veni.

[1] Jam alibi notavi, hanc præpositionem *gâra* non confundi debere cum nomine *garà* (*venter*).

[2] *Tiríni,* dictum ዝባድ፡ ab Abyssinis, idest *muscum,* invenitur in omni Æthiopia, licet usus illius solum apud Oromones meridionales existat.

[3] *Aka* istius tertii exempli, quia verbum regit, juxta aliquos supponitur minus gravem habere accentum in priori syllaba, quam vox *áka* quæ in præcedenti exemplo invenitur; ego nullam differentiam certam potui probare tot annorum experientia.

[4] *Utu,* sive sit præpositio sive conjunctio, semper regit verbum cum finali *u* in omni persona.

5. Jômu *dúfna ilálta* . . . . Quando veniemus videbis.
6. Jômu *duftè*, jôus *fudadtè* . . . . Quando venisti, tunc accepisti.
7. Jò *dúfta si kénna* . . . . Si venias tibi dabo.
8. *Môra iláluf*[1] *qalnè* . . . . Omentum[2] visuri mactavimus.

Inter omnia allata stricte primum exemplum solum exhibet veram præpositionem *gâra* (*ad*); cæteræ omnes, sequendo morem grammaticorum nostrorum, dici deberent potius conjunctiones regentes verbum. In hac suppositione *áka* secundi exempli dici posset præpositio, et eadem in tertio exemplo esset etiam conjunctio regens subjunctivum; sed quæstio hæc potius de nomine est, quum vox *áka*, sive in secundo sive in tertio, nomen vel verbum quibus præponitur regit. In sexto exemplo ut præpositiones designavi *jômu* et *jôus*, sed ista potius adverbia sunt, quæ nullo modo verba regunt. Octavum exemplum habet affixam f finalem in *iláluf*, quæ est signum participii futuri et de qua satis, ubi de verbis, dixi.

ARTICULUS SECUNDUS.

DE PRÆPOSITIONIBUS COMPOSITIS SEU ADVERBIALIBUS.

Præpositiones istæ compositæ seu adverbiales semper sequuntur nomen ab ipsis rectum; ac ideo veræ præ-

[1] *Iláluf* (*visurus*). Verbum *ilála* ordinarie *video* significat, sed hoc loco pro *lego* vel *consulo superstitiose* potius accipitur. Hoc verbum significare potest *lego* vel *consulo superstitiose* librum, quia Oromones habent libros ut fatidicos sicuti omentum.

[2] Omentum dicitur pia mater intestinorum ab *omine* seu præsa-

positiones dici non deberent sed *postpositiones*, si sola etymologia latina consuleretur. De istis prius exempla præcedant, postea observationes, si quæ erunt faciendæ, venient.

1.	*Petros* berà[1] *dâki*	Petrum apud vade.
2.	*Môti* fuldúra *atâu*	Regem ante *vel* rege coram fiat.
3.	*Na* dûra *dufè*	Me ante venit.
4.	*Paulos* wagìn *kóttu*	Paulo cum veni.
5.	*Na* bôda *ordófta*	Me post sequeris.
6.	*Mâna* dûba *girà*	Domum post (*retro*) adest.
7.	*Mariàm* kêsa *daladè*	Maria ex natus est.
8.	*Samái* kêsa *gírtu*	Cœlum intra *vel* cœlo in es.
9.	*Nâma* giddù *císa*	Hominum medio dormit.
10.	*Isa* malè[2] *húndinu dûè*	Illum extra omnes mortui sunt.
11.	*Isa* malè *endendâu*	Illo sine non possum.
12.	*Isa* malè *engirù*[3]	Ille solum adest.
13.	*Isa* áci *enkàbu*	Illum ultra non habeo.
14.	*Sirè* gála *argádta*	Lecto sub invenies.

gio, quia antiqui pagani nostrarum regionum, veluti nunc Oromones, consulebant hanc partem animalis mactati pro augurio.

[1] *Berà* præpositio regens accusativum non debet confundi cum *berà* (*alter, altera, alterum*), quod a solo sensu distingui debet et a constructione; hoc enim ultimum semper pronomen relativum *kan* sequitur.

[2] Hæc vox *malè* multas habet significationes et multa officia exercet. Aliquando enim est simplex conjunctio significans *sed;* aliquando etiam adverbium *quidem;* sæpissime præpositio est, ut in superioribus exemplis.

[3] Hoc exemplum traductum est *ad sensum;* ad litteram enim debueram dicere *illum extra*, vel *excepto illo, non adest,* quia verbum negativum est.

15.	*Nâma* gâdi[1] *bûla*.	Hominum ordine sub pernoctatur.
16.	*Nádden* ôli[2] *ebifámte*.	Mulieres inter benedicta.
17.	*Barcúma* irrà[3] *tâi*.	Sellam super sede.
18.	*Nâma* irrà *dubaddêra*.	Homines contra locutus est.
19.	*Kunò* vel *kunótti*[4].	Ecce *vel* ecce est.
20.	*Mâkakótif góitan dūè*.	Me propter Dominus mortuus est.
21.	*Sif*[5] *gédetan dufè*.	Te propter (*dicens*) venit.
22.	*Gálala kêñatif dippatè*	Amorem nostrum propter passus est.

Si excipiamus exemplum sub numero decimo nono, in quo *kunò* ut adverbium haberi potest, et tria ultima, in quibus affixa littera *f* tanquam præpositio usurpatur, cætera omnia exhibent præpositiones satis claras, quin opus sit ulteriori expositione super easdem. In traductione la-

[1] *Gâdi* potest intelligi pro *sub* etiam in sensu morali, et nos, deficiente voce, hanc in catechismo usurpavimus pro *humiliter*.

[2] Loco *ôli* poteram dicere *irrà;* hæc enim verba significant etiam *supra* vel *inter mulieres,* vel *in mulieribus*.

[3] Hæc vox *irrà* plures habet significationes : sæpe enim pro *supra,* sæpe etiam pro *contra,* et aliquando pro *præ* vel pro *inter* sumitur, uti in exemplis allatis videndum est.

[4] *Kunò* est ordinarie adverbium, sed quia fere semper aliquem casum regit, hic inter præpositiones adverbiales locum habere posse censui. Quod semper aliquem casum regat hoc exemplum demonstrabit : *na kunò* (*me ecce* vel *ecce me*); *na* in accusativo est, sed male diceretur *áni kunò,* quia *áni* est in nominativo. Potius diceretur *kunò ána* (*ecce ego sum*), quia, ut alibi notavi, *ána* in fine propositionis completæ æquivalet *ego sum* linguæ latinæ. Hoc accidit etiam pro nominibus substantivis, quando in nominativo inveniuntur post verbum; v. g. : *Kan dufè Petros,* valet enim : *qui venit Petrus est.*

[5] De voce *mâká* et de *f* finali, sive in verbis sive in nominibus, videantur quæ alibi scripta sunt.

tina nolui servare constructionem hujus linguæ, magis consulens iis qui linguam oromonicam addiscere cupiunt, quam iis qui latinam.

LECTIO OCTAVA.

DE CONJUNCTIONIBUS.

Fere idem dicendum est de conjunctionibus ac quod dixi de præpositionibus; etenim in utraque lingua conjunctiones multiplicis generis sunt. Aliæ quippe dici possunt *simplices*, quæ in eadem propositione plures voces simul conjungunt in unum; aliæ *compositæ*, quæ magis ad plurium propositionum et periodorum connexionem et ad unitatem discursus ordinantur. Quare primæ conjunctiones stricte grammaticales, dum secundæ potius logicæ dicendæ forent.

De utrisque hic duplici capite sit sermo; quibus addendum erit tertium caput de disjunctionibus, quæ melius conjunctiones antipathicæ vocarentur.

CAPUT PRIMUM.

DE CONJUNCTIONIBUS SIMPLICITER SIMPLICIBUS.

Ratione muneris diversi quod exercent conjunctiones simplices, adhuc distingui possunt in duas species, quas

appellare convenit *simpliciter simplices*, et *simplices*[1]. De istis separatim in duplici articulo tractabo.

ARTICULUS PRIMUS.

DE CONJUNCTIONIBUS SIMPLICITER SIMPLICIBUS.

Conjunctiones simpliciter simplices dico illas quæ ordinatæ sunt ad conjungendas voces jam aliter aliquam relationem inter se habentes vel in se ipsis, vel a circumstantiis discursus. De omnibus præcedere faciam tabulas exemplorum pro utraque lingua separatas; postea, si quid erit observandum, veniet.

1. ሰማይ ፡ ና ፡ ምድር ፡ .... Cœlum et terra.
2. ነፍስ ፡ ና ፡ ስጋ ፡[2] .... Anima et corpus.
3. አባት ፡ ና ፡ ልጅ ፡ .... Pater et filius.
4. ጴጥሮስ ፡ ና ፡ ጳውሎስ ፡ .... Petrus et Paulus.
5. እንጀራ ፡[3] ና ፡ ጠላ ፡ .... Panis et cervisia.
6. ወጥ ፡ ና ፡ ጠጅ ፡ .... Condimentum et hydromeli.

[1] Supervacaneæ videntur hæ omnes subtiles distinctiones a me introductæ in hoc opusculo, sed hoc mihi probro futurum non erit, si consideretur novitas et obscuritas materiarum indigentium distinctione per capita ad memoriam juvandam.

[2] Hic ስጋ ፡ (*caro*) traduxi *corpus*, ut servarem sensum latinum. Hæ duæ linguæ non habent vocem *corpus* tanquam contradictoriam *spiritus*; in hoc sensu pro *corpore* generaliter sumpto Abyssini አፈር ፡ et Oromones *bío*, id est in utraque lingua *pulvis*, dicunt, et pro corpore humano significando utuntur Abyssini voce ስጋ (*caro*).

[3] እንጀራ ፡ significat generice panem; hic autem pro diversitate diverso nomine appellatur, ጣቢታ ፡ videlicet, አምባሻ ፡, ዳቦ ፡, ብርኩታ ፡ , secundum coquendi modum.

7. ቀምበር ፡ ና ፡ ማረሻ ፡ ..... Jugum et aratrum.
8. መርፌ ፡ ና ፡ ፈትል ፡ ...... Acus et filum.
9. በሉ ፡ ና ፡ ጠጡ ፡ .... Manducate et bibite.
10. ሲሔዱ ፡ ና ፡ ሲጫወቱ ፡ ... Pergentes et confabulantes.

Littera ና ፡[1] igitur, quæ invenitur in omnibus allatis exemplis, est conjunctio simpliciter simplex, de qua hic est sermo. Hæc, in quatuor primis exemplis, conjungit duo habentia relationem sympathicam inter se. In quatuor sequentibus exemplis duo conjuncta habent tantum relationem respectu ad actionem suppositam et prædicatam a verbo, ut acus et filum relative ad suturam. In nono tandem et in decimo exemplo relatio duorum verborum est a circumstantia practica.

Perfecte idem evenit in lingua oromonica, sed loco ና ፡ habetur *fi*, ut patebit in sequenti tabula exemplorum.

1. *Pétros fi Páulos* .... Petrus et Paulus.
2. *Samáif*[2] *lâfa* .... Cœlum et terra.
3. *Fárso fi dádi* .... Cervisia et hydromeli.

[1] Hæc littera ና ፡ uti conjunctio simplex non debet confundi cum eadem affixa verbis ordinarie in fine propositionum, quæ etiam conjunctio est; de ea in capite sequenti agendum erit.

[2] *Samái* (*cœlum*) est vox amarica satis cognita apud Oromones ex multis alienigenis abyssinis qui illic inveniuntur. Oromones vocant cœlum *Wakájo* vel *gurráca*, confundentes illud cum Deo, vel cum cæruleo sphæræ cœlestis. Quando loquuntur de cœlo et terra in sensu supernaturali, primo utuntur pro cœlo; utrumque enim ipsi adorant.

4. *Lilmò fi girbì* [1] . . . . Acus et filum.
5. *Ebbo fi gacána* [2]. . . . . Lancea et scutum.
6. *Kálkala fi têva* [3]. . . . . Uter et corrigia.
7. *Gavársi fi gullicà* [4]. . . . . Olla et foculus lapidum.
8. *Givenà fi búnni*. . . . . Cucuma cafæi et cafæum.
9. *Ñáddu fi dúgi* . . . . Manduca et bibe.
10. *Kóttu fi tái* . . . . Veni et sede.

Hæc est, in utraque lingua, veluti unica conjunctio simpliciter simplex de qua hic est quæstio. In lingua amarica ና ፡ nunquam affixa est; nam separatim pronunciari solet, et fere semper sic scriptam expertus sum in omnibus epistolis. In lingua oromonica conjunctio *fi* indiscriminatim tanquam affixa vel separata pronunciatur; quando vero finalis syllaba primi nominis est longa, vel duplex vocalis in ejus fine invenitur, ut in exemplo secundo, tunc

[1] *Girbì* accipitur simul pro *filo* et *gossypio;* hoc autem valde abundans est apud Oromones, præsertim in regionibus occidentalibus vicinis Sennaar.

[2] *Gacána*, amarice ጋሻ ፡ (*scutum*), est fere eadem vox in utraque lingua: Oromones addunt radicalibus amaricis syllabam *na*, et mutant ሻ in c.

[3] Oromones ad oneranda jumenta clitellis non utuntur; utres corrigiis tantum ligatos dorso jumentorum imponunt.

[4] *Gullicà* est vox amarica; sic vocatur foculus ex tribus lapidibus compositus. Oromones unum ex tribus immobilem reddunt, et eum tanquam genium protectorem domus venerantur. Si casu hic lapis avellatur, tunc necessarium ipsis est appellare magum directorem ad ipsum lapidem denuo benedicendum et dedicandum. Quando magus recenter in directorem familiæ electus est, hunc lapidem removet ac denuo dedicat in signum officii assumpti.

necessario pronunciatur tanquam affixa faciens syllabam cum præcedenti vocali.

ARTICULUS SECUNDUS.

DE CONJUNCTIONIBUS SIMPLICIBUS.

Sub hoc nomine comprehenduntur conjunctiones simplices omnes, quæ ad multa nomina vel verba inter se disparia in unum conjungenda ordinatæ sunt.

Pro utraque lingua una communis adest conjunctio, quæ eadem omnino officia præstat, et eodem modo nominibus aut verbis affixa est; hæc in lingua amarica est littera ስ semper sexta, et in lingua oromonica est eadem littera *s*. Hæc conjunctio in utraque lingua syllabam facit cum ultima radicali nominis aut verbi præcedentis. Si quis, exempli gratia, interrogetur quænam merces inveniantur communiores in aliquo mercatu, tunc respondebit Abyssinus sic : በግስ ፡ ፍየልስ ፡ ላምስ ፡ በሬስ ፡ በቅሎስ ፡ ፈረስስ ፡ ስንዴስ ፡ ገብስስ ፡ ጤፍስ ፡ ባቄላስ ፡ ምስርስ ፡ ሁሉ ፡ ያገኛል ።; Oromo vero : *Olas*, *rès*, *sâas*, *kótios*, *gángos*, *fárdas*, *kámadis*, *gárbus*, *taáfis*, *bakiêlas*, *misíris*, *hundúma argádda*. Idest, *ovesque*, *capræque*, *vaccæque*, *bovesque*, *mulique*, *equique*, *frumentumque*, *hordeumque*, *tiefumque* [1], *fabæque*, *lenticulæque*, *omnia inveniuntur*. Hanc conjunctionem si Oromones ab Abyssinis acceperint, vel isti ab illis, nescio; quod certum est, magis viget apud Oromones septentrionales quam apud meridionales, imo

[1] Jam alibi exposui speciem hujus grani, et aliquorum aliorum Æthiopiæ propriorum, imo valde communium, quæ non inveniuntur apud nos, nec nominaliter.

in extremitatibus meridionalibus istorum vix invenitur. E contra ubicumque lingua amarica in usu est, hæc conjunctio semper adhibetur[1].

Circa hanc pro utraque lingua observandum quod, si ultima radicalis nominis aut verbi cui affixa est sit eadem littera ስ vel *s*, tunc semper reduplicari debet, uti in exemplis allatis duo nomina ፈረስስ ፡ ገብስስ ፡ (*equusque hordeumque*), in quibus ex duobus ስስ una radicalis est et alia conjunctio.

Pro lingua amarica in particulari adest insuper alia conjunctio eodem modo affixa, et eadem officia exercens, videlicet littera ም finalis; v. g.: ጴጥሮስም ፡ ጳውሎስም ፡ ያቆብም ፡ ሚካኤልም ፡ ጊዮርጊስም ፡ ሁሉ ፡ ይምጡ ፡ ና ፡ ከርሳቸው ፡ ጋሬ ፡ ስንቅም ፡ ስንቃንም ፡[2] መፃፍም ፡ ወረቀትም ፡ ደግሞ ፡ ያምጡ ፡ idest, *Petrusque, Paulus-*

[1] Ad credendum pronus essem hanc conjunctionem ad Oromones ex Abyssinia transiisse, sive quia apud Abyssinos generalior est, sive etiam quia magis ad naturam horum linguæ pertinere mihi videtur. Credibilior insuper hæc opinio evadit ex eo quod emigratio ex Abyssinia ad Oromones major est quam vice versa. Emigrantes Abyssini ad Oromones pagani quidem paulatim fiunt et multa e moribus horum adipiscuntur, sed multa etiam ex usibus et locutionibus suis Oromonibus communicant.

[2] Circa has duas voces ስንቅ ፡, ስንቃን ፡ (*viaticum, tabacum*), doctus indigena quidam hanc rationem mihi dedit de similitudine quæ inter hæc verba invenitur. Quum usus tabaci, inquiebat, has in regiones fuit introductus, Arabes mercatores tabacum tanquam quid rarum et pretiosum asportabant, illudque dabant, ut mos etiam nunc alicubi viget, ad sibi comparandum viaticum. Unde tabacum primitus ስንቅ ፡ (*viaticum*), postea ስንቃን ፡ vocatum est.

que, Jacobque, Michaelque, Georgiusque, omnes veniant; secum insuper viaticumque, tabacumque, librosque, chartamque etiam portent. Dicendum de hac, uti supra dictum est, quod si accidat ultimam radicalem esse ም, tum pro conjunctione hæc reduplicanda est.

Pro lingua oromonica in particulari, præter s finalem supradictam alia conjunctio simplex non invenitur, sed sæpe etiam in congerie plurium nominum aut verborum utuntur F affixa, uti supra art. I. dixi, maxime quando congeries prolixa non est; si vero valde prolixa sit, tunc sine conjunctione nomina vel verba sæpissime adhibent, maxime Oromones meridionales, et conjunctionem per quamdam accentationem exprimunt; v. g. : KÂCE[1], BÁDO, ḌAḌÀ, MITMITTÀ, BÉRBERI MÁNNISÀ GUTÙ ḌA, idest, *Pane, caseo molli*[2], *butyro, pipere hortensi*[3], *pipere communi*[4], *domus ejus plena est.*

[1] *Kâce* apud Oromones et ባቢታ ፡ apud Abyssinos *panem* significant. Panis ab illis diverso modo furnis mobilibus coquitur.

[2] Caseum mollem vocavi lac coagulatum postquam butyrum extractum est.

[3] Piper hortense (forte *Capsicum annuum* botanicorum) valde in usu est apud Abyssinos et Oromones.

[4] Piper commune perrarum est et pretiosum apud Abyssinos et Oromones; ejus introductio recens videtur, et mercatores arabes in aliquibus locis, maxime meridionalibus, illud dant tanquam medicinam, numerando grana ejusdem.

CAPUT SECUNDUM.

DE CONJUNCTIONIBUS COMPOSITIS.

Conjunctiones compositæ aliquando simplices particulæ sunt, quæ sæpe naturam adverbii exhibent et sæpe naturam præpositionis vel pronominis; aliquando sunt compositiones particularum et vocum, quæ tanquam conjunctiones se habent in discursu; aliquando etiam in his linguis participia ipsa hoc idem officium præstant. Possem hic eas distinguere in plures species juxta diversam eorum naturam; sed, ne hæc exigua materia nimis in longum protrahatur, statim ad practica exempla transibo in particularibus tabulis pro utraque lingua; postea venient observationes, si quæ sint faciendæ.

1° EXEMPLA AMARICA.

1. ደግሞ ። .... Pariter, item, adhuc, etiam.
2. እንግዲህ ።.................. Ergo, consequenter, inde.
3. አሁን ።[1] (ደግሞ ።).......... Nunc (*etiam*).
4. ዳሩ ። (ዳሩ ፡ ግን ።).......... Sed[2].

[1] Hæc conjunctio raro sola invenitur, sed fere semper unita cum ደግሞ ።, quando in discursu quæstio est de simplici additione; quando vero exceptionis casus est, tunc cum ግን ። unita invenitur.

[2] ዳሩ ። (*sed*) ex se sola perfectam habet significationem, sed ex usu fere semper cum ግን ። unitur.

5. ግን ፡[1] (ነገር ፡ ግን ፡)......... Autem.
6. እንጅ ፡[2]................. Quidem.
7. ስለዚህ ፡ (ምክንያት ፡)........ Quare, quapropter.
8. እንደዚህ ፡ (ደግሞ ፡).......... Pariter, sic.
9. ደገመኛም ፡ .... Tandem.
10. ማለቴ ፡[3]................ Diçere meum *est.*
11. በዚህ ፡ ምክንያት ፡.......... Quapropter *vel* propter hoc.
12. ከዚህ ፡ ወዲያ ፡............. Postea, inde, deinde.
13. ቢሆን ፡ እንደሆን ፡.......... Si vero contingat (*verum*).
14. ከዚህ ፡ ብቀር ፡............. Hoc excepto.
15. ከዚህ ፡ በኋላ ፡............. Posthac, postea, inde.
16. ከሁሉ ፡ በላይ ፡............. Quod magis.
17. ከሁሉ ፡ በኋላ ፡............. Post omnia, tandem.
18. በመጨረሻ ፡ .... Ultimo.
19. ከዚህ ፡ የሚበልጥ ፡.......... Super hæc omnia.
20. ብዬ ፡ ብሎ ፡ vel ብሎ ፡ ቢሎ ፡[4].. Dicens *vel* in dicendo.

[1] ግን ፡ (*autem*). Hæc conjunctio nunquam separate invenitur, sed ei præcedit ነገር ፡ (*res*), tanquam complementum ejus, quotiescumque non præcedit ei conjunctio ጅና ፡, de qua in præcedenti exemplo agitur, vel nomen aliud quodcumque aut pronomen, perfecte ut evenit de nostro *vero* et *autem.*

[2] እንጅ ፡ est potius adverbium quam conjunctio, æquivalens nostro *bonum quidem,* pro *certe bonum,* sed semper in fine propositionis vel periodi est.

[3] ማለት ፡, ማለቴ ፡ vel ማለቱ ፡ tanquam conjunctio usurpatur quidem, sed stricte est verbum *dicere* modo infinitivo cui affigitur pronomen possessivum, ita ut ማለት ፡ valeat *dicere;* ማለቴ ፡, *dicere meum;* ማለቱ ፡, *dicere ipsius;* et ማለታችሁ ፡, *dicere vestrum;* hoc dicendi modo excitatur attentio auditoris ad propositionem vel periodum sequentem expositivam antecedentis; hoc sensu conjunctio dicitur.

[4] De hoc participio plura dixi ubi de verbis quasi auxiliaribus; hic solum adnotare sufficiat, quod ብዬ ፡, etiam in hoc casu, variat

21. ከዚህ ፡ ወዲህ ።............. Exinde, usque adhuc.
22. ይህ ፡ ከሆነ ።............... Hoc posito.

Ex his omnibus, primæ sex veræ conjunctiones dici debent; quatuor sequentes compositæ ex præpositionibus. vel adverbiis veræ etiam conjunctiones sunt, et duodecim ultimæ sunt potius dictiones seu phrases conjunctivæ. Istæ multæ sunt in lingua amarica, et ex iis aliquas tantum communiores adducere volui, quia de illis fere omnibus alibi sæpe sermo fuit. Hoc unum observare juvat superiores traductiones latinas, non ad litteram fuisse a me factas, sed ad sensum, quia magis de difficultate grammaticali actuali explicanda sollicitus fui.

2° EXEMPLA OROMONICA.

Antequam exempla in hac lingua exponam, observare juvat unam exstare conjunctionem, quæ fere quolibet momento audiri solet, et quæ multissimis aliis semper adjungitur, vel tanquam complementum, vel etiam solum ad expositionem styli. Hæc conjunctio est *mò* [1], quæ, latine reddita, separatim valet *etiam*, *adhuc*, *item*, et similia, quamvis fere nunquam separate usurpetur, sed vel nomi-

juxta qualitatem personæ, uti dixi in notis ad Lectionem quintam *De Participio.* Valde frequens est usus istius conjunctionis apud Abyssinos, ut excitetur attentio ad ea quæ inde dicenda veniunt.

[1] *Mò* conjunctio, de qua hic agitur, non debet confundi cum *mò* interjectione in admiratione de re aliqua inopinata, licet fere eodem modo pronunciari soleat; sed de ista directe agendum erit ubi de interjectionibus.

nibus, vel pronominibus, vel aliis conjunctionibus postponatur. Hisce positis, exempla sint :

1. *Bôda* (*mò*) . . . . Item, adhuc, etiam, postea.
2. *Ega* [1] . . . . Ergo, inde, postea, igitur.
3. *Amma* (*mò*)[2] . . . . Nunc pariter, nunc etiam.
4. *Kôfa* [3] . . . . Sed, autem.
5. *Malè* [4] (*semper in fine ponitur*) . . . Quidem, sed, ultra, extra.
6. *Akkana* (*mò*) . . . . Sic etiam, sic pariter.
7. *Kanafàn* . . . . Quare, quapropter.
8. *Mâfa kanìf* . . . . Propter hoc, quare.
9. *Isabôda* (*mò*) . . . . Post hæc etiam.
10. *Jò itaè* (*mò*) . . . . Supposito etiam.
11. *Isa kána áci* . . . . Ultra hæc, præterea.
12. *Isa kána malè* . . . . Hoc excepto, his exceptis [5].
13. *Hundúma ôlĭ* (*mò*) . . . . Præcipue etiam.
14. *Hundúmarrà* (*mò*) . . . . Super omnia etiam.

[1] *Ega* traduxi etiam *ergo*, sed, ni fallor, non habet eamdem vim consequentialem; idem dicendum de እንግዲህ ፡ linguæ amaricæ; sed, quum alia non inveniatur conjunctio, quæ magis nexum consequentiæ exprimat, ea semper utimur.

[2] *Amma, nunc,* non debet confundi cum *ámma, usque,* licet eodem modo pronuncietur; prima sæpissime invenitur unita *mò,* non vero secunda quæ potius præpositio est regens *ti* post nomen vel verbum, uti alibi dixi.

[3] *Kôfa* perfecte correspondet nostris *sed* et *autem*, quare sæpe ante nomen et sæpe post illud collocatur.

[4] Pro *malè* videatur adnotatio facta pro እንጂ ፡ amarica paulo supra; *malè* enim perfecte idem significat, sed insuper est præpositio significans *extra, ultra, sine* et *præter*.

[5] Hæc conjunctiva phrasis poterat etiam traduci, *extra ista,* vel *præter ista*, sicuti pariter evenit in præcedenti exemplo.

15.	*Hundúma bôda* (*mò*)	Ultimo, tandem, in fine.
16.	*Kan câlu* (*mò*)	Quod magis est etiam.
17.	*Gacúkò*[1]	Idest (*dicere meum*).
18.	*Gédetan*[2]	Dicente me.
19.	*Akkana érga taè*	His positis, hoc posito.
20.	*Amma asíttĭ*	Usque nunc.
21.	*Amma acíttĭ*	Usque tunc.
22.	*Siáci éga*	In posterum.

Antequam præsens caput de conjunctionibus compositis concludatur, una remanet producenda conjunctio propria linguæ amaricæ, adeo particularis, ut specialem mereatur attentionem; littera ና videlicet, semper in fine propositionis vel periodi, æquivalens nostris *nam*, *enim*, *etenim*, vel etiam aliquando *quia*, de qua jam dixi supra in notatione, ubi de conjunctionibus simpliciter simplicibus. De hac tria exempla sint.

1. ከብሬ፡ሰማይ፡እፈልጋለሁ፤መድሐኒት፡ነው፡ና። *Chalcanthum quæro, medicina est* quia[3].)

[1] Pro hac locutione videatur adnotatio superius allata ad ማለት፡ linguæ amaricæ, quia perfecte eadem est.

[2] Pro ista etiam locutione consulatur superior adnotatio ad verba ብዬ፡ ብል፡ linguæ amaricæ, quia eadem est difficultas et explicatio.

[3] Chalcanthum gallice *vitriol* defertur a mercatoribus usque ad extremitatem meridionalem Oromonum et Sidamarum tanquam medicina quasi magica omnium malorum; vidi enim aliquando illud collo suspensum tanquam talisma, aliquando etiam ulceribus applicatum, et aliquando in potione datum pro lue venerea curanda.

2. ክታብ፡እወዳለሁ፡ከቡዳ፡ያድናል፡ና፡። (*Talisma amo, a magis liberat* quia[1].)
3. ያዙት፡ሌባ፡ነው፡ና፡። (*Apprehendite eum, latro est* quia).

Procul dubio conjunctio *quia* supra citata potest verti *nam, enim* et *etenim* per diversam constructionem.

In lingua oromonica supradicta conjunctio exprimitur, vel per particulam conjunctivam *malè*, vel per *f* affixum verbo in fine propositionis vel periodi, uti indicant sequentia exempla.

1. *Káwi nan ġibba, hínni na aġêsa malè.* (*Ferream fistulam odi, ipsa me occidet* quidem[2].)
2. *Wárga nan ġálla, hínni koricà ḍaf.* (*Sulphur ego amo, ipsum medicina est* quia[3].)
3. *Barûd ẹnfîdin, hínni hâma ḍaf.* (*Ne portes nitrum*[4], *illud malum est* quia.)

[1] Usus talismatum ad collum appensorum, ad cujuscumque generis morbos curandos vel ad quælibet sinistra avertenda, adeo in corde omnium illorum populorum fixus est, ut magno pretio illa emant et majori incommodo iis vere onusti semper incedant. Quod pejus est, spe in talismata decepti medicinam naturalem despiciunt.

[2] *Káwi* in origine dicebatur explosio ignea quæcumque, et ex ea nomen habuisse videtur apud Oromones fistula ferrea, gallice *fusil*. His armis uti nolunt Oromones liberi, timentes ne quis eis adjutus regnet super eos; ea valde quærunt principes meridionales, sed inutiliter, deficiente via per quam ea sibi comparent.

[3] Sulphur invenitur in omni littorali orientali Æthiopiæ in minima quantitate; eo utuntur ad pulverem tormentarium componendum, et tanquam medicina.

[4] Magna quantitas nitri invenitur in fere omnibus locis demissis prope flumina, in quibus calor maxima est. Per plures dies delitui,

CAPUT TERTIUM.

DE DISJUNCTIONIBUS.

Adsunt aliquæ particulæ quæ primo intuitu conjunctiones non videntur, quia ex natura sua ordinatæ sunt ad certam antipathiam vel separationem duarum idearum inter se exprimendam, uti sunt *neque*, *e contra*, et præcipue particulæ disjunctivæ *vel*, *aut*, quæ tamen in discursu officium conjunctionis semper exercent, uti per se patet : de istis hic breviter.

Et primo quidem dicendum quod nullo modo invenitur in his duabus linguis conjunctio adverbialis *e contra*, imo omnino deest adjectivum *contrarius;* pro adjectivo *contrarius* utuntur adjectivo *inimicus* [1], pro conjunctivo

mense maio 1863, in quadam spelunca deserta prope Nilum cæruleum. Fornix illius speluncæ habebat crustam nitream veluti crystallinam crassitudine quasi duorum pollicum in interiori parte ad calcariam naturam conversa. Ex illa pendebant mamillæ circiter decem e nitro puro, quæ stillabant aquam ex atmosphæra distillatam in maxima quantitate, mihi et meis ultro sufficiens, etiam ad lavandas vestes; stillatio frequentior vel remissior est in proportione caloris atmosphærici. Oromones vocant nitrum BARÙD, quod amarice pulverem tormentarium vel nitreum significat; hoc probat hanc vocem ex Abyssinis mutuatam fuisse, ubi nitrum ጨው ፡ ባሩድ ፡ dicitur (*sal pulveris tormentarii*).

[1] In catechismo sive amarico sive oromonico, ut dicamus virtutem vitio contrariam, inimicam dicere debemus; v. g. si exprimere

adverbio *e contra* utuntur conjunctione ግን ፡ (*sed*); v. g. ጥብስ ፡ ልብ ፡ ያመማል ፤ ብሮንዶ ፡ ግን ፡ ልብ ፡ ያበረዳል ። (*Caro assa stomachum* [1] *dolere facit, caro cruda* sed *vel* e contra *stomachum refrigerat*). *Wádda lappè dukubsacísa, brondò* [2] kôfa *garà kabanêsa*.

Conjunctionem negativam *neque* vel *nec* non habent hæ linguæ, sed per duplicem propositionem negativam eam exprimunt; v. g. ut dicant : *neque albus, neque rubeus, sed niger est*, sic dicitur amarice ነጭ ፡ አይደለም ፡ ቀይ ፡ አይደለም ፤ ጥቁር ፡ ነው ፡ ና ። oromonice, *Ádi mítif dima miti, guráca ḍa malè;* quod latine ad litteram verti debet: *albus non est et rubeus non est, niger est enim.*

Non sic de conjunctione *vel*, quæ disjunctiva etiam dici potest; hæc invenitur in utraque lingua, idem officium exercens et eumdem sensum habens ac in lingua latina, uti declarabunt exempla sequentia.

1. ከሞት ፡ በኋላ ፡ ወይም ፡ ሰማይ ፡ ወይም ፡ ገሃነም ፡ አሳት ፡ አይ ቀረም ፡ ና ፤ ተጠንቀቁ ። (*Post mortem* vel *cœlum* vel *infernum certo erit quia, animadvertite* [3].)

velimus humilitatem esse superbiæ contrariam, illam esse ei *inimicam* dicimus.

[1] Tam in amarico quam in oromonico idiomate ordinarie cor et stomachus videntur confundi : in amarico enim ልብ ፡ significat cor; attamen indigestionibus affici dicitur. In oromonico confunditur insuper cor cum ventre et stomacho, pro omnibus enim habetur vox *garà*.

[2] *Brondò* (*caro cruda*) est vox amarica in usu apud Oromones maxime septentrionales. Hoc autem nomine vocatur non omnis caro cruda, sed stricte musculus quidam qui crude manducari solet.

[3] Hæc sententia ad litteram cum omni vi sua traduci non potest,

2. ወይም ፡ ክርስቲያን ፡ ሆናችሁ ፡ በሰሬት ፡ ተቀመጡ ፡ ወይም ፡ ደግሞ ፡ እስላም ፡ ነና ፡ ብላችሁ ፡ እንደ ፡ ፍቃድ ፡ ሁኑ ፡ አንጐል ፡[1] ምን ፡ ይሆናል ፡፡ (Vel *christiani estis in observantia permanete,* vel *etiam mahumedani sumus dicentes, prout vultis estote, amphibium quid prodest?* [2])

Eadem exempla oromonica.

1. *DŪA BÔDA JÔKI MOTÛMA SAMÁI JÔKI IBIḌḌA HALLEJA ẸNHÀFU, EGÁḌḌA.* (*Post mortem* vel *regnum cœlorum* vel *ignis præcipitii certo erit* [3], *animadvertite.*)
2. JÔKI *KRISTIÀN TĀTANÍTI SÊRA EGÁḌḌA,* JÔKI *MÒ ISLÁMA TAÁNNA, ḌEḌTANÍTI ḌIRÁḌḌA, AGUAGÚLI MAL GÔḌA?* (Vel *christiani estis legem custodite,* vel *etiam mahometani sumus dicentes, prout vultis* [4] *estote, amphibium quid prodest?*)

Igitur, in duobus exemplis, ወይም ፡, pro lingua amarica, et *JÓKI*, pro oromonica, sunt conjunctiones quas ego antipathicas appello, quæque aliter particulæ disjunctivæ dici

quia deest nobis verbum negativum አይቀረም ፡, ideoque traducere debemus per *certo erit.* Abyssini, ut dicant *mors certa est,* dicunt, ሞት ፡ አይቀረም ፡, veluti si dicerent, *mors non præteribit,* et hoc cantitare solent milites ante bellum ad destruendum præstigium timoris.

[1] አንጐል ፡ vox est amarica quæ apud Oromones in usu est. Hanc traduxi *amphibium,* sed latiori sensu intelligi debet etiam de hermaphrodito, imo, ut aliquando audivi, de eunucho, licet eunuchus proprium nomen habeat, scilicet ስልብ ፡ in amarico, et *TOWACI* in oromonico idiomate dicatur.

[2] Hanc etiam sententiam traducere ad litteram cum omni sua energia valde difficile est, quia verbum substantivum *esse* non habet participium in lingua nostra, uti in istis linguis.

[3] Vide adnotationem ad exemplum amaricum.

[4] Pro hoc exemplo etiam vide adnotationem ad amaricum.

solent. In primo exemplo ወይም፡ et *jóki* absolute et sine addito sunt, quia quæstio est de disjunctione simplici et absoluta. In secundo exemplo additur ደግሞ፡ in amarico et *mò* in oromonico, perinde ac, in latino, *vel etiam* in secunda parte disjunctionis adhibetur.

LECTIO NONA.

DE INTERJECTIONIBUS.

Interjectio tenere solet ultimum locum in ordine materiarum apud grammaticos nostros. Hæc quum sit naturalis et improvisa affectio animi et cordis humani, procul dubio inveniri debet etiam apud populos abyssinos et oromones, imo frequentius apud eos quam apud nos, quia, ubi educatio minor est, certe affectiones naturales animi et cordis magis explicitæ supponi debent.

De interjectionibus igitur duplici capite agendum erit. In primo de interjectionibus in genere, quæ amaricæ, necnon et oromonicæ, imo et omnibus linguis communes sunt. In secundo de interjectionibus particularibus et principalioribus sive apud Abyssinos, sive etiam apud Oromones.

CAPUT PRIMUM.

DE INTERJECTIONIBUS IN GENERE.

Ut quæ de interjectionibus dicenda venient facilius intelligantur, tria distinguenda bonum esse puto. Primo

quidem considerandus est actus naturalis, seu diversa affectio cordis et animi, pro diversa collisione subjecti cum circumstantiis vel accidentibus externis talem actum vel affectionem causantibus. Secundo loco considèrandus est motus primo primus, ab illa diversa affectione interna productus, prorumpens in signum externum ex natura sua ordinatum ad eamdem affectionem exprimendam. Tertio tandem consideranda est prima idea, quæ post illa omnia oritur, et sequens articulatio ejusdem in signa vel verba externa.

Nulli dubium est quin affectio illa prima interna et sentimentalis eadem semper sit in omnibus, quum ubique sit semper eadem natura humana; hujus affectionis tamen modificationes admitti debent, provenientes ex educatione quæ certe sensum delicatiorem[1] reddit relative ad quasdam impressiones externas[2].

Motus autem primo primus, alius est instinctivus et ma-

[1] Certe educatio sensum delicatiorem reddit circa aliqua, nempe circa pulchrum externum inter multa alia. Plura exempla hanc meam assertionem confirmantia adducere possem; pro omnibus unum sufficiat. Apud nos perfecta compositio musicalis bene modulata inæqualiter etiam afficit sensum pro inæquali educatione, sed semper placet et aliquando inebriat. Testis ego ipse fui a compositione musicali concenta inter Arabes nullam sensationem productam fuisse. Certe æquilibrium morale cordis perficit sensum, sed in hoc quoque prævalet vis habitudinis; quod apud nos harmonicum est, tale non est apud illos in hoc diversa habitudine victos.

[2] Diversa educatio creat passiones novas, quæ sæpissime vincunt horrorem naturalem hominis circa aliqua. Apud nos honor quidam

gis gestu quam linguæ articulatione prolatus; alius etiam aliquo modo articulatus et vocalibus ut plurimum aspiratis vel respiratis et imperfectis consonantibus expressus. Primus adhuc naturalis est et unicus apud omnes; consistit enim in subitanea expansione vel restrictione sanguinis, fluidorum subtilium seu spirituum animalium, producta ab impressione sympathica vel antipathica sensus diversi exterius experti, quæ prorumpere solet in aliquos gestus externos expansionis vel restrictionis, sive generales totius personæ, sive etiam speciales aliquorum membrorum ejusdem. Huc usque tamen adhuc sensus est qui loquitur; et invariabilia sunt signa ejus apud omnes nationes.

Quum autem hic sensus, lege quadam physiologica et

imaginarius, inter duos liberaliter institutos et stricta amicitia ligatos, in duello sæpissime vincit horrorem naturalem occisionis, quod vera barbaries est. Idem sensus honoris imaginarii apud oromones populos, qui de cætero sensu delicatiores sunt inter omnes Æthiopes, reddit eos vere sanguinem (inimici tamen) sitientes. In Gogiam vidi ego ipse puellulam, undecim annos natam, quæ, jure talionis, propter suæ matris cædem, vitricum suum propriis manibus audacter cruenta nece e vita sustulit, quamquam cum eo, perinde ac si fuisset ejus filia, a prima infantia vixerat. Hoc evenit anno 1849, in mense decembri, quum essem apud Ras Aly. Lex talionis generalis est apud omnes populos Æthiopes, cum hac tamen differentia, scilicet quod apud Abyssinos christianos criminosus homicida condemnatur a judice, et post condemnationem traditur proximiori parenti ad sententiam exsequendam; dum, apud Oromones paganos, cognatione propinquior occisi uti jure suo potest absque ulla condemnatione.

sentimentali pressus, quærit prorumpere in verba, tunc incipiunt interjectiones, adhuc simplices et elementares, quæ materia grammaticalis dici possunt.

Prima igitur littera, quæ efformari solet in interjectione quacumque, necessario *H* est aspirata vel respirata, ex quo apud Latinos natus videtur usus scribendi *HA* et *AH* vel *HO* et *OH*, quæ nunc ut plurimum confunduntur. Quum autem, urgente semper eadem lege physiologica aliquo modo prorumpendi in interjectiones, surgit necessitas addendi alias consonantes, secunda littera quæ se exhibet est *jod;* hæc enim naturam adhuc aspirationis dulcioris retinet et commodior est cæteris, quia simplicior et sine collisione vel contractione musculorum oris produci potest. Ex his sequitur ኸዶ et ዶ in lingua amarica, atque *HAI* et *JÀ* in oromonica, valde communes et generales esse [1].

Lingua amarica supradictis interjectionibus simplicibus addere solet ወዮ ፡ quæ litteris latinis scripta valet *WÁ-JÒ*. Hæc diversa a supradictis videtur, sed radicitus eadem est ac supradicta reduplicata; valet enim *HAI-HO*, quia sæpe prima littera aspirata transformatur in *W*. Hæc eadem interjectio apud Oromones perfecte *HAIHÒ* pronunciatur, sed minus in usu est.

Istæ omnes interjectiones elementares, quæ sunt pura signa motus interjectivi interni sine ullis ideis adnexis,

[1] Quoad linguam latinam, interjectiones supradictas omnes in ea inveniri nulli dubium est; nam *hei mihi!* vel *heu mihi!* ejusdem generis perfecte sunt. Lingua italica habet *ajmè* vel *ojmè*, quæ etiam

ut plurimum, semper unitæ inveniuntur cæteris interjectionibus specialibus, de quibus in sequenti capite agendum erit.

CAPUT SECUNDUM.

DE INTERJECTIONIBUS IN SPECIE.

Ex interjectionibus specialibus, quæ compositæ etiam dici possunt quia motui interjectivo supradicto aliqua semper idea adnexa in iis conspicitur, aliæ sunt simplicis admirationis vel lamentationis, aliæ aspirationis seu deprecationis, et tandem aliæ funebres. Ad confusionem evitandam, de istis distinctis articulis sermo sit.

ARTICULUS PRIMUS.

DE INTERJECTIONIBUS ADMIRATIONIS VEL LAMENTATIONIS.

1° EXEMPLA AMÁRICA.

In lingua amarica interjectiones admirationis vel lamentationis fiunt fere semper per particulam interjectivam አይ ፡ præpositam subjecto cui diriguntur; raro

eædem sunt, licet ex usu sine *h* scribantur, quia linguæ nostræ aspirationes omnes primitivas veluti obliterarunt. Idem dicendum est de lingua gallica et de hispanica.

fiunt per particulam ዮ፡, nisi ideam contemptus in se habeant; sint exempla :

1. አይ፡ታሪክ፡[1], ታሪክ፡ ታሪክ፡ *Oh! mirum! vere mirum!*
2. አይ፡ጉድ፡, ጉድ፡ ጉድ፡[2]. Idem significat, sed de re inexplicabili dicitur.
3. አይ፡ድንቅ፡[3], ድንቅ፡.... *Oh! admirabile!* sed de re pulchra dicitur.
4. አይ፡ጭንቅ፡[4], ጭንቅ፡... *Oh! miseria! Oh! necessitas!*
5. አይ፡ጥጋብ፡[5], ጥጋብ፡.... *Oh! nausea! Oh! satietas! Oh! dissolutio!*
6. አይ፡ጊዮርጊስ፡[6] *vel* ጴጥሮስ፡ *Oh! Georgi* vel *Petre!*

[1] ታሪክ፡ (oromonice RAGÌ) significat *historiam* et *miraculum*; quum tamen ad interjectionem assumitur non eodem modo pronunciatur, sed secunda syllaba ሪ (RI) adeo prolongatur, ut duplex, imo triplex I appareat.

[2] ጉድ፡ nescirem latine ad litteram vertere, sed significare videtur *aliquid novum*, vel *aliquid incomprehensibile*; hæc vox ex amarico cœpit transire ad Oromones, ab emigratis transportata, quia isti in emigratione faciliter amittunt linguam propriæ patriæ, at difficilius se exuunt propriis interjectionibus; hæ sunt enim quid sentimentale et minus deliberatum. Hæc vox ጉድ፡, frequens ut interjectio, raro, imo fere nunquam, adhibetur uti adjectivum simplex.

[3] ድንቅ፡ (*admirabile!*) occurrit sæpe absque interjectione, tanquam adjectivum simplex; hæc vox ex amarico ad Oromones etiam transiit; sed non DÉNK, bene vero DÍNKI pronunciatur.

[4] ጭንቅ፡ dicitur pro miseria et necessitate, vel gravi vel extrema; hæc ultima dicitur magis የሞት፡ ጭንቅ፡ idest *necessitas mortis* vel *mortalis*. የሞት፡ ጭንቅ፡ dicitur etiam de agonia.

[5] Jam explicavi alibi vocem ጥጋብ፡, quæ intelligitur etiam in sensu morali de homine indisciplinato.

[6] Non intelligitur hic de S. Georgio, sed de persona sic vocata, quæ vituperatur de mala actione. Aliquando tamen de S. Georgio

7. እይ ፡ *vel* ያ ፡ ሰይጣን ፡[1] .... *Oh! diabole!*
8. እይ ፡ *vel* ያ ፡ ወታደር ፡[2].... *Oh! miles!* vel *oh! milites!*
9. እይ ፡ ጎበዝ ፡............. De juvene bono *vel* malo.
10. እይ ፡ ስንዴ ፡[3]........... De frumento admirabili.
11. እይ ፡ ሰው ፡ .... De homine optimi characteris.
12. እይ ፡ ጠላ ፡, እይ ፡ ጠጅ ፡... De cervisia *vel* hydromeli.
13. እይ ፡ ፈረስ ፡, እይ ፡ በቅሎ ፡ De equo *vel* mulo optimo.

Ex multiplicitate exemplorum supradictorum colligitur interjectionem hanc locum habere posse de re quacumque, sed tunc nomen cui præponitur particula interjectiva diverso modo pronunciatur; ultima syllaba enim valde longa semper erit.

Repetitio nominis, ut in primis quinque exemplis, fit ad corroborandam interjectionem. Sæpe etiam fit interjectio absque particula interjectiva cum sola pronunciatione nominis in tono interjectivo supradicto.

Quando interjectio dirigitur ad aliquam personam, uti in exemplo sexto et in septimo, tunc fere semper in sensu odioso intelligenda est. Quando vero interjectio est de

sic dicitur in sensu simpliciter interjectivo, pro casu aliquo improviso stupefactionis.

[1] Quando agitur de diabolo ad malitiam ejus et astutiam exprobrandam, pro እይ ፡ dici solet frequentius ያ ፡ ሰይጣን ፡

[2] In hoc casu etiam et in aliis similibus, quando agitur de re odiosa exprobranda militibus aut aliis, tunc particula interjectiva ያ ፡ loco እይ ፡ usurpatur.

[3] In hoc et sequentibus exemplis admiratio interjectiva præcipue intelligenda est de qualitate perfecta et admirabili; sed aliquando utuntur Abyssini eadem interjectione ad quantitatem et multitudinem exprimendam.

qualitate aliqua vel de specie, uti in exemplis posterioribus, tunc fere semper de perfectione objecti vel de quantitate intelligitur. Dixi *fere semper*, quia per se interjectio hæc ad utrumque sensum, favorabilem nempe et odiosum, significandum apta est, quando res aliquid extraordinarium et stupendum includit.

2° EXEMPLA OROMONICA.

In hac lingua quando interjectio respicit simpliciter bonitatem, pulchritudinem, vel qualitatem admirabilem rei, actionis, vel etiam personæ cujuscumque, tunc, absque additione particulæ interjectivæ, Oromones utuntur simpliciter vocibus *GÁRI !* (*bonum*), *BAÊSA !* (*pulchrum*), *DÍNKI !* (*admirabile*), *RÁGI !* (*miraculum*), pronunciando ea cum accentu interjectivo, uti supra dixi de lingua amarica; cum hac distinctione tamen, quod hæc accentu gravi premat ultimam syllabam, dum lingua oromonica premere solet primam in bisyllabis, et secundam in trisyllàbis, uti videri potest in allatis exemplis *GÂRI* et *BAÊṢA*. Circa quod observandum est insuper talem accentum interjectivum adeo longum esse, ut duabus imo tribus vocalibus æquivaleat, uti de gradibus comparationis dictum est. Notandum est pariter accentum interjectivum in hac lingua [1] variari pro diversa natura interjectionis; sed hoc litteris et signis exprimere prorsus mihi impossibile est, ac ideo id usui relinquam.

[1] Dixi *in hac lingua*, quia quam maxime in ea hæc variatio visibilis est, et, stricte loquendo, etiam in lingua amarica invenitur, licet eam silentio præterierim.

Hic addere etiam debui interjectionem valde familiarem apud Oromones, quæ ad supradictas pertinere videtur. Hæc occurrit dum aliquis narrat aliquod factum vel historiam extraordinariam, quia tunc auditor obstupefactus prorumpere solet in hanc exclamationem, *WÀK!* (*Deus*), quæ procul dubio interjectio est[1]: sed quum de cætero juramentum etiam sit, de hac, ubi de juramento, particulariter agendum erit.

Extra casus supradictos, interjectiones lamentationis vel exprobrationis fiunt per particulam *JÀ* præpositam nomini cui diriguntur, vel a quo causatæ supponuntur, v. g.:

1. *JÀ! NÂMA!*[2] .... Oh! homo! *vel* Oh! humanitas!
2. *JÀ! KILÊSA!*[3]............... Oh! vente! (*ut* tutelaris belli).
3. *JÀ! WARÁNA!*[4] .... Oh! pugna! Oh! bellum!
4. *JÀ! HÓRI!*[5]............... Oh! pecunia!
5. *JÀ! PÉTROS!*[6] .... Oh! Petre!

[1] Quod hæc vox sit interjectio cognoscitur ex accentu et magis a sensu, æquivalet enim *per Dio*, et *per Bacco* Italorum, quæ in origine juramenta erant, et postea interjectiones populares factæ sunt.

[2] *NÂMA* significat hominem, sed hic pro *humanitate* est, et interjectio valet ad dicendum : *Misera humanitas!*

[3] *KILÊSA* (*ventus*), sed hic mystice accipitur pro tutelari belli genio, quia a populo ventus suspicatur bello contrarius vel favorabilis, uti jam alibi notavi.

[4] In hanc exclamationem prorumpere solent dum plorant infortunia a bello causata.

[5] Exclamatio ista duplicem sensum habere potest, puræ videlicet admirationis virtutis pecuniæ super cor et sortem hominis, et exprobrationis quando agitur de aliquo excessu avaritiæ.

[6] Pro hac interjectione videatur quod supra dictum est de lingua amarica.

6. *Jà! dàdi!*[1] .... O hydromeli!
7. *Jà! ajána Gudrù!*[2] .... O tutelaris Gudru!

ARTICULUS SECUNDUS.

DE INTERJECTIONIBUS RESPIRATORIIS SEU DEPRECATORIIS.

Has interjectiones volui respiratorias appellare, quia, ut humanæ naturæ inest necessitas quædam materialiter aspirandi ac respirandi, sic eidem insita invenitur quædam necessitas ad divina et supernaturalia recurrendi ubi deficiunt humana[3].

Hujus generis exclamationes, quæ sæpissime audiuntur in utraque lingua, distinguuntur a præcedentibus non solum a sensu diverso, sed etiam ab accentu ordinarie remissiori et a voce humiliori et deprecatoria.

Hæ aspirationes vel respirationes apud Abyssinos christianos fiunt ad Deum vel sanctos. Apud Oromones vero fiunt ad Deum vel ad spiritus tutelares imagina-

[1] Oromones cantitant hanc interjectionem dum hydromeli ebrii sunt.

[2] *Ajána* sumitur pro *festo* et pro *spiritu tutelari* cujuscumque personæ vel regionis. Quum dicitur *Jà! ajána Gudrù!* exclamatio simplicis admirationis est de aliqua re per interventionem ipsius obtenta; si vero *jà! ajánakò!* diceretur, tunc deprecativa esset, de qua postea.

[3] Hæc sentimentalis necessitas se ferendi ad supernaturalia eo magis urget et frequens est, quando cor hominis ab humanis vicissitudinibus opprimitur, quo plus homo ipse naturæ propriæ relinquitur, uti sunt barbari; inde est quod quolibet momento inter eos similes exclamationes audiantur.

rios, raro ad diabolum[1], et, si ad sanctos aliquando fieri contingat, non ut tales, quia eos non cognoscunt, sed tanquam spiritus incognitos[2].

In lingua amarica exclamationes deprecatoriæ et suspiria hæc aliquando per simplicem appellationem nominis cum accentu interjectivo ac per solum affixum pronominis possessivi primæ personæ exprimuntur; v. g. :

1. አምላኬ ፡ *vel* ጌታዬ ፡ .... Deus meus! *vel* Domine mi!
2. አባቴ ፡ *vel* እናቴ ፡[3] .... Pater mi! *vel* Mater mea!
3. ቅዱስ ፡ ጊዮርጊስ ፡ .... Sancte Georgi!
4. መድኃኔ ፡ ዓለም ፡ .... Salvator mundi!

Sic de omnibus aliis sanctis ab eis veneratis.

Frequentius tamen præponunt particulam interjectivam ዮ ፡ nomini, ad quod interjectio dirigitur; v. g.:

1. ዮ ፡ አምላኬ ፡, ዮ ፡ ጌታዬ ፡ ... O Deus meus! *vel* O Domine mi!
2. ዮ ፡ አባቴ ፡, ዮ ፡ እናቴ ፡ ... O Pater mi! O Mater mea!
3. ዮ ፡ ቅዱስ ፡ ሚካኤል ፡ ...... O sancte Michael!

[1] Oromones sacrificant diabolo frequentissime, forsitan magis quam Deo, ne eis noceat; sed nunquam eum invocant sympathicis aspirationibus, de quibus hic sermo est.

[2] Oromones ex contactu christianorum ex Abyssinia emigratorum didicerunt nomen beatæ Mariæ Virginis et aliquorum sanctorum, quorum festa etiam celebrant, sed nesciunt omnino qui sint, et supponunt eos spiritus quosdam incognitos; vidi magos se dicentes invasos a Maria et Georgio.

[3] Abyssini in gravi angustia sæpe audiuntur interjective invocare patrem et præcipuè matrem; aliqui docti mihi affirmarunt pro patre Deum intelligi, et pro matre beatam Virginem. Idem etiam dicen-

Sæpe etiam loco ያ፡, præponunt እ፡ dicendo : እ፡ ጌታዬ ፡, እ ፡ እናቴ ፡.

In lingua oromonica e contra in his exclamationibus deprecatoriis semper particulam interjectivam generalem *jà* præponunt nomini cui dirigitur; v. g.

1. *Jà! Wàk! Jà Wàk!*[1] .... *Oh! Deus! O Deus!*
2. *Jà! ábbakò!* .... *Oh! pater mi!*
3. *Jà! hádakò!* .... *Oh! mater mea!*
4. *Jà! góftakò!*[2] .... *Oh! domine mi!*
5. *Jà! Dáci!* .... *Oh! Daci!* (spiritus Sidamarum).
6. *Jà! Kóllo!* .... *Oh! Kollo!* (genius terræ localis).
7. *Jà! Gáwi!* .... *Oh! serpens!* (fabulosus).
8. *Jà! gífti!*[3] .... *Oh! domina!*
9. *Jà! Mikael!* .... *Oh! Michael!*
10. *Já! ajánakò!* .... *Oh! tutelaris mi!*

dum esset de lingua oromonica, in qua viget etiam hic usus, uti infra videbitur.

[1] Hæc exclamatio ad Deum raro sola adhibetur, sed sæpissime duplicatur aut triplicatur.

[2] Hæc interjectio indifferenter de Deo, vel de spiritibus, vel etiam de arte magica peritis intelligitur. Oromones raro Deum *Dominum* appellant, sed, quando invocant Deum, eum fere semper proprio nomine appellant; quapropter hæc aspiratio *jà! góftakò!* magis ad secundarias divinitates dirigi videtur, præcipue ad magum prædilectum. Anno 1858, sæviebat in Lagamara quidam leopardus, qui plures personas devoravit in nocte non longe a domo missionis; tunc temporis vidi paganos illos sub vespere illam feram adorantes, dicendo : *jà! góftakò!* (*Oh! domine mi!*).

[3] In his deprecationibus interjectoriis, *gífti!* (*domina!*) diverso sensu accipi debet, juxta diversitatem circumstantiarum. Dum mulier parit, assistentes mulieres sæpissime deprecationem hanc repe-

ARTICULUS TERTIUS.

DE LAMENTATIONIBUS MORTUARIIS.

Circumstantia mortis alicujus personæ est vera crisis cordis humani relative ad superstites propinquos vel amicos defuncti. Hæc licet naturaliter sensibilis ubique sit, æqualis tamen non est saltem quoad signa externa. Populi barbari, sola natura ducti, conservarunt planctum mortuarium ab historiis antiquis etiam sacris relatum [1]; et eum ut cærimoniam religiosam et civilem habent, quæ prima dici potest in observantiis eorum [2].

In omni planctu mortuorum semper distinguendum est

tunt, et tunc de beata Virgine est intelligenda, quæ apud Oromònes mulierum parientium patrona est. Quum vero hæc eadem deprecatio fit tempore alicujus morbi sævientis, tunc ad morbum ipsum dirigitur, qui ab ipsis supponitur tanquam personaliter existens et in feminino *domina* appellatur. Anno 1854, sæviebat in Gudrù morbus variolarum, qui in domo missionis nostræ quatuor victimas fecit; tunc temporis, quotidie ad vesperam collectæ fiebant, in quibus nihil aliud audiebatur quam *JÀ! GÍFTI!* et morbo ipsi sacrificia et libationes ubique profundebantur. Hic morbus formidabilis est illis populis, quamvis apud Abyssinos in usu sit inoculatio variolarum per horridam incisionem exsecuta, non vero vaccinum; apud Oromones vero hæc omnia incognita sunt. Egomet ipse potui aliquos inoculare felici successu.

[1] In nullo traditio patriarchalis tam naturaliter conservata apparet, quam in luctu mortuorum; inde luctum mortuorum in Æthiopia dicerem satis descriptum a Libris sanctis.

[2] Religio et character populorum æthiopum a planctu mortuorum præcipue cognosci potest ab extraneo, non quidem statim, sed postquam linguam eorum didicit et expressiones omnes luctus audire

id quod a sensu humano naturaliter procedit, ab eo quod pertinet ad apparatum observantiarum illi circumstantiæ propriarum. Primum valde simplex est et uniforme apud omnes populos altæ Æthiopiæ; secundum vero mutat in diversis regionibus, tribubus et stirpibus, juxta diversam traditionem et religionem in eis vigentes. De utrisque distincto paragrapho.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

DE GENERALIORIBUS FACTIS IN PLANCTU MORTUORUM.

Moratus sum per annos multos, sive apud Abyssinos, sive apud Oromones, sive etiam apud Sidamas, qui sunt tres populi altæ Æthiopiæ inter se valde diversi in charactere, in lingua et in religione; attamen in duabus rebus omnes perfecte conveniunt occasione planctus mortuorum, videlicet in eo quod agitur primo instanti luctus statim post mortem, deinde in necessitate pergendi ad mortuum, plorandi super eum seque invicem consolandi in illa circumstantia[1].

et examinare potuit. Ego per annos aliquos moratus sum in Lagamara quin potuerim cognoscere differentiam originis inter aliquas familias; hæc solum mihi innotuit planctu alicujus mortuæ personæ, vel occasione cærimoniæ *BOTTÀ* dictæ.

[1] Vidi sæpissime personas pergentes ad tres vel quatuor dies itineris et aliquando ad decem, hac unica ratione planctus mortuarii solvendi ductas, quando est quæstio de aliqua persona valde amica et chara. Mercatores, qui in longinquas regiones pergunt ad negotia et aliquando etiam ad annum a propria domo absentes sunt, reversi in patriam, antequam propriam domum ingrediantur, pergunt ad planctum personarum vicinarum quæ illo anno mortuæ sunt.

Circa primum, usus universalis apud illos omnes populos hic est : vix infirmus animam efflavit, statim qui circa eum sunt, ordinarie non pauci in simili circumstantia, prorumpere solent in clamores, strepitus et tumultus tales, ut videatur domum mortuariam corruisse. Vicini repetunt ubique fere eosdem clamores et strepitus, et post horæ quadrantem in tota illa vicinitate finis mundi vel certo horribilis catastrophe evenisse videtur. Exclamationes et clamores qui tunc temporis audiuntur sunt illi generales de quibus in primo capite hujus lectionis actum est, sed adeo violenti, ut vix vocis humanæ apparentiam habeant, maxime ex parte proximiorum parentum, et etiam omnium, quando defunctus est aliqua persona honorata.

Ex quo auditi sunt primi clamores planctus in tota vicinia, surgunt omnes et sic clamando pergunt ad domum mortuariam, non solum ad luctum, sed ad officia pietatis exercenda erga mortuum. Ad hoc officium explendum relinquunt quamcumque occupationem etiam gravem [1], et vix in domibus vicinis aliquis remanet. Quod magis est, jura ipsa talionis et publici belli cedunt officio pietatis erga mortuos, ita ut sine ullo periculo possit quisque, vel talionis jure damnatus vel hostis, ad planc-

[1] Sæpissime seniorum comitia, quum de reipublicæ negotiis tractatur, eo instanti quo pervenit alicujus personæ in vicinia emortuæ nuntius, dissolvuntur; nundinæ cessant; bella ad menses interrumpuntur, et nuptiæ certo tempore fixæ in dies protrahuntur : horum omnium ego testis fui.

tum alicujus mortui se conferre [1]. Postquam parentes omnes congregati sunt, planctus accipit aliquam formam et regularitatem; tunc incipiunt cæremoniæ quæ diversæ sunt pro diversitate regionum, de quibus in sequenti paragrapho acturus sum.

PARAGRAPHUS SECUNDUS.

DE CÆREMONIIS ET EXCLAMATIONIBUS SPECIALIBUS APUD ABYSSINOS ET APUD OROMONES IN PLANCTU MORTUORUM.

Abyssini christiani deferunt mortuos suos ad ecclesias, circa quas adsunt cœmeteria christiano ritu benedicta, uti ab antiquo apud nos. Mortuum concomitantur sacerdotes persolventes exsequias juxta liturgiam æthiopicam ipsis propriam [2]; hoc tamen non impedit omnino planctum de quo hic sermo est. Inter plangores commovendis animis aptos persolvuntur a clericis exsequiæ usque ad completam sepulturam cadaveris [3].

[1] Præsertim apud Oromones jus talionis est quid barbarum, quum occisorem vel quemcumque affinem ejus certo aggrediatur cognatione propinquior occisi si forte sibi invicem occurrant : idem pariter dicendum de lege belli publici inter duas partes inimicas; semper enim inevitabilis est mors in similibus casibus. Attamen ad planctum mortuorum complendum fit exceptio, et periculi immunitas adest.

[2] Abyssinia habet ritum et liturgiam propriam, quæ, licet imperfecta et incompleta, legitima tamen est et approbata, etiam pro catholicis.

[3] Miranda res est quomodo Abyssinia, post duodecim sæcula separationis ab Ecclesia catholica, conservaverit suas cæremonias mortuarias, præter linguam a nostris in nullo discordes.

Longum foret omnes referre cæremonias et lamentationes quibus in planctu mortuorum utuntur Abyssini; præcipuas tantum et generaliores hic referam[1].

Mulieres circulatim sedentes efformant veluti chorum, et, quoddam tympaniolum pulsantes, identidem cantitant quasdam lamentationes; identidem omnes simul exclamant ac singultus et gemitus edunt; identidem etiam alternatim vel factum, vel dictum, vel virtutem defuncti breviter narrant[2].

Ex altera parte seniores circulatim etiam sedentes planctum suum faciunt, modo tamen aliquantulum a mulieribus diverso; ipsi enim tympaniolum non pulsant et lamentationes suas non cantant, sed gemitibus et virilibus exclamationibus dolorem suum produnt.

Phrases lamentationum variæ sunt pro diversitate plorantis et defuncti; communiores sunt :

1. ያ ፡ አባቴ ፡, አንጀቴ ፡[3]. . . . . . . O Pater mi! Intestina mea!
2. ያ ፡ እናቴ ፡, ያ ፡ እናቴ ፡. . . . . . . O mater mea! O mater mea!

[1] Præter hic recensendas cæremonias mortuarias aliæ multæ adsunt apud Abyssinos, uti crinalium omnium ornamentorum capitis depositio; omissio unctionis cæsariei; modus diversus vestiendi; celebratio *tazákar* (ተዝካር ፡), idest invitatio generalis parentum, clericorum et monachorum, necnon pauperum et leprosorum ad prandium, et alia similia.

[2] Planctus mulierum Abyssiniæ differens est a planctu mulierum oromonum; istæ enim chorum specialem non faciunt, neque tympaniolo et cantu utuntur; in cæteris planctus Abyssinorum et Oromonum valde concordat.

[3] አንጀቴ ፡ (quod in fine indifferenter *te* vel *tie* pronunciatur),

3. ያ ፡ ልጄ ፡, ያ ፡ ልጄ ፡......... O fili mi! O fili mi!
4. ያ ፡ እቴ ፡, ያ ፡ እቴ ፡.. .... O soror mea! O soror mea!
5. ያ ፡ ወንድሜ ፡, ወንድሜ ፡..... O frater mi! Frater mi!
6. ያ ፡ ወዳጄ ፡, ወዳጄ ፡......... O amice mi! Amice mi!

Hæ sunt primæ et generaliores exclamationes, quibus filius vocat patrem suum mortuum, vel matrem, et vicissim. Istæ tamen non semper stricto sensu accipi debent: pater enim dicitur ad honorem quicumque venerabilis senex a juniori in hac circumstantia luctus, pariter filius dicitur a seniore quicumque junior officiose ad amorem ostendendum. Idem dicendum est de matre et filia, de fratre et sorore. Circa hoc observandum quod uxor, in planctu proprii mariti mortui, nunquam dicit : ያ ፡ ባሌ ፡ (*marite mi!*), sed ያ ፡ አባቴ ፡, vel ያ ፡ ጌታዬ ፡[1]. Idem dicendum de marito versus propriam uxorem defunctam; sic

intestina mea vel melius *viscera mea,* est nomen hic interjective assumptum veluti *carissime* linguæ latinæ, imo quid magis emphaticum significans. Hæc vox potest semper uniri supradictis omnibus exclamationibus non solum tempore planctus, sed etiam in omni exclamatione ad aliquam personam directa, vel ad propriam compassionem significandam, vel ad alienam excitandam.

[1] Dicendum est maritum et uxorem, quum familiariter loquuntur inter se, fratrem et sororem se invicem appellare : maritus uxori እቴ ፡ (*soror mea*), et hæc marito ወንድሜ ፡ (*frater mi*) dicit. Quum autem in planctu omnia hyperbolice dicantur, titulus fratris vel sororis ad demonstrandum amorem non sufficit ipsis; quare tunc se invicem vel patrem aut matrem, vel dominum aut dominam appellant. Cæterum mos est omnium illorum populorum, et generatim stirpium semiticarum, similes titulos exaggerare; quapropter consobrini vel affines raro consobrinos vel affines se invicem vocant, bene

non dicet : ያ ፡ ምሽቴ ፡ (*o uxor mea*), sed ያ ፡ እናቴ ፡ (*o mater mea*), vel ያ ፡ እሜቴ ፡ (*o domina mea*).

Adsunt postea aliæ expressiones allegoricæ fere infinitæ, quas omnes referre mihi impossibile est, sed aliquas tantum adducam principaliores, ex quibus facile comprehenditur modus alias similes efformandi.

1. ያ ፡ ጋሻዬ ፡ . . . . O scutum meum!
2. ያ ፡ ጕልበቴ ፡ . . . . O fortitudo mea!
3. ያ ፡ ቀለቤ ፡ . . . . O pensio mea!
4. ያ ፡ አፌ ፡ . . . . O lingua mea[1]!
5. ያ ፡ ዐይኔ ፡ . . . . O oculi mei!
6. ያ ፡ እጄ ፡, ያ ፡ ጆሮዬ ፡ . . . . O manus meæ! O aures meæ!
7. ያ ፡ ጕልቴ ፡ . . . . O patrimonium meum!
8. ያ ፡ ተስፋዬ ፡ . . . . O spes mea!
9. ያ ፡ ደስታዬ ፡ . . . . O consolatio mea!

Omnes prædictas et alias similes, ut plurimum, sequuntur aliæ tanquam earum explicatoriæ, quæ sunt :

1. ወዮ ፡ ማን ፡ ቀረልኝ ፡[2] . . . . Oh! quis superfuit mihi?
2. ወዮ ፡ ማን ፡ ይጠብቀኛል ፡ . . . . . Oh! quis custodiet me?

vero se fratres appellant. Duo alumni domus meæ uno anno manserunt apud me et uterinos fratres eos esse credebam; postea cognovi eos remotos consanguineos tantum esse. Hoc hebraismus dicendus mihi videtur, uti ex Scriptura sancta colligi potest.

[1] አፌ debuissem traducere *os meum*, sed posui *lingua mea;* quia sic revera est intelligenda exclamatio de qua hic. In his linguis os et lingua sæpe confunduntur quando agitur de locutione; hæc apud nos linguæ tantum, apud Abyssinos indiscriminatim linguæ vel ori, et apud Oromones ori solum tribuitur.

[2] Sive apud Abyssinos sive apud Oromones, quando agitur de

3. ወዮ ፡ ማን ፡ ይመክረኛል ፡..... Oh! quis consiliabitur me?
4. ወዮ ፡ ማን ፡ ያበለኛል ፡....... Oh! quis enutriet me?
5. ወዮ ፡ ማን ፡ ያሰደረኛል ፡...... Oh! quis hospitio me recipiet?
6. ወዮ ፡ ማን ፡ ይቀበረኛል ፡..... Oh! quis me sepeliet[1]?
7. ወዮ ፡ ማን፡ተዝካር፡ያወጣልኛል፡ Oh! quis funerabit me[2]?
8. ወዮ ፡ ወዴት ፡ እሔዳለሁ ፡.... Oh! quo ibo[3]?
9. ወዮ ፡ በፊት ፡ በሞትሁ ፡[4]...... Oh! utinam prius sim mortuus!
10. ወዮ ፡ ስለንተ ፡ ልሞት ፡...... Oh! propter te moriar!
11. ወዮ ፡ እኔ ፡ ሙቼያለሁ ፡ እንጅ ፡ Oh! ego mortuus sum quidem!

Postquam planctus remisit aliquid de sua intensitate præsertim infra octiduum mortis[5], remittit etiam aliquantulum de natura ejus interjectiva; exclamationes genera-

infortunio belli, mortis vel amissionis alicujus rei, semper hyperbolice intelligendæ sunt expressiones et exclamationes; sic, ut exprimant gravem casum Abyssini, dicere solent ምን ፡ ቀረ ፡, vel አልተረፉም ፡, Oromones vero ẹnafnè! (*nihil superfuit!*), vel máltu afè? (*quid superfuit?*).

[1] Apud Abyssinos et Oromones proximior consanguineus incipit fodere foveam defuncti; si infans sit, manu tenente alio hoc officium implet; huic usui alludit hæc exclamatio.

[2] ተዝካር ፡ est invitatio parentum, clericorum et pauperum facta ab herede post 40 dies; de hoc alibi dixi.

[3] Phrasis hyperbolica valde communis in necessitate aliqua.

[4] Usus imprecandi sibi mortem vel infortunia alia in luctu mortuorum, et etiam in aliis cæremoniis, valde frequens est apud Abyssinos et Sidamas, minus in usu apud Oromones maxime septentrionales; quia inter omnes hi ultimi minus res verbis exaggerant.

[5] Ad minus per dies octo planctus continuare debet; durante hoc tempore pater familias et præcipuæ personæ familiæ sedent in foribus domus, et recipiunt personas quæ e longinquo veniunt ad planctum. Per id tempus ad vesperam conveniunt vicini, et solemniter repetunt cæremoniam planctus. Per id tempus etiam non co-

les, quæ initio planctus sæpissime repetebantur, in sequentibus diebus minuuntur, et inde surgit eloquentia quædam, partim panegyrica partim poetica, super mortuum, in qua meritum et qualitates defuncti per figuras valde curiosas cantitant maxime mulieres [1]. Sat usque nunc de planctu Abyssinorum dictum est.

Oromones substantialiter conveniunt in omnibus supradictis cum Abyssinis, exceptis ideis christianis quæ apud istos eminent, dum apud Oromones vix de illis signum invenitur [2]. Quum autem planctus Oromonum aliquibus specialitatibus non careat, et hujus linguæ studentibus valde intersit scire interjectiones mortuarias ejusdem, de istis etiam brevis erit sermo.

quitur panis in familia defuncti, sed vicini eum subministrant. Apud Sidamas postquam exspiravit aliquis, dum cadaver insepultum manet, nullus, qui tenetur ad strictum luctum, potest gustare aliquid cibi vel potus; in morte magnæ personæ sic perseverant etiam ad duos vel tres dies.

[1] In hac circumstantia audivi aliquando eloquentiam admirabilem, non in multiplicitate sermonis sed in sublimitate idearum et figurarum, quas linguæ nostræ vario textæ et nimis complicatæ vix possunt exprimere; lingua amarica et generatim omnes linguæ semiticæ figuris et vocibus expressione plenis abundant.

[2] Abyssini, thesauro gratiarum veræ fidei comite destituti, debiles christiani sunt quidem; sed ideam fidei materialem vivissimam habent. Ipsi enim adhuc respirant aerem purum quem respirabant patres nostri, ac ideo in eorum poeticis excessibus frequenter cum Dante in cœlum ascendunt et descendunt in infernum. Ego ipse audivi aliquoties conceptus non coloribus Raphaelis depictos, sed imaginibus vivaciores.

Transacta prima crisi post mortem defuncti, quæ communis est omnibus illis populis, quia tunc sensus est qui loquitur, prima idea articulata, quæ auditur apud Oromones est ista *Ávi badè!* (*ego perditus!*), interjectio ordinaria in omni eventu contrario improviso; cum hac differentia tamen, quod in planctu mortuario hæc exclamatio emittitur omni conatu personæ, et cum magna agitatione frequenter repetitur, adeo ut vix perfecta articulatio illius audiatur, et ultima tantum syllaba triplici vel quadruplici vocali prolongata appareat.

Post eam veniunt aliæ ejulationes, diversæ juxta circumstantias defuncti relative ad personam lugentem.

1. *Jà ábbakò!* . . . . O pater mi!
2. *Jà hádakò!* . . . . O mater mea!
3. *Jà elmakò!* . . . . O fili mi!
4. *Jà ántalakò!* . . . . O filia mea!
5. *Jà obolésakò!* . . . . O frater mi!
6. *Jà obolétikò!* . . . . O soror mea!
7. *Jà góftakò!* . . . . O domine mi!
8. *Jà gíftikò!* . . . . O domina mea!
9. *Jà fírakò!*[1] . . . . O cognate mi!
10. *Jà mícukò!* . . . . O amice mi!
11. *Jà sóddakò!*[2] . . . . O affinis mi!

Quod supra dixi de amaricis interjectionibus, hic repetere juvat de oromonicis, nempe prædictas omnes ex-

[1] *Fíra* stricte est quilibet consanguineus, sed late dicitur de quocumque cognato, imo hyperbolice dicitur de amico quocumque.

[2] *Sódda* stricte significat affinem, sed ex habitudine dicitur etiam de iis cum quibus nulla est affinitas directa, sed solum indirecta, quia ignorant Oromones quod *affinitas non parit affinitatem.*

clamationes sæpe hyperbolice accipiendas esse. In lingua oromonica etiam post supradictas generaliores exclamationes adsunt aliæ allegoricæ ut in lingua amarica [1].

1. *Jà tirrukò!* [2] .... O jecur meum!
2. *Jà gácanakò!* .... O scutum meum!
3. *Jà húmnakò!* .... O virtus mea!
4. *Jà érbatakò!* .... O cœna mea!
5. *Jà gúltikò!* .... O patrimonium meum!
6. *Jà gámacukò!* .... O consolatio mea!
7. *Jà abdìkò!* .... O spes mea!
8. *Jà górsakò!* .... O consilium meum!
9. *Jà hárkakò!* .... O manus mea!
10. *Jà ígakò!* .... O oculi mei!
11. *Jà mótikò!* .... O rex mi!
12. *Jà señìkò!* .... O semen meum.
13. *Jà ajánakò!* .... O tutelaris mi!
14. *Jà mérgakò!* .... O dextera mea!
15. *Jà dádikò!* [3] .... O hydromeli meum!
16. *Jà ólfinakò!* .... O honor mi!

Nimis longum foret si omnia hic referre vellem quæ in planctu proferre solent Oromones. Ipsi, pagani quum

[1] Locutio per allegorias est proprietas linguarum semiticarum; apud populos omnes æthiopes adeo communis est, ut aliquæ voces, quæ in origine allegoricæ fuerunt, in decursu temporis propriæ evaserint.

[2] *Tirrù* pro *jecore* est, sed hic generatim *interiora* et *viscera* magis significat. Hæc figura est in usu præcipue apud Oromones meridionales, et eamdem significationem habet ac vox amarica እንጀቴ።.

[3] Dicitur in planctu de illo qui invitationes frequenter faciebat, et hydromeli multum in eis largiebatur amicis.

sint, ad differentiam Abyssinorum exaltant potius qualitates materiales quam virtutes morales defuncti, licet has ultimas silentio non prætereant, maxime eas quæ populares sunt, uti justitia et misericordia in pauperes. Oromones perficiunt planctum prope sepulcrum, quod ordinarie in aliqua distantia a domo est [1], simpliciter constructum [2], et rarissime monumento aliquo ornatum.

[1] Oromones mortuos sepeliunt aliqua a domibus distantia, minori vel majori, prout eis defunctus proximiori vel remotiori cognationis relatione junctus erat; mares ut plurimum in parte dextera relative ad ingressum domus, et feminæ in parte sinistra sepeliuntur.

[2] Oromones fodere solent sepulcra sex pedes ad minus alta. Fovea in parte superiori valde spatiosa est, et in profunditate trium pedum restringitur, ita ut gradus remaneat. In parte inferiori collocatur cadaver super latus dexterum, et circa eum omnes divitiæ ejus et commoditates, videlicet : vas hydromeli, alterum cervisiæ, butyrum, sal, panis, et cætera comestibilia; deinde thesaurus ejus pecuniarius, idest aliquid ex omnibus generibus pecuniæ currentis in regione, magis vel minus juxta facultatem defuncti et liberalitatem heredis. His peractis strue lignorum claudunt partem inferiorem foveæ, et super eam terram ponunt; inde elevatur etiam monumentum terreum vel lapideum nulla arte constructum, veluti mons. Potentiores Oromones construunt domum ligneam super sepulcrum, et ligno suspendunt in aere tropæa a defuncto acquisita in bello vel in venatione, idest, vel virilia humana, vel reliquias elephantis, leonis, vel leopardi occisi. Divitis his destituti gloriis monumento appenduntur ampullæ vitreæ in signum hydromeli veteris quod bibit. Quum autem hæc omnia monumenta brevis durationis sint, sequitur nullum antiquitate insigne monumentum illic inveniri.

APPENDIX.

DE JURAMENTIS POPULARIBUS.

Juramentum apud omnes populos æthiopes adeo commune est, ut veluti intercalare quoddam in omni discursu familiari identidem audiri occurrat. Verum quum juramentum retineat sæpissime aliquid interjectivi in discursu eorum, hic post omnes interjectiones de eo breviter sit sermo.

Duæ species juramenti adsunt apud omnes illos populos [1]. Juramentum legale, quod solum formale moraliter judicari debet; deinde secunda species est juramentum intercalare seu interjectivum discursus, quod vix morale dici debet. De utraque specie disserendum erit distincto capite.

CAPUT PRIMUM.

DE JURAMENTO FORMALI ET LEGALI.

Toto cœlo distat juramentum legale Abyssinorum a juramento eodem apud populos oromones; ideo de illo distinctis articulis coactus sum disserere.

ARTICULUS PRIMUS.

DE JURAMENTO LEGALI ABYSSINORUM.

Abyssini christiani conveniunt cum omnibus aliis po-

[1] Hæc distinctio adeo vera et realis est, ut stricte solum juramentum legale et judiciale amarice መሓላ ፡ et oromonice *káka* vocari soleant.

pulis christianis in juramento per tactum libri Evangeliorum[1]. Conveniunt pariter cum multis populis christianis[2] in juramento per contactum crucis. Hæc tamen non sunt generaliora juramenta legalia in usu apud Abyssinos; etenim similia juramenta vigent magis apud doctos et ecclesiasticos. Adsunt aliquæ formæ juramenti, ab indigenis *excommunicationes* nuncupatæ[3], quæ usu communiori receptæ sunt et a tribunalibus maxime inferioribus impositæ.

Hoc juramentum sic habetur : persona quæ jurare debet, ad confirmandam aliquam promissionem vel ad probandam aliquam assertionem, hæc verba pronunciat :

1. ባቡን ፡ ሰላመ ፡ ቃል ፡ ተገዝቼለሁ ። *In verbo episcopi Salama excommunicatus sum*[4].
2. በዋርያት ፡ ቃል ፡ ተገዝቼያለሁ ። *In verbo apostolorum excommunicatus sum.*

Insuper in verbo patriarchæ Alexandrini, proprii con-

[1] Antiquitus juramentum hoc generale erat in judiciis apud Abyssinos, uti probat mos etiam nunc vigens jurandi per Evangelium absque contactu librorum; sed tractu temporis quum fuisset factum nimis vulgare et minori auctoritate frueretur, alia juramenta fuerunt introducta.

[2] Vidi christianos orientales per contactum crucis jurantes.

[3] In Abyssinia excommunicatio adeo communis est, ut sacerdotes pretio conducti excommunicent publice in mercatu furem incognitum, ut se prodat et quod abstulit restituat; laici vero seipsos excommunicant ob minimam quæstionem probandam. Excommunicatio sacerdotis est abusus potestatis, excommunicationem vero a laicis sibi ipsis factam nescirem explicare nisi per ideam juramenti.

[4] Præ omnibus aliis, hæc forma jurandi vel se excommunicandi

fessoris, et aliquorum aliorum sanctorum, se excommunicant Abyssini.

Uti per se patet, vi verborum, hæc neque juramenta sunt neque excommunicationes, sed talem vim habere dicenda sunt vi convictionis eorum.

Præter recensita juramenta, in ore officialis, sive civilis sive militaris, potest considerari ut legale juramentum per mortem proprii principis, v. g. : ቴዎድሮስ ፡ ይሙት ፡ (*Theodorus moriatur*).

ARTICULUS SECUNDUS.

DE JURAMENTO LEGALI OROMONUM.

Oromones, pagani quum sint, non tam felices sunt quam Abyssini in eorum juramento legali. Coacti ex una parte necessitate aliquod juramentum exigendi ad terminandas lites, eo quod apud eos minus quam apud nos testes veridici et credibiles ab ipsismet supponantur, deficiente insuper ex altera parte principio dogmatico, quod juramenti fundamentum sit ipsisque terrorem incutiat, vera est calamitas apud eos quotiescumque casus juramenti alicujus venit. Ad hoc plures cæremoniæ inventæ sunt, et quum illæ quæ in usu sunt auctoritate defraudantur, quotidie novæ inveniuntur, quas omnes referre hoc volumen non sufficeret. Ut autem aliquid dicam, quod mihi in memoriam venit referam.

quam maximum timorem Abyssinis incutit; hac de causa frequentius imponitur a tribunalibus. Ego interrogatus fui a meis christianis, an licitum eis fuerit se excommunicare in nomine episcopi hæretici in quem non credebant, vel exigere ab hæreticis tale juramentum.

Apud Oromones degens, ter aliqua capita armenti missionis furata fuerunt in pascuis, semel in Gudrù et bis in Lagamara. Suspicio et semiprobationes contra fures aliquos nobis aderant quidem, sed testes deficiebant; judicio seniorum ad juramentum ventum est. In Gudrù procurator meus[1] elegit juramentum lanceæ, et statuta die accusatus de furto, qui miles erat, coram senioribus acumen lanceæ pectori proprio admovens sic ait : *ÁNI JÒ HATTÈ, WARÁNNI NA ÁGESU* (*si furatus sum, lancea me occidat*)[2].

In Lagamara vero, prima vice, procurator meus elegit juramentum *gallinæ*, quod exsecutum fuit; secunda vice vero elegit juramentum *magi*, quod a me fuit rejectum, quia directe superstitiosum erat et mortis causa furi esse debebat.

Juramentum gallinæ[3] sic est : actores coram judicibus supposito furi inquisito præbent gallinam macilentam et cultrum cujus acies rubigine erosa fuit. Fur suppositus mactat eam, membratim discerpit et projicit usque ad

[1] Actor judicii habet jus eligendi formam juramenti; quia suppositus fur erat bellator, procurator meus elegit juramentum lanceæ.

[2] Suppositus fur de quo hic agitur mortuus est quindecim dies postea, in rixa cum socio lancea transverberatus ipsa die Assumptionis beatæ Mariæ Virginis, anno 1845.

[3] Nescio omnes superstitiones quæ supponi possunt habere locum in juramento gallinæ, prout ab Oromonibus intelligitur; per se mihi visa est simplex imprecatio sibi facta, quæ si sit a Deo, uti ego supposui, dicenda non erit superstitiosa et prohibita, quum frequens inveniatur in ipsamet Scriptura. Etenim dici debet simplex invocatio justitiæ Dei in testimonium propriæ innocentiæ, quæ pro gravi causa licita est.

ultimam pennam, imprecando sibi, suis et propriæ substantiæ, omnia mala super gallinam a se patrata.

Juramentum magi [1] consistit in hoc : magus coram judicibus dat medicinam a se præparatam furi supposito, qui eam illico manducare vel bibere tenetur. Hoc facto, si innocens sit, incolumis exibit ab omni eventu; si vero reus, tunc inflatus ut follis, certo crepabit [2].

CAPUT SECUNDUM.

DE JURAMENTIS INTERJECTIVIS.

Hæc juramenta fere infinita sunt sive apud Abyssinos, sive apud Oromones; principaliora tantum referam.

Inter omnia hæc juramenta eminet juramentum per mortem vel principis, vel domini, vel patris, vel etiam personæ cum qua quis loquitur, præsertim apud Abyssinos.

[1] Procurator meus, proponendo mihi hoc juramentum, inducere etiam me volebat ad donum mago dandum, ut medicinam valentem præpararet, alioquin, uti ipse dicebat, medicina effectum suum non produceret. Deduxi ex hoc magum duplicem medicinam dare, aliquando nominalem, aliquando venenosam, juxta circumstantias propriæ utilitatis.

[2] Nequivi penetrare secretum medicinæ datæ a mago, quæ effectum hunc producit. Persuasio generalis totius populi de hoc facto certe probat medicinam illam existere, et sæpe talem effectum producere. Nihil mirum, venena enim vegetalia fere infinita sunt in illis regionibus. Fere eadem historia est quæ in Kafa pro *buddà* (præstigiatore) judicando et condemnando contingit; illic enim, quum casus occurrit, magus publica auctoritate constitutus dat succum plantaginis አስተናግር ፡ amarice nuncupatæ.

Formula hujus juramenti valde simplex est, quum nihil aliud sit quam imprecatio mortis personis de quibus supra dictum est; v. g. ቴዎድሮስ ፡ ይሙት ፡ (*Theodorus moriatur*), ተድላ ፡ ይሙት ፡ (*Tadla moriatur*); hoc sæpissime auditur præcipue ab omnibus officialibus, sive civilibus sive militaribus, ita ut vix juramentum videatur[1]. Quando in persona secunda pronunciatur de aliquo præsente, cum quo loquitur, tunc dicitur simpliciter : ሙት ፡ (*morere*) vel ሙቺ ፡ pro feminino, vel etiam ይሙቱ ፡ (*moriatur*), quando persona præsens valde honorabilis est.

Oromones minus frequenter hoc juramento utuntur[2], et dicunt potius in tertia persona : *Góita Âduu* (*dominus moriatur*), *Gama Âduu* (*Gama moriatur*); in secunda persona vero, ut supra in amarico, nomen personæ præsentis ad quam dirigitur non pronunciatur, sed dicitur simpliciter *dūi* (*morere*). Quando agitur de magna persona præsenti dicitur *Âduu* (*moriatur*)[3]. Apud eos femininum non adest.

[1] Hæc forma juramenti interjectivi confundi non debet cum juramento legali dicto ፉቶም ፡, de quo supra dictum est; hoc ultimum énim, præterquam quod in re gravi solum pronuncictur, addit insuper hanc formulam ወንጌል ፡ እደርግብኝ ፡, quod significat *finis faciat mihi*.

[2] Oromones meridionales, subjecti principibus, frequentius utuntur juramento per mortem principis ad modum Abyssinorum; septentrionales vero, qui liberi sunt, raro eodem utuntur, sed aliis ut infra.

[3] Oromones insuper jurare etiam solent per manus regis, domini, vel etiam patris dicendo, v. g. *Hárka Abba Bagibóti* (*per manus Abba*

Præter recensita adsunt alia juramenta sive apud Abyssinos, sive apud Oromones.

Abyssini christiani sæpissime jurant per Deum, vel per beatam Virginem, vel per Sanctos; Oromones vero jurant raro per Deum, sæpissime per magos in regione celeberrimos. Juramenta utrorumque autem sunt ut plurimum deprecativa, uti ostendunt sequentia exempla amarica et oromonica.

Exempla amarica.

1. እግዚር፡ ያውቃል። ...... Deus scit[1].
2. እግዚር፡ ይገድለኝ። ..... Deus me occidat.
3. ማርያም፡ ጠላት፡ ትሁነኝ። Maria inimica mihi sit.
4. እግዚር፡ ይመስክረኝ። .... Deus (miraculo) mihi testimonio sit.
5. በሽታ፡[2] ይፈጁኝ። .... Morbus consumat me.
6. ቍርጠት፡ ይዘኝ። .... Coli dolor invadat me.
7. ቍርጥማት፡ ይበላኝ። ..... Arthritis rodat me.
8. ነፍጠኛ፡[3] ይድረስኝ። ..... Cholera perveniat ad me.
9. ተቅማጥ፡ ይሁነኝ። .... Diarrhœa sit mihi.

Oromonica.

1. *Wakájon bêka* .... Deus scit.

Bagibo), *Harka ábbakôti* (*per manus patris mei*), et hæc præcipue apud meridionales, qui sub principum regimine sunt.

[1] Hoc sæpissime juramentum est ad confirmandam veritatem, quando de facto præterito dicitur; si vero de facto futuro dicatur, tunc est potius phrasis indicans dubium de futura ejusdem existentia.

[2] በሽታ፡ est vox quæ significat quamcumque infirmitatem, sed, quum absolute dicitur sine ullo additamento, intelligitur de morbo ad *typhum* nostrum versante, de quo infra in exemplis oromonicis num. 7.

[3] ነፍጠኛ፡ proprie significat militem fistula ferrea armatum; cholera per metaphoram sic appellatus fuit, quia tanquam fulmen occidit.

2. *Láfti bêka* . . . . Terra scit.
3. *Wák na ârgà* . . . . Deus me videt.
4. *Dáci na aagêsu* . . . . Daci me occidat.
5. *Ofàn*[1] *na añâtu* . . . . Ofa me devoret.
6. *Dukubàn nati âtau* . . . . Morbus me invadat.
7. *Golfàn na aqábu* . . . . *Golfa*[2] me sumat.
8. *Ajánnikò na âgíbbu* . . . . Spiritus tutelaris meus persequatur me.

Juramenta præfata, et alia multa similia, quæ in usu sunt apud Abyssinos et Oromones, non debent confundi cum *gujò* seu prohibitione facta alicui de aliqua re, nomine regis vel principis cujuscumque. *Gujò* formulæ sequentes sunt.

1. *Goitàn si gujè*[3] . . . . Dominus te prohibebat.
2. *Gujòn gòità si qabè* . . . . Prohibitio Domini te apprehendit.
3. *Gujòn goità si âtau* . . . . Prohibitio Domini tibi sit.
4. *Gujòn goità nati âtau* . . . . Prohibitio Domini mihi sit.
5. *Barcûmni goità nati âtau* . . . . Sedes Domini mihi sit[4].

[1] *Ofá* vocatur magus celeber in *Nonno*, qui præstigiis suis totas illas regiones dominatur.

[2] *Golfà* est morbus epidemicus qui participat de febre maligna et de cholera. Dixi *epidemicus*, sed forsitan hunc morbum melius contagiosum dixissem, quia ex quo intrat in aliqua familia, omnes successive attingit, dum familia quæ simul in eadem domo non convixit sana ordinarie evadit. Egometipse expertus sum simplicem contactum transitorium non sufficere ad hunc morbum contrahendum, sed requiri potius respirationem halitus infecti infirmorum, qui semper invenitur in eodem tugurio.

[3] Dixi *si gujè*, sed melius *si goè*, vel *si guè*, quia *j*, quæ in nomine *gujò* semper invenitur, vix sensibilis est quum eadem vox ut verbum usurpatur.

[4] Nemo sedere solet in sede principis, quia ut sacra habetur.

6. *Gulénta Gemmítti*[1] *si âtau...* Lectus tibi sit.

Quartum et quintum, quæ in persona prima facta sunt, naturam juramenti supradicti accipiunt; cætera simplices prohibitiones sunt.

Fere idem dicendum est de sede patris familiæ in familia ipsa; in hoc etiam traditio hebraica eminet.

[1] *Gulénta* significat potius gradum ad lectum; *Gemmítti* vero est nomen unius reginæ, seu melius, unius ex concubinis regis Ennerea *Abba Bagibò* dicti. Illa regina *Gemmítti* dicebatur, quia ortum ex *Gemma káka* trahebat. *Ti* finalis stricte pro articulo est, uti dictum est in lectione quarta ubi de articulo; sed observandum est articulum femininum unitum nomini adjectivo confundi cum eo, uti pariter videri potest in eadem lectione ubi de adjectivis generis feminini. Dicendo igitur in exemplo supradicto, *gulénta gemmítti si âtau*, valet dicere *res ista sit tibi inviolabilis sicuti lectus dictæ reginæ*, præ omnibus a rege dilectæ.

LECTIO DECIMA.

DE SALUTATIONIBUS.

Pro complemento opusculi hujus remanet nunc aliquid dicendum de salutationibus, licet orationis partes grammaticales non sint, nec de eis grammatici pertractare soleant apud nos; in illis enim linguis speciales exhibent difficultates, quæ viatores et alienigenas maxime irretiunt.

In priori capite de salutationibus amaricis peragam, in posteriori vero de oromonicis.

CAPUT PRIMUM.

DE SALUTATIONIBUS AMARICIS.

Quum diversæ sint salutationes pro diversitate verborum, et quum hæc insuper diversa sint pro diversitate temporis et circumstantiarum, tot articulis ordinarias et quotidianas salutationes comprehendam quot sunt verba præcipua eas constituentia.

ARTICULUS PRIMUS.

DE SALUTATIONIBUS PRO NOCTE.

Salutationes de nocte, tam vespere in separatione quam mane in occursu, fiunt per idem verbum, nempe

አደረ፡ (*pernoctabat*), quod hic subjicio in duplici sua forma, simplici nempe et causativa, quia in utraque diverso sensu pro salutatione usurpatur. Sed, quum præteritum, sive simplex sive compositum, nec non et imperativus modus ad salutationes adhibeantur, in his temporibus solummodo ejus conjugatio sit.

Imperfectum, mediante additione adverbii **እንዴት፡** (*quomodo*) immediate ante verbum præfatum, in usu est mane pro interrogatione de nocte transacta.

Imperfectum formæ simplicis.

1.	**እንዴት፡ አደርሀ።**	Quomodo pernoctavisti?
2.	**እንዴት፡ አደርሽ።**	Quomodo pernoctavisti (fem.)?
3.	**እንዴት፡ አደረ።**	Quomodo pernoctavit?
4.	**እንዴት፡ አደረች።**	Quomodo pernoctavit (fem.)?
5.	**እንዴት፡ አደራችሁ።** ...	Quomodo pernoctavistis?
6.	**እንዴት፡ አደሩ።**	Quomodo pernoctaverunt?

Imperfectum formæ causativæ.

1.	**እንዴት፡ አሳደርኽ።**	Quomodo pernoctare fecisti?
2.	**እንዴት፡ አሳደርሽ።**	Quomodo pernoctare fecisti (f.)?
3.	**እንዴት፡ አሳደረ።**	Quomodo pernoctare fecit?
4.	**እንዴት፡ አሳደረች።** ...	Quomodo pernoctare fecit (f.)?
5.	**እንዴት፡ አሳደራችሁ።** ..	Quomodo pernoctare fecistis?
6.	**እንዴት፡ አሳደሩ።**	Quomodo pernoctare fecerunt?

Excepta prima persona numeri tam singularis quam pluralis, in cæteris omnibus personis potest haberi salutatio interrogatoria, licet communius in personis secundis habeat locum [1].

[1] Ordinarie salutationes fiunt in persona secunda præsentibus. Dixi *ordinarie*, quia honorabilibus personis fiunt in persona tertia

Quando quis cum alio in collocutionem venire non vult, solam salutationem supradictam adhibet; sin vero colloquium inire desiderat, addit sequentem, compositam ex adverbio ደኅና ። (*bene*) semper præcedenti et verbo eodem in tempore præterito composito, quod sic conjugatur in personis secundis et tertiis utriusque numeri.

Præteritum compositum formæ simplicis.

1. ደኅና፡ አደርኽል ።[1] .... Bene pernoctavisti?
2. ደኅና፡ አደርሽል ።........ Bene pernoctavisti (fem.)?
3. ደኅና፡ አደርዋል ።........ Bene pernoctavit?
4. ደኅና፡ አደርታል ።........ Bene pernoctavit (fem.)?
5. ደኅና፡ አደራችዋል ።...... Bene pernoctavistis?
6. ደኅና፡ አደሩዋል ።........ Bene pernoctaverunt?

Præteritum compositum formæ causativæ.

1. ደኅና፡ አሳደርኽል ።....... Bene pernoctare fecisti?
2. ደኅና፡ አሳደርሽል ።....... Bene pernoctare fecisti (fem.)?
3. ደኅና፡ አሳደርዋል ።....... Bene pernoctare fecit?
4. ደኅና፡ አሳደርታል ።....... Bene pernoctare fecit (fem.)?
5. ደኅና፡ አሳደራችዋል ።..... Bene pernoctare fecistis?
6. ደኅና፡ አሳደሩዋል ።....... Bene pernoctare fecerunt?

Hujusmodi interrogationi sive mane sive vespere responsio semper est : እግዚር ፡ ይመስገን ። quod pronunciatur *Egzier ymasgan*, scilicet : *Domino gratiæ referuntor*.

singularis vel pluralis numeri, uti mos est etiam in linguis nostris vulgaribus. Quando salutatio ad absentes per nuncium mittitur, tunc fit in persona secunda vel tertia, sive singularis sive pluralis, prout numerus requirit, nisi ad honorem in persona tertia pluralis dicenda sit, ut supra; sed post salutationem necesse est ut addatur ፡ በል ፡ vel በሉ ፡ vel በሉልኝ ፡ (*dic* vel *dicite*, vel *dicite pro me*).

[1] Sensus hujus temporis præteriti, gallice expressus, est : *Es-tu ayant bien passé la nuit ?*

Hæc responsio est adeo communis, imo necessaria, ut etiam ab ægrotantibus detur. Communiter, Deo sic redditis gratiis, additur quæstio eadem. Tritissimas interrogationes has et responsiones audivi sæpe datas et receptas sine intermissu usque ad duodecim vices, absque ullis vocibus aliis.

Allata hucusque sunt pro salutatione interrogatoria de nocte, quæ fit mane; pro salutatione vespertina, quæ in separatione habet locum, sive domi sive extra domum, ut pergant ad dormiendum usque mane invicem non se visuri, idem verbum, præcedente eodem adverbio ደኅና ፡, usurpatur in modo imperativo.

Imperativus formæ simplicis.

1. ደኅናደር ።[1] .... Bene quiesce.
2. ደኅና ፡ እደሪ ፡ .... Bene quiesce (fem.).
3. ደኅና ፡ ይደር ። .... Bene quiescat.
4. ደኅናደሩ ። .... Bene quiescite.
5. ደኅና ፡ ይደሩ ። .... Bene quiescunto.

Imperativus formæ causativæ.

1. ደኅና ፡ ያሳድርህ ።[2] .... Bene quiescere faciat te.

[1] Hic adverbium ደኅና ፡ verbo እደረ ፡ unitum est tanquam affixum, non quia id necessario fiat, poterat enim scribi ደኅና ፡ እደር ፡, sed quia in pronunciatione tertia radicalis adverbii absorbet primam radicalem verbi.

[2] Quando salutatio fit in forma causativa, uti in hac persona et in aliis sequentibus, verbum semper est in tertia persona, quia tunc salutatio est precatio ad Deum. Hoc verbum insuper pronomen personale habet affixum ad designandam personam cui salutatio dirigitur.

2. ደኅና፡ ያሳድረው ።............ Bene quiescere faciat eum.
3. ደኅና፡ ያሳድራችሁ ።........... Bene quiescere faciat vos.
4. ደኅና፡ ያሳድራቸው ።........... Bene quiescere faciat eos.

Salutationi imperativæ respondent Æthiopes christiani ይሁን ። (*sit*), seu melius አሜን ። (*amen*), addito semper ደኅናደር፡ seu aliter, ut supra, quoad sexum, personam et numerum.

ARTICULUS SECUNDUS.

DE SALUTATIONIBUS MATUTINIS.

Pro salutationibus matutinis ab ortu solis usque versus meridiem inter personas quæ in præfato tempore sibi invicem occurrunt vel separantur cum spe redeundi ante meridiem, aliud verbum veluti sacramentale est, scilicet አረፈደ፡ (*matutinum tempus degit* vel *duxit*), quod in triplici forma usurpatur, simplici nempe, activa et causativa, quamvis salutatio fere semper in forma activa sit. Verbum hoc conjugari solet in præterito simplici, simul et in composito, addendo adverbia እንዴት et ደኅና, uti in præcedenti articulo dictum est.

1. እንዴት፡ አረፈድህ፤ ደኅና፡ አርፍደኻል ።[1] Quomodo matutinum tempus degisti? Bene matutinum tempus degisti?

[1] In lingua amarica verbum ረፋዱ ። significat punctum diei incipiens ab hora tertia canonica, id est, hora nona matutina, secundum Gallorum morem, usque ad meridiem. ደረቀ፡ ረፋዱ ። dicitur punctum correspondens horæ sextæ sive meridiei. Ex voce ረፋዱ derivare videtur verbum ረፈደ ።, quod in sua forma simplici significat simplicem præteritionem temporis matutini, absque ulla cor-

2. እንዴት ፡ አረፈድሽ ፤ ደኅና ፡ አርፍደሻል ። Quomodo matutinum tempus degisti? Bene matutinum tempus degisti? (*Ad feminam.*)
3. እንዴት ፡ አረፈዳችሁ ፤ ደኅና ፡ አርፍዳችሁዋል ። Quomodo matutinum tempus degistis? Bene matutinum tempus degistis?
4. እንዴት ፡ አረፈዱ ፤ ደኅና ፡ አርፍደዋል ። Quomodo matutinum tempus degerunt? Bene matutinum tempus degerunt? (*Ad personam superioris.*)

Hisce omnibus salutationibus responsio est : እግዚአብሔር ፡ ይመስገን ።, quod pronunciatur *egzier ymasgan* significatque: *Gratiæ agantur Domino,* addita semper ejusmet salutationis repetitione quoad gradum et sexum. Exempli gratia, si ultima salutatio a femina dicta fuerit, responsio erit à superiore : እግዚአብሔር ይመስገን ፤ እንዴት ፡ አረፈድሽ ። (*Domino gratiæ agantur : quomodo matutinum tempus degisti?*)

Hæc est salutatio interrogatoria, versus meridiem, de mane præterito; summo mane vero pro salutatione ejusdem temporis in futurum, modus imperativus adhibetur, ut in sequenti exemplo.

1. ደኅና ፡ እርፍድ ። Bene tempus matutinum dege. (*Ad pers. æq. cond.*)

relatione ad personam. Verbum ረፈደ in sua forma activa, nempe አረፈደ ፡, significat quidem præteritionem temporis matutini, sed relative ad personam et officia ejus, ita ut aliquando significet etiam *tardare in mane*, imo etiam *perdere tempus matutinum* relative ad operationem aliquam. In salutatione tamen verbum hoc sub forma activa significat tantum *degere tempus matutinum.*

2. ደኅና ፡ አርፍጂ ። Bene tempus matutinum dege. (*Ad fem.*)
3. ደኅና ፡ አርፍዱ ። Bene tempus matutinum degite.
4. ደኅና ፡ ያርፍዱ ። Bene tempus matutinum degunto. (*Ad pers. hon.*)

Circa verbum hujus salutationis observandum est quod, licet formam causativam habeat, nunquam tamen hæc forma pro salutatione usurpatur; nunquam enim dicitur ደኅና ፡ አስረፈድህ ። vel ደኅና ፡ አስረፈዳችሁ ።.

Huic formæ respondetur pariter quoad gradum et sexum sicut præcedentibus salutationibus ይሁን ። (*sit*), aut melius አሜን ። (*Amen*).

ARTICULUS TERTIUS.

DE SALUTATIONIBUS VESPERTINIS.

Pro salutationibus vespertinis, incipiendo ab hora vesperarum canonica circiter usque ad noctem, inter personas, quæ in dicto tempore a se invicem separantur cum spe redeundi pro nocte, vel postquam sibi invicem occurrerunt, tertium verbum speciale, scilicet መሸ ፡, sub forma simplici in usu est, quod certo modo eamdem significationem habet ac verbum latinum impersonale *vesperare* vel *vesperascere*. Hoc verbum sub forma activa አመሸ ፡ (*degit* vel *duxit vesperam*), adhibetur pro salutatione vespertina. Submittam hic conjugationem hujus verbi in modis, temporibus, et personis salutationi huic inservientibus.

1. እንዴት ፡ አመሸኽ ፤ ደኅና ፡ አመሸትኽል ። Quomodo vesperam degisti? Bene vesperam degisti? (*Ad pers. æq. cond.*)
2. እንዴት ፡ አመሸሽ ፤ ደኅና ፡ አመሸትሽል ። Quomodo vesperam degisti? Bene vesperam degisti? (*Ad fem.*)

3. እንዴት ፡ አመሸታሁ ፤ ደኅና ፡ አመሸታቹዋል ። Quomodo vesperam degistis? Bene vesperam degistis?
4. እንዴት ፡ አመሹ ፤ ደኅና ፡ አመሸቱዋል ። Quomodo vesperam degerunt? Bene vesperam degerunt? (*Ad pers. hon.*)

Quibus respondetur እግዚአብሔር ፡ ይመስገን ፤ እንዴት ፡ አመሸኸ ፡ (*Domino gratiæ reddantur; quomodo vesperam degisti?*) et cætera, de gradu et sexu ratione habita.

Quatuor allatæ personæ in præteritis simplici et composito sunt pro salutatione interrogatoria de præterito; nunc pro salutatione de futuro sit modus imperativus uti in præcedentibus.

1. ደኅና ፡ አምሸ ።[1] Bene vesperam dege.
2. ደኅና ፡ አምሺ ። Bene vesperam dege. (fem.)
3. ደኅና ፡ አምሹ ። Bene vesperam degite.
4. ደኅና ፡ ያምሹ ። Bene vesperam degunto.

His salutationibus responsio eadem est ac illa quæ in fine articuli secundi datur, adhibito መሸ ፡ loco አረፈደ ፡ secundum personas loquentes.

ARTICULUS QUARTUS.

DE SALUTATIONIBUS DIURNIS.

Quando duæ personæ summo mane separantur usque

[1] Scripsi ደኅና ፡ አምሸ ፡ ut separarem adverbium a verbo, et servarem omnes radicales litteras istius; poteram tamen scribere ደኅናምሸ ፡, quia in pronunciatione adverbium a verbo vix distinctum apparet, non solum in hac persona sed in omnibus sequentibus, imo quotiescumque occurrit hæc salutatio composita dicto adverbio et verbo in forma activa, in qua አ veluti prima radicalis verbi apparet.

ad vesperam sine ulla spe sibi invicem occurrendi in die, tunc omittuntur salutationes sive matutinæ sive vespertinæ, de quibus supra in articulis præcedentibus actum est. In tali casu, sive mane quum a se invicem separantur, sive vespere quum sibi invicem occurrunt, pro salutatione, speciale etiam verbum adest, nempe **ዋለ ፡** (*diem degit* vel *duxit*), fere eodem sensu ac præcedentia verba intelligendum [1]. Prius conjugationem ejus in præteritis simplici et composito, pro salutatione interrogatoria de præterito diei, exponam, postea imperativum ejus pro salutatione de futuro diei in mane.

1. **እንዴት ፡ ዋለህ ፤ ደኅና ፡ ውለኻል ።** Qomodo diem degisti? Bene diem degisti?
2. **እንዴት ፡ ዋለሽ ፤ ደኅና ፡ ውለሻል ።** Quomodo diem degisti? Bene diem degisti? (*fem.*)
3. **እንዴት ፡ ዋላችሁ ፤ ደኅና ፡ ውላቹዋል ።** Quomodo diem degisti? Bene diem degistis?
4. **እንዴት ፡ ዋሉ ፤ ደኅና ፡ ውለዋል ።** Quomodo diem degerunt? Bene diem degerunt?

In responsione par interrogatio redit, præcedente semper **እግዚአብሔር ፡ ይመስገን**.

[1] Dixi *fere eodem sensu ac præcedentia verba,* quia hoc verbum de præteritione diei quidem intelligitur, sed in hoc differt ab aliis præcedentibus, quod illa in eorum forma simplici significant præteritionem temporis nulla habita relatione ad personam, dum hoc in ejus forma simplici necessario intelligitur de persona per totam diem veluti permanente; hac de causa hoc verbum usurpatur in sola forma simplici, et nunquam in activa, ad differentiam præcedentium.

Nunc modus imperativus sit pro salutatione in mane quum duo separantur usque ad vesperam.

1. ደኅና ፡ ዋል ። Bene diem dege.
2. ደኅና ፡ ዋሊ ። Bene diem dege. (*fem.*)
3. ደኅና ፡ ዋሉ ። Bene diem degite.
4. ደኅና ፡ ይዋሉ ። Bene diem degunto.

Responsione votum idem redditur, præmisso አሜን ። seu ይሁን ።.

ARTICULUS QUINTUS.

DE SALUTATIONIBUS AD MULTOS DIES.

Huc usque in præcedentibus articulis quæstio fuit de salutationibus infra diem, vel de vespere ad mane; si autem agatur de pluribus diebus, tunc sive pro separatione de futuro, sive pro mutua occurrentia personarum mutabuntur salutationes et verba eas efformantia. Pro simili salutatione præcipuum verbum adest ሰነበተ ፡, quod nequeo ad litteram in latinum vertere, quia valde difficile est invenire verbum in linguis nostris quod eamdem ideam exprimat; tamen significare videtur *permansit* vel *exspectavit plures dies* [1].

[1] ሰነበተ ፡ non diceretur de tempore, sed de re aliqua vel de persona; sic dicitur የሰነበተ ፡ እህል ፡ (*quod exspectavit multos dies* [id est, *vetus*] *frumentum*). Pariter dicitur ጌታ ፡ በአገር ፡ ሰነበተ ፡ (*dominus in civitate plures dies permansit*). Dicitur etiam ከሞተ ፡ ሰነበተ ፡ (*ex quo mortuus est plures dies transierunt*). Non vero diceretur ጊዜ ፡ ሰነበተ ፡, quia valeret latino *tempus exspectavit* vel *permansit,* quod dici non potest. Ex hoc patet hoc verbum ሰነበተ ፡ plures sensus habere posse, qui semper relationem habent ad personam vel rem tempus

Verbi ejusdem conjugatio nunc sit prius in præterito tum simplici tum composito, postea in modo imperativo.

1. እንዴት ፡ ሰነበትኸ ፤ ደኅና ፡ ሰነበትኻል ። Quomodo transactos dies degisti? Bene plures dies degisti?
2. እንዴት ፡ ሰነበትሽ ፤ ደኅና ፡ ሰነበትሻል ። Quomodo transactos dies degisti? Bene plures dies degisti? (*fem.*).
3. እንዴት ፡ ሰነበታችሁ ፤ ደኅና ፡ ሰነበታችኋል ። Quomodo transactos dies degistis? Bene plures dies degistis.
4. እንዴት ፡ ሰነበቱ ፤ ደኅና ፡ ሰነበቷል ። Quomodo transactos dies degerunt? Bene plures dies degerunt?

Huic salutationi responsio est : በደኅና ፡ ያገናኝን ። scilicet : (Deus) *bene nos invicem occurrere faciat.*

Nunc imperativus sit pro salutatione de futuro in separatione.

1. ደኅና ፡ ሰንብት ። Bene transactos dies dege.
2. ደኅና ፡ ሰንብቺ ። Bene transactos dies dege. (*fem.*).
3. ደኅና ፡ ሰንብቱ ። Bene transactos dies degite.
4. ደኅና ፡ ይሰንብቱ ። Bene transactos dies degunto.

Quando salutatio fit in imperativo responsio est sicut jam in articulo quarto allatum, mutatis mutandis[1].

degentem, nunquam vero directe ad tempus. Sub forma activa አሰናበተ ፡ significat dimittere aliquam personam; sed mediante ና, indigenæ ad aliam radicem hoc ultimum verbum referunt.

[1] De omnibus salutationibus interrogatoriis notandum est adverbium እንዴት satis interrogationem monstrare, ubi adhibetur. Quum autem vice, እንዴት, ደኅና dicitur, tunc ad indicandum interrogationem verbum per ን finale terminatur. Ex. gr. ደኅና ፡

Hæ sunt salutationes communes in separatione ad multos dies, vel in mutuo occursu post eamdem separationem; sed istæ nunquam solæ sunt, et juxta circumstantias adduntur aliæ, quæ ut plurimum diversæ sunt ex parte discedentis a loco et ex parte exspectantium in eodem loco; imo etiam variantur juxta diversitatem itineris magis vel minus difficilis et periculosi. Ad confusionem evitandam prius illas quæ locum habent in separatione, et postea eas quæ in mutuo occursu exponam.

In separatione ex parte remanentium in loco, si iter non sit valde difficile et periculosum, ei, qui iter aggreditur, præter supra allatam salutationem, hæc dirigitur pro fausto omine.

1. ደኅና፡ ተመለስ፤ በደኅና፡[1] ንገናኝ። Bene revertere. Bene invicem occurramus.
2. ደኅና፡ ተመለሺ፤ በደኅና፡ ንገናኝ። Bene revertere (fem.). Bene invicem occurramus.
3. ደኅና፡ ተመለሱ፤ በደኅና፡ ንገናኝ። Bene revertimini. Bene invicem occurramus.
4. ደኅና፡ ይመለሱ፤ በደኅና፡ ንገናኝ። Bene revertuntor. Bene invicem occurramus.

ሰነበትሽን። *transactos dies bene egistine?* ad feminam paris aut inferioris status. Hinc patet linguæ amaricæ ን finale *ne* finalis linguæ latinæ vicem gerere.

[1] Aliquando ደኅና፡ scripsi, et aliquando በደኅና፡; stricte hoc ultimum solum veluti adverbium considerari potest, sed etiam primum ex usu uti adverbium usurpatur. Prius uti nomen adjectivum pro *bonus, bona, bonum*, vel pro *sanus, sana, sanum* accipitur; quando pro verbo accipitur, ዳነ, a voce æthiopica ደኅነ, significat *sanatus est*. Hic uti adverbium pro *bene in salute* accipi debet.

Ex parte discedentis vero responsio primæ salutationi ex duabus allatis sequens erit.

1. በደኅና ፡ ቈየኝ ። Bene exspecta me.
2. በደኅና ፡ ቈዪኝ ። Bene exspecta me (*fem.*).
3. በደኅና ፡ ቈዩኝ ። Bene exspectate me.
4. በደኅና ፡ ይቈዩኝ ። Bene exspectanto me (*ad pers. hon.*).

Responsio secundæ salutationi vero est vel repetitio ejusdem, vel etiam sequens.

1. ደኅና ፡ ሁን ። Bene esto.
2. ደኅና ፡ ሁኚ ። Bene esto (fem.).
3. ደኅና ፡ ሁኑ ። Bene estote.
4. ደኅና ፡ ይሁኑ ። Bene sunto (*ad. pers. hon.*).

Quum ex itinere quis reversus est, in occursu cum suis præter primam salutationem hujus articuli, quæ semper locum habet post absentiam plurium dierum, sequentes etiam addi solent.

Ex parte remanentium in loco, quum primo venientem persentiunt, dicunt.

1. እንኳ ፡[1] በደኅና ፡ ገበኸ ።[2]

[1] እንኳ ፡, vel ሰኚኳ ፡, quod in lingua oromonica BAGÀ, perfecte in eodem sensu, dicitur, est vox quæ nullo modo traduci potest in linguas nostras. Videtur mihi potius quædam interjectio ad exprimendum sensum consolationis expertæ in fausto adventu alicujus personæ vel auditione alicujus notitiæ, quam vox aliquid speciale significans; aliquando profertur etiam tanquam approbatio, eo sensu, quo apud nos diceretur *bene fecisti*; dicitur enim aliquando እንኳ ፡ እደረግሀ ፡ et oromonice BAGÀ GÓDTE, ut dicant *bene fecisti*.

[2] ገባ ፡ significat *intravit;* idem dicendum de verbo GÁLA in lingua oromonica, sed quando agitur de itinere pro *reversus est* accipitur.

2. እንኳ ፡ በደኅና ፡ ገባሽ ።
3. እንኳ ፡ በደኅና ፡ ገባችሁ ።
4. እንኳ ፡ በደኅና ፡ ገቡ ።

Huic salutationi responsio est, ut sequitur.

1. እንኳ ፡ በደኅና ፡ ቈየህኝ ። Bene me expectavisti.
2. እንኳ ፡ በደኅና ፡ ቈየሽኝ ። *idem* (*ad feminam*).
3. እንኳ ፡ በደኅና ፡ ቈያችሁኝ ። Bene me expectavistis.
4. እንኳ ፡ በደኅና ፡ ቈዩኝ ። Bene me expectaverunt (*ad. pers. hon.*).

Si plures dies transierunt ex quo personæ invicem separatæ fuerunt, post præcedentes salutationes, sequentes mutuas interrogationes sibi invicem addere solent.

1. ደኅና ፡ ነህ ፤ እጅጉን ፡ ደኅና ፡ ነህ ።[1] Bene es? Valde bene es?
2. ደኅና ፡ ነሽ ፤ እጅጉን ፡ ደኅና ፡ ነሽ ። Bene es? Valde bene es? (f.).
3. ደኅና ፡ ናችሁ ፤ እጅጉን ፡ ደኅና ፡ ናችሁ ። Bene estis? Valde bene estis?
4. ደኅና ፡ ነዎ ፤[2] እጅጉን ፡ ደኅና ፡ ነዎ ። Bene sunt? valde bene sunt? (*ad. pers. hon.*).

Has de statu salutis reciprocas interrogationes sæpe etiam identidem repetunt usquedum refrigescat sensus mutuæ commotionis, et exsurgat opportunitas sibi invicem

[1] Vel melius ነህን, ነሽን, etc. addito ን interrogatorio.

[2] In multis aliis verbis, quando agitur de persona honorata, sæpe in tertia persona pluralis numeri fit salutatio; attamen communius et perpolite in tertia numeri singularis, adhibita diversa finali, fieri potest. Sic ነው ፡ tertia persona singularis numeri ordinarie est, sed in casu supra citato sæpe fit ነዎ ፡. Demus completum exemplum : እርስዎ ፡ ነዎ ። *tu* (honorate) *es*.

Quando vero, alloquendo personam honoratam tertia pluralis adhibetur, hæc eamdem finalem induere potest, v. g. እርሳቸው ፡ ናቸው ፡ (*illi sunt*, id est, *tu es*).

informandi de factis per absentiam occursis. Non solum supradictas repetunt, sed alias synonymas addere solent, et præcipue sequentem.

1. እጅጉን[1] ፡ ባለ ፡ ጤና ፡ ነህ ። Valde sanus es?
2. እጅጉን ፡ ባለ ፡ ጤና ፡ ነሽ ። Valde sana es?
3. እጅጉን ፡ ባለ ፡ ጤና ፡ ናችሁ ። Valde sani estis?
4. እጅጉን ፡ ባለ ፡ ጤና ፡ ነዎ ። (*Ad. pers. hon.*).

Tandem, quando separatio aut iter ad multos dies est cum aliqua difficultate vel periculo, tunc sive in separatione, sive postea in mutuo occursu aliæ speciales salutationes præcedentibus semper addendæ erunt.

In separatione ex parte remanentium in loco sequentia sunt potius omina quam salutationes.

1. እግዚር ፡ በደኅና ፡ ያግባህ ፡ vel ያምልስህ ፡ vel ይጠብቅህ ። Dominus bene te intrare faciat, *vel* redire faciat, *vel* custodiat.
2. እግዚር ፡ በደኅና ፡ ያግባሽ ፡ vel ያምልስሽ ፡ vel ይጠብቅሽ ። Dominus bene te, etc (*mulieri loquendo*).
3. እግዚር ፡ በደኅና ፡ ያግባችሁ ፡ vel ያምልሳችሁ ፡ vel ይጠብቃችሁ ። Dominus bene vos intrare faciat, vel redire faciat, *vel* custodiat.
4. እግዚር ፡ በደኅና ፡ ያግባዎ ፡ vel ያምልስዎ ፡ vel ይጠብቅዎ ። (*Dominus bene illos*, etc.) Dominus bene te, etc. (*pers. hon. loquendo*).

Istis responsio ex parte discedentis valde brevis est, nempe አሜን ። (*amen*); sed postea convenit ut addat እግዚር ፡ ለመገናኘት ፡ ያብቃን ።[2] (*Deus ut simul inveniamur nobis faciat.*)

[1] እጅጉን quasi *valde* significat; ባለ ፡ ጤና ፡ autem verbatim *magister sanitatis* esset.

[2] ያብቃን ፡, hoc verbum est verbum በቃ ፡ (*sufficiebat*) in sua forma activa, quæ hic formæ causativæ *facit sufficere* æquivalet.

Quando vero persona ex tali itinere revertitur, in occursu cum suis, præter antecedentes salutationes, quæ pro opportunitate semper præcedere debent vel sequi, sequentes addendæ sunt ex parte remanentium.

1. እንኳ ፡ እግዚር ፡ አገባህ ፡ vel አመለሰህ ፡፡ Dominus fauste te intrare *vel* redire fecit.
2. እንኳ ፡ እግዚር ፡ አገባሽ ፡ vel አመለሰሽ ፡፡ Dominus fauste te intrare *vel* redire fecit (*ad mulierem*).
3. እንኳ ፡ እግዚር ፡ አገባችሁ ፡ vel አመለሳችሁ ፡፡ Dominus fauste vos intrare, *vel* redire fecit.
4. እንኳ ፡ እግዚር ፡ አገብዎ ፡ vel አመለሰዎ ፡፡ Dominus fauste te intrare *vel* redire fecit (*ad pers. hon.*).

Ex parte remeantis vero responsiones sunt sequentes indeclinabiles.

1. እንኳ ፡ እግዚር ፡ ለመገናኘት ፡ አበቃን ፡ ፡፡ Deo gratias [1] qui ad occursum fecit nobis sufficere.
2. እንኳ ፡ ተገናኘተናል ፡፡ Deo gratias, quia nos vidimus invicem [2].

ARTICULUS SEXTUS.

DE QUIBUSDAM SALUTATIONIBUS SPECIALIBUS.

Præter recensitas salutationes in quinque articulis præcedentibus, remanent mihi aliquæ aliæ tractandæ, quæ stricte salutationes non sunt, sed potius omina ex usu

[1] እንኳ ፡ hic vertens per *Deo gratias,* certo non litteram secutus sum, sed expressi potius sensum quam ideam hujus vocis.

[2] Verbum ተገናኘተናል ፡ valde difficile est vertere in latinum; etenim in sua forma simplici ተገናኙ ፡ valet *simul inveniuntur,* vel *mutuo conjuncti sunt.*

satis authentica, in aliquibus specialibus circumstantiis, ut ea hic referre bonum putaverim. Tales sunt salutationes quæ habent locum in sternutatione [1], in visitatione infirmorum, in occasione mortis alicujus personæ, in circumstantia partus, et in aliquibus aliis circumstantiis. Hæc omnia specialibus numeribus persolvam.

1. Quando aliquis sternutat circumstantes omnes facere solent levem quamdam inclinationem personæ sternutanti [2] dum dicunt : ይማርኽ ። (*Misereatur tui*). Sternutans debet respondere ያኖርኽ ። [3] (*Conservet te*).

2. In visitatione alicujus infirmi, postquam ingressi sunt ad eum, et in separatione ab eodem hæc est saluta-

[1] Mos salutandi post sternutationem videtur aliquid traditionale et primitivum in familia humana; etenim invenitur in toto suo vigore apud Abyssinos, sicuti apud nos. Apud Oromones septentrionales et liberos, vix aliquod vestigium illius invenitur; apud Oromones meridionales vero, quibus dominantur principes, in omni suo vigore est in aula principum et apud optimates eorum, coram quibus dum princeps sternutat inferiores omnes præsentes sibi percutiunt pectus et submissa voce sibi imprecant sternutamentum; non solum pro sternutatione, sed etiam occasione tussis idem facere solent. Hic usus ad aulas principum Oromonum ex Kafa venisse dicendus est, sicuti cæteri ritus aulici eorumdem, quia Kafæ aula omnibus antiquior est.

[2] Si persona sternutans sit valde distincta relative ad circumstantes, tunc non sufficit simplex capitis inclinatio, sed quædam inclinatio profunda, si stent, facienda est, si vero sedeant, actus se levandi saltem inceptus requireretur apud Abyssinos.

[3] Hæc duo verba brevitatis causa sine nomine præcedente et regente usurpantur, sed nomen regens, nempe እግዚር ፡ (*Dominus*), supponitur, ita ut hoc omen sit idem ac sequens numeri secundi, et

tio, vel omen እግዚር ፡ ይማርኽ ። (*Dominus misereatur tui*), et infirmus respondet አሜን ። (*amen*). Extra casum etiam visitationis infirmi, quando in via occurrit aliquis de domo infirmi, eamdem salutationem mittunt, sed tunc addere debent በልልኝ ፡ (*dic pro me*), በሉልኝ ፡ (*dicite pro me*), ይበልልኝ ፡ (*dicat pro me*).

3. Post mortem alicujus personæ, sive quum pergunt ad planctum, sive etiam quum occurrit in via aliquis e parentibus defuncti, omen ordinarium in occursu supradictorum est ut sequitur.

1. እግዚር ፡ ያጥናህ ፡ vel ያስቻልህ ።.. Dominus fortificet te *vel* posse faciat te.
2. እግዚር ፡ ያጥናሽ ፡ vel ያስቻልሽ ። . (*Idem ad feminam*).
3. እግዚር ፡ ያጥናችሁ ፡ v. ያስቻላችሁ ። Dominus fortificet vos *vel* posse faciat vos.
4. እግዚር ፡ ያጥናዎ ፡ vel ያስቻልዎ ። . Dominus, etc. (*ut in 2ª p. s. ad pers. hon.*).

Huic omini responsio ex parte parentis mortuæ personæ est :

valeat, *Deus misereatur tui* nempe amarice እግዚር ፡ ይማርኽ ።; እግዚር ፡ ይማርሽ ።, si agatur de femina, እግዚር ፡ ይማራችሁ ።, si agatur de pluribus, quod fere nunquam accidit, tandem እግዚር ፡ ይማርዎ ።, si quæstio sit de persona honorata. Idem dicendum de responsione ad omen pro sternutamento, nempe ያኑርኽ ፡, ያኑርሽ ፡, ያኑራችሁ ፡, ያኑርዎ ፡ juxta qualitatem et quantitatem personarum. Sensus hujus verbi ultimi est *morari faciat*, id est *conservet te*, *conservet vos*, semper subintelligendo *Deus*, ut supra dictum est, licet verbum አኖረ ፡ extra hunc casum significet magis ordinarie *reposuit ad conservandum*.

1. በኔ ፡ የደረሰ ፡ አይድረስብኽ ። . . . . . Quod evenit mihi non eveniat tibi.
2. በኔ ፡ የደረሰ ፡ አይድረስብሽ ። . . . . . . (*Idem ad feminam*).
3. በኔ ፡ የደረሰ ፡ አይድረስባችሁ ። . . . . Quod evenit mihi non eveniat vobis.
4. በኔ ፡ የደረሰ ፡ አይድረስብዎ ። . . . . . (*Ad personam honoratam*).

4. Si occurrat visitare aliquam personam publica auctoritate vinctam vel casu in via occurrat, cum ea sive in occursu sive in separatione pro salutatione omen sequens est.

1. እግዜር ፡ ያስፈትኽ ። . . . . Dominus solvere faciat te.
2. እግዜር ፡ ያስፈትሽ ። . . . . (*Idem ad feminam*).
3. እግዜር ፡ ያስፈታችሁ ። . . . . Dominus solvere faciat vos.
4. እግዜር ፡ ያስፈትዎ ። . . . . (*Ad pers. honoratam*[1]).

Huic omini responsio brevis est, nempe አሜን ።.

5. Quando agitur solum de aliqua quæstione vel criminali vel civili, sive apud regem, sive apud tribunalia subalterna, personæ quæ ad eam pertractandam pergit sic dicitur.

1. እግዜር ፡ ያቅናልኽ ።[2] . . . . Dominus facilem reddat tibi.
2. እግዜር ፡ ያቅናልሽ ። . . . . (*Idem ad feminam*).

[1] Ex quo series principum Salomonica dicta, exspoliata omni auctoritate jacet in Abyssinia, regio illa omnis a sæculo et amplius continuis revolutionibus et civilibus bellis exagitata, fere quotidie inibi occurrit casus personarum eximii meriti vel dignitatis a victore diei in durissima vincula conjectarum; occasio igitur hoc omine utendi satis frequenter accidit.

[2] Hoc verbum traduxi latine per *facilem reddere*, quia fere semper hoc significat quando agitur de operatione aliqua, sed sæpissime

3. እግዚር ፡ ያቀናላችሁ ።....... Dominus facilem reddat vobis.
4. እግዚር ፡ ያቀናልዎ ።......... (*Idem ad pers. honoratam*).

6. Tandem, quando agitur de aliqua muliere post partum, sive in occursu cum ea sive etiam per nuntium [1] antequam e domo exeat, communibus sequentes speciales salutationes ex usu satis recepto addendæ sunt.

1. እንኳ ፡ እግዚር ፡ ገለገለሽ ፡[2]... Deo gratias, qui pacem tibi fecit.
2. እንኳ ፡ ማርያም ፡ ተጫወተሽ ፡ Maria[3] tecum lusit.

significat etiam *bonum exitum habere,* vel *prospere evenire.* Sic is qui contra tæniam medicinam bibit de seipso dicit : መዳኒት ፡ vel ኮሶ ፡ ቀናልኝ ። (*medicina* vel *koso benefecit mihi;* id est suum effectum produxit.) In tota Æthiopia tænia adeo universalis est, ut vix inter centum unus dici possit exemptus. In Kafa injuria est dicere alicui quod nesciat medicinam tæniæ. Hæc medicina sumitur ab omnibus periodice post duas lunas, quia hoc spatio temporis tænia crescit et inferius apparere incipit. In Abyssinia hæc medicina est flos arboris quæ *koso* ab indigenis, ab herbariis vero nostris *Brayera* anthelmintica perite vocatur. Apud Oromones magis in usu est et certo modo efficacior medicina extracta e fructu arbusculæ cujusdam quæ sub nomine *enqoqo* ab Abyssinis cognoscitur. Quando aliquis accipit hanc medicinam, ei omen supradictum ያቀናልሽ ፡ fieri solet in persona convenienti ut supra.

[1] Puerpera nec exit e domo, nec visitationes recipit ante 40 dies, quia veluti immunda consideratur in Abyssinia; post dictum tempus pergit ad ecclesiam ad se purificandam.

[2] Hoc verbum ገለገለ ፡ quod ordinarie significat *adjuvare,* quando agitur de bello vel quæstionibus privatis, significat *pacificare,* vel *solvere quæstionem;* in casu præsenti magis in hoc ultimo sensu dicitur.

[3] In Æthiopia invocatio Mariæ occasione partus universalis dici

Adsunt aliquæ aliæ salutationes et omina in lingua amarica, uti occasione nuptiarum, occasione occisi hostis in bello, et similibus; sed hæ minus frequentes sunt, ac ideo minus cognitæ et essentiales, ut hic eas congerere debeam.

Hoc unum hic dico, scilicet, quando salutatio per nuntium fit, quod sæpissime accidit pro personis absentibus, tunc persona absens veluti præsens consideratur et in persona secunda salutatio locum habet; sed a nuntio semper dici debet post salutationem : በሌሌኝ ፡ (*dic pro me*), si unus tantum sit; በሉልኝ ፡ (*dicite pro me*), si plures sunt, vel etiam ይበሌምሌኝ ፡ (*dicat pro me*), si casu salutationis mandatarius sit persona honorata.

CAPUT SECUNDUM.

DE SALUTATIONIBUS OROMONICIS.

Salutationes oromonicæ valde simpliciores et breviores sunt quam amaricæ [1]. Caput præsens in tres tantum ar-

debet, quia, si Oromones nomen ipsius non assumunt in hac circumstantia ac tantum GIFTÌ (*Dominam*) invocant, hæc appellatio de Maria certo est intelligenda.

[1] Oromones non habent nisi duo verba sacramentalia pro salutationibus, nempe BÙLA (*pernocto*), quod correspondet verbo amarico አደረ ፡, de quo in articulo primo salutationum amaricarum, et ÒLA (*maneo tota die*), correspondens verbo amarico ዋለ ፡. Omnia quæ diximus de sensu horum duorum verborum linguæ amaricæ in capite præcedenti, hic etiam de iisdem dici possunt in lingua oromo-

ticulos dividam; in primo agam de salutationibus quotidianis, sive vespertinis sive matutinis; in secundo de salutationibus ad multos dies, vel ad tempus indeterminatum; in tertio de salutationibus extraordinariis et specialibus, quæ a circumstantiis particularibus pendent, sermo instituendus erit.

ARTICULUS PRIMUS.

DE SALUTATIONIBUS QUOTIDIANIS.

Salutationes quæ quotidie occurrunt in lingua oromonica a duobus solis verbis pendent, unum ad significandam transitionem diei a mane usque ad vesperas, et aliud ad exprimendam transitionem noctis a vespere usque ad mane, eodem fere sensu quo diximus de similibus verbis linguæ amaricæ in capite præcedenti.

Salutationes has dividam in matutinas et vespertinas, de quibus agam duobus distinctis paragraphis.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

DE SALUTATIONIBUS MATUTINIS.

Salutationes matutinæ aliæ sunt interrogativæ de præterita nocte quæ fieri solent mane in primo occursu personarum, et aliæ sunt ominatoriæ quæ locum habent in

nica. Hoc unum particulare habetur circa primum, quod አደረ ፡ in lingua amarica pro sola nocte usque ad mane interpretari debet, *búla* vero in lingua oromonica ad multos etiam dies extendi soleat, ita ut aliquando correspondeat etiam verbo amarico ሰነበተ ፡, de quo egimus in capite præcedenti; sed de hoc clarius infra.

separatione earumdem, eodem ordine quo diximus in capite præcedenti quum egimus de salutionibus amaricis.

Circa eas duo observanda sunt :

1. Verbum nunquam mutatur, sed sæpissime mutatur adverbium præcedens, ita ut variæ quasi synonymæ salutàtiones dici possint.

2. Verbum, quod modo imperativo inservit pro salutatione ominatoria diei, in tempore præterito inservit vespere pro salutatione interrogatoria. Idem dicendum de verbo pro nocte.

Igitur salutationes interrogatoriæ matutinæ sunt sequentes, videlicet :

1. *Nagàn* vel *nagumàn bultè*[1]? Bene pernoctasti?
2. *Nagàn* vel *nagumàn búltani*? Bene pernoctastis? (*Ad pers. hon.*)
3. *Fajà bultè*[2]? Salubriter pernoctasti?
4. *Fajà búltani*? Salubriter pernoctastis? (*Ad. pers. hon.*)
5. *Attàm bultè*? Quomodo pernoctasti?
6. *Attàm búltani*? Quomodo pernoctastis? (*Ad. pers. hon. vel ad plures pers.*)

Hæ salutationes sex numeris exprimuntur, sed stricte

[1] *Nagà* vel *nagumà* hic synonymæ voces sunt; quando absolute usurpantur semper uti adverbia considerari debent. *Nagà* perfecte eadem vox est ac ደኅና ፡ linguæ amaricæ, et correspondere videtur in omnibus nostro *bene* linguæ latinæ; etenim dicuntur de bono statu salutis corporalis, de prosperitate familiæ negotiorum, armèntorum, frugum, etc.

[2] *Fajà* hic uti adverbium usurpatur, sed aliquando est verbum *fája* (*sanabor*), et etiam nomen aliquando substantivum. Sensus hujus vocis specialiter de salute corporali est.

tres tantum sunt in singulari numero et plurali. Duæ primæ perfecte synonymæ sunt, et indiscriminatim una pro alia adhiberi potest; tertia vero, *ATTÀM BULTÈ*, sæpissime additur pro reduplicatione, et raro absolute sine aliqua ex præcedentibus adhibetur.

Salutationes ominatoriæ matutinæ pro die usque ad vesperam sunt sequentes.

1. *NAGÀN ÓLI*. Bene diem age.
2. *NAGÀN ÓLA*. Bene diem agite.

Duæ tantummodo sunt, quia lingua oromonica femininum genus non habet, et pro personis honoratis utitur secunda persona pluralis [1] numeri.

PARAGRAPHUS SECUNDUS.

DE SALUTATIONIBUS VESPERTINIS.

Salutationes vespertinæ interrogativæ de die sunt eædem ac supra allatæ, mutato verbo, v. g. :

1. *NAGÀN OLTÈ?* Bene diem egisti?
2. *NAGÀN ÓLTANI?* Bene diem egistis?
3. *FAJÀ OLTÈ?* Sane diem egisti?
4. *FAJÀ OLTANI?* Sane diem egistis?
5. *ATTÀM OLTÈ?* Quomodo diem egisti?
6. *ATTÀM ÓLTANI?* Quomodo diem egistis?

[1] Quando agitur de persona honorata seu potius superioris conditionis, etiam Oromones, sicuti Abyssini et fere omnes populi, faciunt distinctionem, sed in hoc differunt Oromones ab Abyssinis, quod isti in persona tertia vel pluralis vel singularis numeri loquuntur, illi vero in persona secunda numeri pluralis.

Salutationes ominatoriæ in modo imperativo sunt sequentes.

1. *Nagàn bûli.* Bene noctem dege.
2. *Nagàn bûla.* Bene noctem degite. (*Ad pers. hon. vel ad plures pers.*)

ARTICULUS SECUNDUS.

DE SALUTATIONIBUS AD MULTOS DIES.

Salutationes ad multos dies vel fiunt occasione simplicis separationis inter amicos vel notos, qui pergunt ad propriam domum in aliqua distantia, ita ut aliquando sibi invicem occurrant sine itinere notabili; vel e contra fiunt occasione alicujus separationis notabilis cum aliquo itinere.

In primo casu pro separatione mutuæ salutationes sunt supra allatæ : *nagàn bûli*, vel *nagàn bûla*. In occursu sunt : *nagumàn bultè?* vel *nagumàn búltani? fajà bultè?* vel *fajà búltani? attàm bultè?* vel *attàm búltani?* perfecte eodem modo quo diximus in paragrapho primo articuli præcedentis, ubi de salutationibus interrogatoriis matutinis; quia in lingua oromonica verbum *bûla* correspondet duobus verbis amaricis እደረ ፡ et ሰነበተ ፡, de quibus in cap. præc. [1]

In secundo casu pro separatione diversum est omen salutationis ex parte remanentium in loco, et ex parte discedentium.

Ex parte remanentium omen salutationis in separatione est ut sequitur:

[1] Pro ሰነበተ melius oromonice *bubúla* dicitur.

1. *Nagàn bubúli.* Bene plures noctes dege.
2. *Nagàn bubúla.* Bene plures noctes degite. (*Ad pers. hon. vel ad plures pers.*)
1. *Nagàn gáli*[1] Bene revertere.
2. *Nagàn gála.* Bene revertimini. (*Ad pers. hon. vel ad plures pers.*)

Primum pro separatione generaliter, uti jam antea dictum est; secundum vero specifice iis qui ad propria redire debent inservit.

Ex parte discedentium vero omen salutationis sic erit.

1. *Nagàn tái.* Bene remane[2].
2. *Nagàn táa.* Bene remanete. (*Ad pers. hon. vel ad plures pers.*)
1. *Nagàn túri*[3]. Bene exspecta.
2. *Nagàn túra.* Bene exspectate (*Ad pers. hon. vel ad plures pers.*)

Ex itinere redeundo, in primo occursu cum suis reciproca interrogatio diversa pariter erit ex parte venientis ex itinere, et ex parte eorum qui in loco remanserunt. Primo quidem observandum quod ex utraque parte nunquam omittitur interrogatio, de qua locuti sumus ubi de salutationibus matutinis. Ex. gr. :

1. *Nagàn* vel *nagumàn bubultè?* Bene plures noctes degistine?
2. *Nagàn* vel *nagumàn bubúltani?* Bene plures noctes degistisne? (*Ad pers. hon. vel ad plures pers.*)

[1] Verbum *gála* ordinarie significat *intro*, sed, quando agitur de itinerantibus, accipi debet pro *revertor ad propria*, ita ut *nagàn gâli* significet *bene revertere ad propria*, et *nagàn gâla*, *bene revertimini ad propria.*

[2] Verbum *táa* ordinarie significat *sedeo*, sed in hoc casu *remaneo* sensus ejus est.

[3] *Túri* (*exspecta*), *túra* (*exspectate*), hic non est idem ac verbum auxiliare *erat*, de quo sæpe dictum est.

1. *Fajà bubultè?* Sane plures noctes degistine?
2. *Fajà bubúltani?* Sane plures noctes degistisne? (*Ad pers. hon. vel ad plures pers.*)
1. *Attàm bubultè?* Quomodo plures noctes degisti?
2. *Attàm bubúltani?* Quomodo plures noctes degistis? (*Ad pers. hon. vel ad plures pers.*)

Una ex tribus persoluta, tunc personæ quæ itinerantem domi exspectabant addunt :

Bagà nagàn galtè. Optime! bene reversus es?
Bagà nagàn gáltani. Optime! bene reversi estis? (*Si plures sint, vel si sit pers. hon.*)

Qui vero ex itinere venit, vel repetit unam ex supradictis pro responsione, vel simpliciter dicit :

Fajà ḍa, vel *ġabbà ḍa*. Bene sum.
Gabdù ḍa (fem.). Bene sum.

Quando agitur de aliquo itinere, etiam infra diem, v. g. quando quis mane ad mercatum pergit vespere ad domum reversurus, remanentes dicunt;

Nágàn gáli vel *gála*. Bene revertere *vel* revertimini.

Discedens autem respondet :

Nagàn tái vel *táa*. Bene remane *vel* remanete.
Nagàn túri vel *túra*. Bene exspecta *vel* exspectate.

Quum vero aliquis revertitur, tum ut supra ei dicitur.

Bagà nagàn galtè vel *gáltani*.

Ipse vero dicit, ut supra :

Fajà ḍa vel *ġabbà ḍa*. (*Si sit vir.*)
Gabḍù ḍa. (*Si sit femina.*)

ARTICULUS TERTIUS.

DE SALUTATIONIBUS EXTRAORDINARIIS.

Salutationes extraordinariæ fere infinitæ sunt, quas omnes referre mihi impossibile est, maxime quum sim notis meis destitutus. Inter eas quæ sæpius usurpantur et nunc memoriæ meæ occurrunt, illas hic solum adnotare sufficiat, incipiendo ab iis quæ cum præcedentibus aliquam habent relationem.

Primo quidem veniunt illæ quæ occasione itineris extraordinarii et periculosi occurrere solent, tam in discessu quam in occursu redeundo ab eodem itinere. In discedendo, omina ex parte remanentium sunt sequentia.

1. *Wàk si agálcu* vel *adevísu* . . . . Deus restituat te [1].
2. *Wàk sif atólu* . . . . Deus tibi faveat [2].
3. *Ajánikè agabésu* . . . . Tutelaris tuus roboret [3].

Eædem pro pluribus, vel pro persona honorata.

1. *Wàk ísini agálcu* . . . . Deus vos restituat.
2. *Wàk ísinif atólu* . . . . Deus vobis favorabilis sit.
3. *Ajáni kèsani agabésu* . . . . Tutelaris vester roboret.

Quibus omnibus discedens respondere debet *amìn* ter vel quater repetitum, et addere, si vult, omina jam sæpe

[1] Pro *faciat ut revertaris,* quia verbum *gála* (*intro* vel *revertor ad propria*) hic est sub forma semicausativa.

[2] *Tóla* (*convenit*) hic pro *faveo* est.

[3] Ut dicant Oromones *Angelus tutelaris tuus custodiat te,* dicunt *roboret* vel *fortificet,* quia supponunt rem inutilem illum depre-

citata : NAGÀN BULÈ, NAGÀN TÂI, NAGÀN TURÈ aut plurale eorum, ut supra.

Inter tria relata omina, quæ pro itinere extraordinario in usu esse diximus, primum, videlicet *Wàk si agálcu*, solum pro itinere est; duo sequentia vero pro quocumque alio periculo aut infortunio inservire possunt.

Quum autem quis ex itinere extraordinario et periculoso revertitur, sequentibus salutationibus recipi debet ab eis qui illum exspectabant.

1. *Bagà*[1] *nagàn galtè*.......... Deo gratias! bene reversus es.
2. *Bagà Wàk si basè*.......... Optime! Deus exire te fecit.
3. *Bagà Wàk si galcè*.......... Optime! Deus te restituit.

Si plures fuerint, vel una persona honorata, tunc :

care, quum negotium ejus sit unum cum persona ab eo custodita; quapropter credunt melius deprecare ut roboret. Sæpissime cogitando intra me quid sibi velint Oromones per *ajana* seu tutelarem, mihi visum est per illum significare eos velle animam, quia actiones tutelari attributæ sæpe non distinguuntur ab actionibus personæ.

[1] *Bagà* oromonice, እንኪ ፡ amarice, est adverbium quod difficillime traduci potest in linguas nostras; etenim exprimit potius gaudium internum de aliquo eventu cum approbatione ejusdem, veluti si diceretur interjective : *Optime! Deo gratias!* ad exprimendam satisfactionem completam de aliqua re. Linguæ primitivæ ad affectiones cordis naturales exprimendas magis perfectæ videntur quam nostræ factitiæ. Ars quæ eminet in istis ornat quidem sed et corrumpit naturam, saltem illam non perficit relative ad passiones naturales. Quod *utinam* nostrum de futuro, hoc እንኪ et BAGÀ de præterito exprimunt.

Bagà nagàn gáltani.......... Optime! bene reversi estis.
Bagà Wàk ísini basè......... Optime! Deus vos exire fecit.
Bagà Wàk ísini galcè... .... Optime! Deus vos restituit.

Hic etiam, ex tribus salutationibus relatis, prima et tertia magis ad circumstantiam itineris attinent; secunda post quodlibet periculum adhiberi potest.

Responsio istis omnibus, ex parte personæ quæ ex itinere venit, est ut sequitur.

1. *Ajánikè* vel si plures *ajáni késani*. Tutelaris tuus *vel* tutelaris vester[1].

Postea :

2. *Bagà Wàk nu wal argasisè*. Deo gratias! fecit nos simul invenire.

Vel solum :

3. *Bagà wal arganè*. Deo gratias! simul inventi sumus.

Postea etiam addere solent :

4. *Nagumàn bultè* vel *búltani?*

Aut ejus loco:

5. *Fajà bultè* vel *búltani?*

Tandem in fine:

[1] Apud nos diceretur in simili casu : *Propter vota et orationes vestras tutelaris vester incolumem me reduxit*; apud Oromones vero dicitur tantum : *Ajánikè* vel *ajáni késani*, subintelligendo *hoc mihi fecit*, vel *me adjuvit*. In pari sensu, quando evenit aliquod infortunium, illud tutelari personæ inimicæ attribui solet. Hac de causa Oromones qui occiderunt aliquem, etiam in bello justo, non ingrediuntur propriam domum, nisi prius sacrificio placaverint *ajána* seu tutelarem personæ occisæ.

6. *Gabà da*, vel pro fem. *gabdò da*.

Hanc ultimam pluries repetunt, aut etiam aliquam ex præcedentibus, usquedum incipiant narrare itineris circumstantias.

Secundo loco adducere possum hic salutationes quæ occasione belli, sive eundo ad illud, sive redeundo ab illo fiunt. In hac circumstantia inserviunt salutationes omnes supra allatæ de itinere extraordinario et periculoso; sed sequentes insuper illi circumstantiæ speciales addere convenit. Pergenti ab bellum dicatur a remanentibus in domo:

1. *Wàk kilêsa sif akénnu*... Deus ventum tibi det.
2. *Kilêsi sif atólu*........ Ventus tibi faveat.
3. *Ajáni bía kêña agabésu*... Tutelaris regionis nostræ roboret.

INDEX MATERIARUM.

LECTIO TERTIA.

LECTIO QUARTA.

LECTIO QUINTA.

LECTIO SEXTA.

LECTIO SEPTIMA.

LECTIO OCTAVA.

LECTIO NONA.

LECTIO DECIMA.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Errata investigando una cum D. Antonio d'Abbadie qui Romam ad hoc pervenit mense Junio 1867 dum festa centenarii habebantur, non paucos errores comperi quoad orthographiam amaricam in primis 240 paginis solum. Horum correctionem omisi, quia casus tantummodo erat de perfectiori orthographia, ne errata hæc nimia forent; cæterum sensus et sonus vocum plerumque completi sunt.]

PAGINÆ	LINEÆ	LOCO	LEGE
1	ultima	1839	1859
5	25	fort. aspirata	simpl. aspirata.
5	27	simpl. aspirata	fort. aspirata.
6	9	*g*	*j*
8	22, 28	ሦ	ሥ
9	16	ምንግሦት	መንግሥት
9	20	ግሦት	ግሥት
9	22	ም	መ
31	5	Solum vocalem in ኡ	ultimam radicalem in litteram secundi ordinis.
39	18	ሰጠው	ሰጥቶ
42	4, 7	ቢ	ብ
48	12	ናችው	ናቸው
52	14	ሆነዋል	ሁኖዋል
55	20	በሆንህ	ብሆንህ
57	16	ቲዠለሽ	ቲዣለሽ
57	21	ይዝዋሉ	ይይዛሉ
58	7	ያዘን	ያዝን
"	"	ነበረንን	ነበረን
58	15	ኢዛለች	ይዛታል
59	2	ኢዘው	ይዘ
59	6	ኡዙው	ይዘው

PAGINÆ	LINEÆ	LOCO	LEGE
60	22	ትባላህ	ትባላለህ
62	16	ብለለች	ብላታል
62	19	እርላቸው፡ ብሉዋሉ	እርሳቸው፡ ብለዋል
64	9	ቢልህ	ብለህ
64	10	ቢልው	ብሎ
64	24	እንደቲል	እንደትል
67	16	ደሳ	ደስ
71	23	ሞትዋሉ	ሙተዋል
75	11	ማራችዋሉ	ማራችሁዋል
75	21	እሆናል	እሆነለሁ
76	6	ልማርሁ	ልማር
76	7	አበረህ	ነበርህ
80	3	አስተመራለች	አስተመራታል
80	6	አስተመፋዋል	አስተመረዋል
80	10	ነለርሽ	ነበርሽ
80	11	አስተመርዎ፡ ነለረ	አስተመር፡ ነበረ
80	12	ነለረች	ነበረች
90	29	ፈቀረ	ፈከረ
90	30	ተተበቀ	ተጠበቀ
91	8	ተወደዱ	ተዋደዱ; sic et in nota.
91	1 et nota 1	ተመማሉ	ተማማሉ
93		ሳሰ	ሳሳ in omnibus 9 exemplis.
98	21	ሸተ፡ አሻሻሰተ	ሸጠ፡ አስሸጠ
101	13		dele አዶመ፡
102	13	ደኍን፡...አደኍን	ዳን...አዳን...አስዳን
102	17	ተነሰ	ታነሰ
102	penultima	አስተመመ	አስታመመ
109	13	*BILCATA*	*BILCAA*
137	20	እንዲሳጥ	እንዲስጥ
142	23	ይሬሰ	ደረሰ
143	penultima	ነለረ	ነበረ
145	13	ያሰነገሦሁ	ያስነገሥሁ

PAGINÆ	LINEÆ	LOCO	LEGE
159	6	ይምታል	ይሞታል
164	16	ነለርሁ	ነበርሁ
165	23	ብትን	ብትሆን
165	26	ብትሆሩ	ብትሆኑ
181	5	*ÉYYO*	*ÉYYA*
211	1	እርካ	እርሳ
214	18	ei *vel* pro eo	eæ *vel* pro ea.
214	20	ለቻ	ለታ
214	24	አደረገውለን	አደረገልን
221	21	አሳትዋ	አባትዋ
224	26	ጤፉ	ጤፍ
227	antepenultima	መልሳዋ	መልካም
228	10	ፉልግ	ፈልግ
275	22	oromones	amaricos.
295	17	ዘወኝ፡ መቶጠኛ	ዘጠኝ፡ መቶወኛ
304	nota 2	በለ	ባለ
307	3	ለም	ላም
308	16	አእድ	አንድ
314	7	በጌቸቼ	በጌቶቼ
335	2	*ORABESA*	*ORABESI*
335	3, 4, 5		supple *N* pro regente.
347	15		supple *N* in fine.
347	17	*ÇIMBIRA*	*ÇIMBIRI bis.*
375	16	illam cædendam	illas cædendas.
394	17	ይሁንለ	ይሁን
416	17	አሁን	አሁን
437	10	ቀዱስ	ቅዱስ
453	8	ቴዎዶርስ	ቴዎድርስ